CAUSAE COMMOTIONIS IN GALLIA, ADVERSUS LIBRUM DE...

Jerome Seguin, Juan : de Lugo

Digitized by Google

14
34 Q
32

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III . 19 . 9

51 G 9
51 G 9

CAVSÆ COMMOTIONIS IN GALLIA, ADVERSVS LIBRVM DE FREQVENTI COMMVNIONE EXCITATÆ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SEV

ANALYSIS POSTERIOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE.

Ad Sanctiſſimum Dominum D. Patrem noſtrum;
INNOCENTIVM,
Diuina Prouidentia
PAPAM X.

Cauſam huic operi ſcribendo dedit Liber famoſus, contra
ANALYSIN & APPLICATIONEM
nuper editus.

M. D. C. XLVII.

SANCTISSIMO DOMINO D.

PATRI NOSTRO

INNOCENTIO

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE X.

BEATISSIME PATER,

*D*VDVM EST, *cùm exſpectamus vt Scriptores libri de frequenti, Communione ſuum illud opus, totâ nunc Galliâ peruulgatiſſimum latinitate donent; quod & polliciti ſæpius eſſe videbantur, & certè optandum erat ad Reipublicæ Chriſtianæ quietem vt in oculos conſpectúmque SANCTISSIMI IVDICIS Liber ille qui tot diſſidiorum cauſas præbet, proferretur, in eum ſermonem aliquãdo conuerſus, qui eſt Theologorum familiaris, & Eccleſiæ Roma-*

næ natiuus atque domeſticus.

Sed è contrario factum eſt, nam illi, quaſi nihil aliud quàm plebis aures demulcere cuperent, tempus extrahunt Apologijs vernaculè ſcriptitandis, quibus ſua Dogmata in ſpeciem retractare videantur: quanto autem magis obſcurare verbis & ſermonibus affectant, tanto clariùs exprimere moribus & factis ſuis geſtiunt.

Ergo cùm hæc apud ſe viri pietate & ſtudio literarum cumulati cogitarent, quantum emolumenti Eccleſia caperet ſi quis huius Doctrinæ contentionem ex vulgari idiomate in Romanum traductam ad ſupremum Tribunal euocaret, in hanc me cogitationem impulerunt, vt, quam aliàs illius controuerſi operis Analyſin *breuiter delinearam, atque vt prima remedia poſtulabant, ingruenti Nouitati feſtinanter & præferuidus obieceram; rurſus eam ad rationes meas ſtudioſiùs reuocare, & latino ſermone literatam, vberiúſque excultam, & omni moderatione temperatam in Sacroſancti Magiſterij iura tranſmittere non grauarer.*

Ego verò qui ex duarum rerum exſpectatione & euentu totus pendebam non ſtatim illorum votis conceſſi. Altera res erat, ecquid primæ lucubrationi meæ tandem reſponſi darent aduerſarum Partium Duces? Altera, quòd in dies iudicium SANCTITATIS TVÆ decre-

torium de hac Doctrinarum varietate imminere ad ea quæ pridem ſcripſeramus, nobis videbatur. At poſtquam hominibus illis biennio ſiluiſſe iam ſatis viſum eſt, & quæ toto illo tempore Scriptio mea, intacta petitionibus Aduerſariorum atque inuulnerata permanſerat, quatuor abhinc menſibus oppugnari editione Libri titulo Apologetici, reuera Satyrici coepit, nihil diſtuli quin morem illicò gererem ſapientiſſimorum hominum ſtudijs atque voluntatibus.

Itaque hoc Analyticum opus ab exordio retexere, & latinum ac multò quàm erat antea auctius facere inſtitui, adiunctis ad ſingula propè Dogmata refutationum locis, non causâ definiendi quidquam aut præiudicandi; Sed quibus fieret vt non tam erroris delationem, quàm publicæ Religionis defenſionem ſuſcepiſſe, vt animus eſt meus, exiſtimarer.

Quod hac equidem mentis & conſilij prouiſione ſum agreſſus, SANCTISSIME PATER, vt quoquo ſtatu ſententia eſſet, fructu laboris & induſtriæ meæ non careret Eccleſia, quatenus, ſi nondum dicta eſſet, ei inſtruendæ deſeruiret, ſubiecto Indice Dogmatum quæ ſuſpecta in libro de frequenti Communione reputari meritò poſſunt; multò verò ampliùs ſi lata iam foret, eam illuſtraret appoſitione generum, quibus oppidò refelli queant, quæcunque eius inuſta

notis fuiſſent.

In hac autem recepti Muneris fide ſic mihi verſandum eſſe duxi, vt quàm clariſſimè & quo poſſem optimo diſtinctiſſimóque ordine rationes totius Controuerſiæ diſponerem, ex quibus Cauſas turbulentiſſimorum motuum qui nunc Galliam periculoſiſſimè iactant, dicerem, omnes quidem ex libro de frequenti Communione deriuatas. Ea re, authoritates contextuum ex ipſo puras, liquidas, haurire neceſſe fuit, & diffuſiùs quidem, vt ne quid de ſuo ſenſu detractum, in poſterum conquerantur: eâ verò integritate in ſententijs conuertendis, vt penè verbum pro verbo redderemus, nihil etiam veriti vt ad ſpatia marginum gentilitius ſermo attexeretur, qui cum latino comparari poſſet: eâ denique animi & ſtudiorum moderatione, quam Diuus Auguſtinus adhibendam eſſe docet, [a] Vt error veritate, & liuor Charitate pellatur. *Etenim etſi, vt ait idem ille,* [b] veritate ſunt cauenda, veritate capienda, veritate occidenda mendacia. *In hoc tamen genere contentionis, vt Author eſt Diuus Cyprianus, ita pugnandum eſt,* [c] vt ſeruetur à nobis patienter & leniter Charitas animi, Collegij honor, vinculum fidei, concordia Sacerdotij.

a D. Auguſt. lib. 6. in Iulian. c. 5.

b Idem lib. contra Mendac. c. 6.

c D. Cyprian. Ep. 79.

Hæc igitur arma nobis expedienda ſunt &

veritatis & Charitatis; quanquam res ad vota noſtra flueret longè iucundiùs, ſi veritati non eſſet opus, ſed vni Charitati ſacrificium facere: vt ita pleniùs liceret duobus bonis cum otio frui, quæ diuiniſſima ſunt, quorum vnum eſt, perpeſſione iniuriarum Chriſto in cruce fixo, & nuſquam magis quàm inter aduerſa quæ eius amore tolerantur, amabili applicari. Aliud eſt, applicare ad Chriſtum animas ab omni ope derelictas, & per extrema quæque incommoda, & vitæ diſcrimina lucrifacere: hæc, inquam, nobis optatiùs euenirent, vt gladios in vomeres & ſpicula in falces conflaremus ad arua Eccleſiæ deſertiſſima coniunctis manibus & animis quos iungere aliquando æternitas debet, excolenda, & ſanguine noſtro irriganda; quàm in præſenti diſpunctione aduerſùs eiuſdem Communionis homines, vigilias noſtras & vires impenderemus: quod vtique dolendum, ſed neceſſarium tamen eſt, ne dum ad Eccleſiæ Regnum nouæ fiunt acceſſiones, ea quæ iam parta ſunt, diffluant atque dilabantur. Quare in hoc militiæ Sacramento, quod Chriſto Duci & Imperatori religioſiſſimè diximus, id ſummè cauendum eſt, vt illic fidem integram & illibatam ſeruemus, vnde ſatiua Religionis germina in nouum Orbem emittuntur.

Quin etiam tantò lubentiùs huic operi accingimur, quòd nouæ Poenitentiæ Magiſtros

hactenus omnibus veſtigijs perſecuti ſumus. Nullum enim greſſum fixerunt, quin inſpexerimus. Nullam codicibus ſuis notam exararunt, quam non obſeruaremus. Quare vnâ eademque operâ omnes Apologiſmos pro libro de frequenti Communione, huc vſque perſcriptos facilè refutari poſſe confidimus, diſſolutis fallaciarum nodis, qui pauci ſunt, & ſemper ijdem recurrunt, quibus omnes eius generis Apologiæ colligantur.

Atque hoc in loco caput illud mihi præ cæteris videtur eſſe, vt poſtulemus, BEATISSIME PATER, *ne hoc ab illis poſthac defenſionis & purgationis genus admittatur, quo nobis aures obtundere etiam moniti non ceſſant* : aliter alio in loco ſcripſimus. N*am* (*vt exemplo abſit inuidia*) *Quis neſcit has eſſe vetuſtiſſimas artes*[a] Arij? [b] *Vrſacij? Valentis?* [c] Pelagij? [d] *Berengarij?* [e] *Caluini? & omnium qui ſuæ nouitatis ſemina in gremium Eccleſiæ immittere clandeſtinis primùm molitionibus ſtuduerunt? quibus enumerandis ſuperſedemus, vno Diui Auguſtini teſtimonio contenti. Dici enim non poteſt, quantùm in errore Pelagij è verborum inuolucris extricando ille deſudauerit : quam ob rem ſæpius de Pelagio conqueritur, quòd* ſub ambiguâ generalitate, quid ſentiret, abſcondat. *Quòd* gratię

a Ruff. l. 10. Hiſtor. cap. 11.
b Seuerus illius tēporis Scriptor, & D. Hieron. aduerſùs Luciferian.
c D. Auguſt. lib. de hæreſ. c. 88. & lib. de nat. & grat.
d Baron. ad ann. Chr. 1055. & 1059.
e Caluin. lib. 4. inſt. c. 17. *vbi de ſacra Euchariſtia loquitur.*

D. Auguſt. lib. de grat. Chriſti.

vocabulo frangat inuidiam offenſio-némque declinet. *Quòd* in quatuor libris quos Pelagius de gratia ſcripſerat, nullo modo à verborum ambiguitate diſcedat. *Vnde Sanctus Leo Papa cum his hominibus ea lege agi iubet*, *vt* nihil in verbis eorum obſcurum, nihil inueniatur ambiguum: quoniam nouimus, *Inquit*, hanc eorum eſſe verſutiam, vt ex quacunque particula Dogmatis execrandi, qua ſe à damnatorum ſocietate diſcreuerint, nihil ſibi ſenſuum ſuorum exiſtiment eſſe non ſaluum. Leo Pap. Ep. 85. ad Aquileienſem Epiſc. c. 2.

Nimis in omnem partem intereſt Nouatorum, vt primos doctrinæ ſuæ ſatus furtiuos habeant. Nimirum ad experiendas vires ad copias comparandas, ad inuidiam ſuis Petitoribus faciendam, ad impunitatem, ſeu vi poteſtatis, ſi ſuperant; ſeu fugâ per poſticum, ſi ſuccumbere neceſſe ſit, captandam.

Propterea exordium in Prima Analyſi hoc poſueramus, librum de frequenti Communione Bifrontem nobis & Bilinguem videri: quod poſtea certiſſimum ipſa rei euidentia fecit. Hæc eſt enim verò pulcherrima quædam Apologiæ ratio quâ Summorum Pontificum Iulij & Zozimi, Conciliorúmque Sardicenſis, Dioſpolitani, & Ariminenſis Decreta ab inſidioſè datis Mar-

c

Epiphan. hæreſ. 72.
Auguſtin. de geſtis Pelagij.

cello, Pelagio, & Ario aſſenſionibus abſoluuntur: quippe quæ tantùm oſtendunt, quòd nullum ſit conſilium tam ſagax, támque exquiſitum; nullius tam ſancta, támque inuiolata Maieſtas, quæ non poſſit aliquando inſidiatorum fraudibus circumueniri. Quæ cùm accidunt, vt Auguſtiſſimis atque ſanctiſſimis Iudicibus accidiſſe Annales ſacri teſtantur, tunc, quæ aſtu & dolo ſententia intercipitur, non modò Iudicibus vitio non vertitur, ſed ne iudicum quidem eſſe ſententia cenſetur.

Itaque etſi arbitror ea quæ tanquam contraria ſuis Dogmatibus obtendunt in diuerſis eiuſdem libri regionibus & locis diſpoſita, nihil habere præter ſpeciem quandam adornatæ contradictionis, quemadmodum adiunctione exemplorum deinceps declarabitur; vt demus tamen ea inter ſe confligere? an æquum eſt propterea, vt error in comitatu veritatis honoratus conſiſtat? Et veritatem ambiat, vt ſub eius præſidio deliteſcat? fáſne, vt in regno veritatis falſitas perfugium quærat? ad eius templum ſe recipiat quo graſſetur liberius, & ad eius aras licentiam impunitatémque reperiat? Error vbicunque eſt, error eſt, neque ex veri ſimilitudine ac propinquitate quidquam de prauitate ſua remittit, ſed potiùs ad communem iniuriam, crimen proditionis adiungit, cùm ſe patrocinio veritatis tegit,

vt illam perfidioſè perdat.

Huic poſtulationi, quod adijciam in præſentia nihil habeo, SANCTISSIME PATER. Nam de rei grauitate, nihil paucis verbis dignè ac meretur, efferri poteſt. Agitur de Sacramento Poenitentiæ, hoc eſt, de vnica quæ reſtat naufragantibus poſt Baptiſmum Chriſtianis tabula. Agitur de reliqua ſpe, quâ ſemel violatum ſacræ regenerationis foedus cum Deo pangi queat; ſine qua neque peccati iugum deponi, neque ſeruitus Dæmonis abijci, neque curſus immortalitatis aliquando interruptus repeti poſſit. Agitur de vinculo totius diſciplinæ Eccleſiaſticæ, eius enim Fibulam eſſe Poenitentiam pulcherrimè dixit Sanctus Pacianus, quæ ſi hodie abrumpatur, quantum hiabit coeleſtis ædificij conſtitutio? cuius ſolidiſſima compages non hominum manu, ſed Dei munere extructa, hoc veluti nexu adſtringitur.

Nemo inſtitutum Pœnitentiæ ſermonem faſtidiat, cùm in hanc quaſi Fibulam totius Eccleſiæ diſciplina coarctetur.

S. Pacian. in Paræneſi ad Pœnit.

Nemo igitur nos inaniter commoueri in tanta dimicatione veritatis rectè dixerit; ſed rectiùs eam cum maximis quæ olim Eccleſiæ ſtatum à fundamentis conuellerunt, comparabit: quippe quæ de Clauibus Eccleſiæ ſuſcepta eſt, quibus clauditur Coeleſtis Patria, aut recluditur.

Quocirca ſentio quàm mihi ad hoc munus perſoluendum, diuinæ gratiæ copia & largitate ſit opus; vnde verò illam aduocabo niſi ex illius

plenitudine cui Deus Clauem Scientiæ, & Clauem Poteſtatis, tanquam ſupremo ſui iuris Vicario commiſit? Faciet itaque vt ſpero, Deus optimus, qui omnia conſilia & ſtudia mea in hac cauſa, ad ſalutem & incolumitatem Chriſtiani nominis ſeruandam, ad Eccleſiæ dignitatem, & ad populorum concordiam fidémque retinendam ſpectare videt, vt ex APOSTOLICÆ SEDIS *culmine, tanquam ex mentis ſuæ domicilio, ad quam vnam pertinere huius diſceptationis cognitionem poſtea demonſtrabimus, nunc autem hoc quidquid operis eſt, ei non ſubijcimus modò ſed etiam conſecramus; faciet, inquam, vt ex illo loco vnde Oracula diuino inſtinctu afflatúque redduntur in Vrbem vniuerſum, lumen ingenij víſque dicendi & facultas inſtituto noſtro accommodata non deſit.*

Die 3. Ianuarij Anno 1647.

SPECIMEN

PSEVDO-VERSIONIS LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE,

QVÆ IN LVCEM EDITA EST, CVM IAM HÆC ANALYSIS E TYPIS ESSET EXTRACTA.

Integri Contextus legēdi ſunt in Analyſi, iuxta numerum paginæ qui adnotatur.

PAGINA primâ huius Analyſcos, in qua oſtenditur quiſnam ſcopus libro de frequenti Communione præfixus ſit, ex hoc Arnaldi contextu, *dans lequel* (liure de la frequenté Communion) *IE N'AY EV AVTRE DESSEIN que de repreſenter & de ſouſtenir VNE des plus grandes Veritez de noſtre Religion.* Hæc verba ita vertit Interpres in præfatione, paginâ 154. *Neque enim aliud egi quàm vt PATERNÆ DOCTRINÆ, quâ vix in religione vniuerſâ grauiorem certiorém-ve reperias, patrocinium ſuſciperem.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductorē libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotātur, corrumpendos.

Iudicet Lector de fide huius traductionis. Si quis autem inquirat ex me, ecquid emolumenti Arnaldo afferat hæc deprauatio ſermonis? multum ſanè: reddit enim viam analyticè procedendi in hoc opere, quâ vnâ reuinci poterat, longè difficiliorem. Nam ſi finis qui eſt operi conſtitutus, ad quem vnum omnes illius partes aſpirant, fuerit ab authore ipſo præmonſtratus, magnum erit profectò compendium ad Analyticam diſcuſſionem datum. Quare hunc aditum, quem nimis patentem vidiſſet Arnaldus, præcludere deinceps latini ſermonis obſcuritate tentauit: & quod clariſſimis verbis edixerat, *in opere ſuo nihil aliud propoſitum eſſe ſibi, quàm exhibere, atque etiamnum ſuſtinere ex Dogmatibus Orthodoxis, quæ maximi momenti*

plenitudine cui Deus Clauem Scientiæ, & Clauem Poteſtatis, tanquam ſupremo ſui iuris Vicario commiſit? Faciet itaque vt ſpero, Deus optimus, qui omnia conſilia & ſtudia mea in hac cauſa, ad ſalutem & incolumitatem Chriſtiani nominis ſeruandam, ad Eccleſiæ dignitatem, & ad populorum concordiam fidémque retinendam ſpectare videt, vt ex APOSTOLICÆ SEDIS culmine, tanquam ex mentis ſuæ domicilio, ad quam vnam pertinere huius diſceptationis cognitionem poſtea demonſtrabimus, nunc autem hoc quidquid operis eſt, ei non ſubijcimus modò ſed etiam conſecramus; faciet, inquam, vt ex illo loco vnde Oracula diuino inſtinctu afflatúque redduntur in Orbem vniuerſum, lumen ingenij viſque dicendi & facultas inſtituto noſtro accommodata non deſit.

Die 3. Ianuarij Anno 1647.

SPECIMEN
PSEVDO-VERSIONIS
LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE,
QVÆ IN LVCEM EDITA EST, CVM IAM HÆC ANALYSIS E TYPIS ESSET EXTRACTA.

Integri Contextus legēdi ſunt in Analyſi, iuxta numerum paginæ qui adnotatur.

PAGINA primâ huius Analyſeos, in qua oſtenditur quilnam ſcopus libro de frequenti Communione præfixus ſit, ex hoc Arnaldi contextu, *dans lequel* (liure de la frequenté Communion) *IE N'AY EV AVTRE DESSEIN que de repreſenter & de ſouſtenir VNE des plus grandes Veritez de noſtre Religion.* Hæc verba ita vertit Interpres in præfatione, paginâ 134. *Neque enim aliud egi quàm vt PATERNÆ DOCTRINÆ, quâ vix in religione vniuerſâ grauiorem certiorém-ve reperias, patrocinium ſuſciperem.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductoré libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotátur, corrumpendos.

Iudicet Lector de fide huius traductionis. Si quis autem inquirat ex me, ecquid emolumenti Arnaldo afferat hæc deprauatio ſermonis? multum ſanè: reddit enim viam analyticè procedendi in hoc opere, quâ vnâ reuinci poterat, longè difficiliorem. Nam ſi finis qui eſt operi conſtitutus, ad quem vnum omnes illius partes aſpirant, fuerit ab authore ipſo præmonſtratus, magnum erit profectò compendium ad Analyticam diſcuſſionem datum. Quare hunc aditum, quem nimis patentem vidiſſet Arnaldus, præcludere deinceps latini ſermonis obſcuritate tentauit: & quod clariſſimis verbis edixerat, *in opere ſuo nihil aliud propoſitum eſſe ſibi, quàm exhibere, atque etiamnum ſuſtinere ex Dogmatibus Orthodoxis, quæ maximi momenti*

ſunt, vnum. Id modò, *per paternæ doctrinæ patrocinium*, neſcio quâ figurâ dictionis infuſcauit.

Paginâ 25. *Encore que la maniere de faire penitence, qui eſt maintenant ORDINAIRE parmy les fidelles, ſoit differente de celle qu'on faiſoit autrefois dans l'Egliſe, &c.* Ita vertit in præfatione pag. 7. *Etiamſi vſus Pœnitentiæ qui nunc apud Fideles increbuit, alius ſit ac qui olim in Eccleſia frequentabatur.*

Cauſa mutationis eſt vt effugiat Anathema Canonis Tridentini, Seſſione 7. quo feriuntur illi, qui Ordinarios, & conſuetos & receptos ab Eccleſia in Sacramentorum adminiſtratione ritus contemnunt. Quapropter maluit appellare ritum *qui increbuit*, quàm ritum *Ordinarium*: ſimilitérque, ſi quando in reliquâ ſerie operis, eadem dictio gallica occurrerit, eam toties alio atque alio genere locutionis adulterat.

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductoré libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotantur corrumpendos.

Paginâ 29. *Cette connoiſſance ſolide & veritable de l'Egliſe nous apprend à NE RECOGNOISTRE AVTRE REGLE des Veritez Catholiques que la Tradition.* Ita latinè vertit in præfatione pag. 96. *Hac ſolida ac vera Eccleſiæ ratione docemur, Catholicæ veritatis EAM DEMVM quæ ab Eccleſiaſtica Traditione petitur normam ac regulam tenendam.* Vis huius dictionis eneruatur, *à ne reconnoiſtre autre regle.*

Cauſa deprauationis hæc fuit. Cùm tres dotes Traditioni adſcripſiſſet, nempe quòd vnica fidei regula ſit; quòd veritas immutabilis; quòd Arbitra doctrinæ omnis atque diſciplinæ Orthodoxæ; in quibus grauiſſimas cauſas errandi poſitas eſſe demonſtrauimus; Tria illa Inſignia quæ Traditioni tam audacter impoſuerat, obſcuris vocibus deterere conatus eſt, vt nemo in hoc exemplo non videt, in alijs etiam eundem fucum obſeruabit, ſi Analyſin noſtram adire libuerit.

Paginâ 31. *L'ORDRE que les Preſtres doiuent garder dans la puiſſance que le Sauueur leur a donnée, c'eſt de n'abſoudre les pecheurs, qu'apres les auoir laiſſez dans les gemiſſemens & dans les larmes, & leur auoir fait accomplir vne penitence proportionée à la qualité de leurs pechez.* Ita vertit in 2. parte, capite 8. paginâ 243. *Vt Sacerdotes in adminiſtrandâ quam à Chriſto mandatam habent diuiniſſima ligandi & ſoluendi poteſtate, peccatores tum demum abſoluant, cùm eos lachrymis ac gemitibus probatos, ad pœnitentiam criminibus parem præſtandam exhibendámque perduxerint.*

In hac Traductione præciditur neruus iſtius dictionis, *l'ordre que les Preſtres doiuent garder*. Præterea, circuitio illa ſermonis *tum demum abſoluant*, robur elidit iſtius, *c'eſt de n'abſoudre les pecheurs qu'apres*, &c. Denique vocabulum *criminum*, pro vocabulo *peccatorum* ſubrogatum, *vim ſententiæ aliò deflectit.*

Paginâ 32. *Et ce grand Sainct nous enſeigne que L'ORDRE de Ieſus Chriſt pour faire rentrer dans la participation des myſteres eſt premierement qu'ils confeſſent*, &c. In hac Traductione vocabulū *mentus* pro vocabulo *legis & præſcripti* fallaciter ſupponitur.

Paginâ 49. *Car ie ne penſe pas auoir ſujet d'apprehender qu'on oſe meſpriſer leur authorité, comme eſtant trop ancienne pour eſtre ſuiuie en ce temps, meſme dans les choſes principalles & ESSENTIELLES & qu'on les reiette EN CE POINT, comme ayant eſté trop ſeueres vers les pecheurs.* Ita vertit in præfatione pag. 134. *Neque enim metuendum reor ne authoritatem illorum vetuſtiorem, quàm vt hac tempeſtate in præcipuis ſaltem & fixis immobilibúſque capitibus retineri conſeruaríque poſſit, quiſquam exiſtimet, eóſque velut duriores ac ſeueriores in pœnitentes, pro nihilo habendos aſpernandóſque conſtituat.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductorē libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotâtur corrumpendos.

In hac Traductione non exprimitur vis & poteſtas huius particulæ, *choſes eſſentielles*; Subticetur etiam hæc dictio quæ priori cohæret, *Et qu'on ne les reiette en ce point*, quibus indicabat Arnaldus, Ordinem veteris pœnitentiæ, qui ſignificatur his verbis. *Et qu'on ne les reiette en ce poinct, comme ayant eſté trop ſeueres*, fuiſſe à ſanctis Patribus eſſentialem Sacramento pœnitentiæ iudicatum. Conſulantur ea quæ in hanc rem annotauimus in hac Analyſi, Cauſa 13. Sect. 1. pag. 251.

Paginâ 97. *Auſſi nous ne deuons pas ſeulement conſiderer l'Egliſe en ce temps qui eſt le temps de ſon ALTERATION & de ſa vieilleſſe ſelon Gregoire VII. & de ſa defaillance & de ſon couchant ſelon S. Bonauenture.* Ità vertit in præfatione pag. 95. *Ita Eccleſiam non his tantum temporibus, quibus teſte Gregorio VII. conſeneſcit, teſte S. Bonauentura ad finem & occaſum labitur.*

In hac Traductione hæc duo vocabula, *Alteration & defaillance*, quæ corruptelæ labem Eccleſiæ turpiter im-

pingunt, non ſunt latinè reddita.

Paginâ 100. *Le corps de l'Egliſe a receu dans le cours de ſes premiers ſiecles, toute la perfection QV'IL DEVOIT AVOIR, ſelon le deſſein & l'ordonnance de Dieu.* Ita vertit in præfatione pag. 92. *Alterum* (nempe Eccleſiæ corpus) *illis primorum ſæculorum finibus ad debitum ſibi Dei voluntate ac decreto virtutis ac perfectionis modum peruenit.*

In hac Traductione obteritur ſententia iſtorum verborum, *toute la perfection qu'il deuoit auoir*, in quibus periculum cuiuſdam erroris ſubeſſe monuimus, quem Cenſura Pariſienſis in libro Miltierij notauerat.

Paginâ 105. *Cette pratique ORDINAIRE, &c. Elle peut eſtre auiourdhuy la plus cõmune, parce qu'elle fauoriſe l'impenitence generale de tout le monde.* Ita vertit 2. parte capite 46. pag. 518. & 519. *Itaque vulgaris iſta praxis, &c. Nunc quidem frequentior & cõmunior fortaſſis euaſit, quòd omnium animis à pœnitentia vulgò alienioribus arridet & quaſi blanditur.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductorẽ libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hìc adnotãtur, corrumpendos.

In hac Traductione non bene redditur hæc dictio, *cette pratique ordinaire*, per iſtam *vulgaris iſta praxis*: Cur autem refugiat interpres *ordinariam* nuncupare, obſeruatum eſt antè ad pag. 25. At verò quàm reliquæ eiuſdem orationis partes violenter diſtortæ ſint, & quamuis iam tertiùm demutatæ, nondum tamen ad ſanam ſententiam reducantur, Lectoris arbitrio iudicandum permitto.

Paginâ 126. *C'eſt que l'on ne peut ſans crime meſpriſer ou RENVERSER cette ſatisfaction ſalutaire.* Ita vertit in 2. parte, capite 22. pag. 391. *Vt nefas dicat ſalutarem illam ſatisfactionẽ, quæ tãto ſtudio à Patribus omnibus Chriſtiano populo ſemper cõmendata eſt, vel cõtemnere, vel IMPVGNARE*

In hac verſione, verbum *impugnare*, pro verbo *inuertere* collocatur, quo nempe ſignificabat Arnaldus, crimen eſſe, ſatisfactionis ordinem & tempus inuertere, hoc eſt remittere ſatisfactionem in tempus, quo iam Abſoluto & ſacra Communio peracta ſit.

Paginâ 148. *D'ou il ſemble qu'on pouroit conclure qu'ils ne croyoient dõc pas qu'il fuſt ABSOLVMENT neceſſaire de faire penitence auant que de communier.* Ita vertit in 2. parte, cap. 15. pag. 335. *Ex quo effici poſſe videtur, minimè ratos fuiſſe pænitentiæ peractionem Communioni neceſſariò eſſe præmittendã.*

In hac Traductione reticetur hæc particula gallicà *Abſolument*, in qua fallaciæ nidum latere clarè & perſpicuè oſtendimus.

Paginâ 197. *Il faut reſpondre à tous ces exemples auec S. Bernard, que ce ne ſont pas tant des exemples que des miracles, ET DES MIRACLES DANS L'ORDRE MESME DE LA GRACE, qui de ſoy eſt deſia tout miraculeux.* Ita vertit in 2. parte, capite 12. paginâ 289. *Verùm ad exempla illa omnia cum eodem Bernardo reſpondendum, non tam exempla eſſe, quàm miracula ipſius gratiæ ſtatûs, qui per ſe ipſe totus ex miraculis conſtat.*

In hac Traductione ſupprimitur repetitio iſta, *& des miracles dans l'ordre meſme de la grace*, per quam ſignificauit Arnaldus præter ordinarium gratiæ curſum eſſe, & nouum quoddam miraculum, ſi quando contingat, vt pœnitens nondum expletâ pœnitentiâ reddatur idoneus Abſolutioni.

Paginâ 206. *Elle ne les conſideroit point comme des perſonnes reconciliées, ne contant pour rien vne reconciliation qu'elle n'auoit accordée QVE PAR FORCE, & contre l'ordre de ſes ſainctes loix.* Ita vertit 2. parte, capite 15. paginâ 346. *Non enim eos in reconciliatorum numero reponebat Eccleſia, reconciliationem quam vi QVODAMMODO eis, ac præter ſanctiſſimas Patrum leges indulſiſſet pro nihilo reputans.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductoré libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotátur corrumpendos.

In hac Traductione abundat particula *quodammodo*, plagam Eccleſiæ impoſitâ non ſanans, ſed demulcés. Videtur etiam particula *præter*, ad ambiguitatem poſita.

Paginâ eâdem. *Ce qui nous monſtre clairement que ſelon les ſaincts Peres la Communion que les pecheurs reçoiuent auant que D'AVOIR FAIT les fruicts dignes de penitence, n'eſt pas tant vne Communion legitime, c'eſt à dire conforme aux loix & au VERITABLE ESPRIT de l'Egliſe, qu'vne Communion forcée, vne Communion qu'elle ne dõne que par condeſcendãce, par neceſſité, & par contrainte, & qu'elle n'accorderoit point ſi elle agiſſoit dans vne pleine & entiere liberté.* Ita vertit ibidem paginâ 347. *Ex quo perſpicuè intelligitur, Communionem, quæ non antè OSTENSIS neceſſarijs pœnitentiæ fructibus, peccatoribus tribuitur, non tam legitimam Communionem à Patribus habitam, hoc eſt, Eccleſiæ legibus & VERÆ EIVS VOLVNTATI conſentaneam, quàm VELVT vi quadam extor-*

ſam, indulgentiâ, neceſſitate, coactionéque expreſſam, quam minimè largitura eſſet, ſi integra penitùs & ſoluta libertate vteretur.

In hac Traductione tria corrupit Interpres. Primò, cùm hæc verba, *auãt que d'auoir fait les fruits dignes de penitence*, ſic retulit, *non antè oſtenſis neceſſarijs pænitentiæ fructibus.* Secundò, cùm hæc verba, *vne Communion qui n'eſt pas cõforme au veritable eſprit de l'Egliſe*, in iſta commutauit, *non conſentaneam veræ illius volũtati.* Tertiò, cùm particulã *velut*, intruſit. Hac triplici quidem emendatione declinauit offenſionem horribilis effati, quo dixerat Communioné dati ab Eccleſia, vero eius ſpiritui (hoc eſt diuino ſpiritui qui Eccleſiã informat) minimè conſentaneam, efficere tamen non potuit vt vim omné mali ab ſua dictione remoueret.

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductoré libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hic adnotãtur, corrumpendos.

Paginâ 211. *Que la douleur interieure peut eſtre quelquefois ſi grande, qu'elle ſupplee à toutes les penitences exterieures, comme les penitences exterieures peuuent eſtre ſi grandes, ſi continuelles, & ſi vniformes, QV'ELLES SVPPLEENT au defaut des larmes & de la douleur interieure, qui eſt quelquefois plus cachée & moins connuë au Preſtre.* Ita vertit in 2. parte capite 33. paginâ 433. *Rectè enim vidit interiorem dolorem nonnunquam tam acrem eſſe poſſe, vt per eum omnis exterior pænitentia ſuppleatur: ſicut viciſſim pænitentiæ exterioris vis ita cõtenta interdum, continua, æquabiliſque & conſtans eſſe poteſt, vt lacrymarum ac doloris interioris, qui nõnunquam obſcurior eſt, & minùs notus Sacerdoti, vicem QVODAMMODO impleat.*

In hac Traductione rurſus abundat particula *quodammodo*, quæ vires grauiſſimi erroris infringit.

Paginâ 227. *Et la Confeſſion MESME que l'on fait au Preſtre eſtant deuenuë commune aux iuſtes & aux pecheurs, & ſe faiſant par tous les fidelles, auſſi bien pour les pechez veniels que pour les mortels, elle ne ſçauroit DEVINER qui ſont ceux qui ſont vrayment morts dans leur ame, &c.* Ita vertit 2. parte capite 11. paginâ 283. *Nam cùm Sacerdoti peccata confiteri Iuſtorum pariter & Peccatorũ ſit, nec minùs venialia quàm mortalia deferri ad eum ſoleant, non licet Eccleſiæ dijudicare atque internoſcere ſpiritualiter mortuos.*

In hac Traductione nihil eſt non deprauatum. Primò funditùs euertitur hæc dictio, *la Confeſſiõ meſme qu'on fait*

au Preſtre eſtant deuenuë cõmune aux Iuſtes & aux Pecheurs; quâ docebat Arnaldus moris antiqui non fuiſſe, cõfiteri peccata venialia Sacerdotibus, ſed dumtaxat æqualibus, vt denotat poteſtas huius locutionis, *la Confeſſion meſme qu'on fait au Preſtre.* Deinde perimitur hæc altera dictio multùm iniurioſa Eccleſiæ; *Elle ne ſçauroit deuiner qui ſont ceux qui ſont vrayment morts.*

Paginâ 243. *Ce que l'on peut dire auoir eſté le dernier relaſchement que l'Egliſe a fait, ayant à la fin trouué cette inuention POVR OBLIGER LES PECHEVRS à n'aller pas à la Communion ſans auoir auparauãt pratiqué quelques exercices de la penitence, & pour obſeruer au moins en cette maniere le reglement de tous les Canons, en tenant les pecheurs durant ce temps là ſeparez de l'Autel.* Ita vertit 2. parte capite 20. paginâ 384. *Atque ad iſtam quidem extremam remiſſionem ACCOMMODATIONE'MQVE deſcẽdiſſe videtur* Eccleſia, *vt hac veluti arte ac ſolertia peccatores à cœleſti pane prius attingendo abduceret, quàm aliquo ſe ſe pœnitentiæ vſu excoluiſſent, eáq; ſaltem ratione Canonum omnium præſcriptionem tueretur, pœnitentibus illo temporis interuallo, à ſanctiſſimi altaris ſocietate depulſis.*

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Traductorẽ libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hîc adnotantur, corrumpendos.

In hac Traductione, vox iſta *accõmodationémque*, redundat, & adijcitur vt tẽperet intolerabilem offenſionẽ præcedẽtis orationis, quâ dicitur Eccleſia *ad extremã remiſſionem deſcendiſſe.* Prӕterea etiam vis tota eliditur huius dictionis vernaculæ, *pour obliger les pecheurs à n'aller pas à la Communiõ ſans auoir auparauant pratiqué quelques exercices de la penitence.* Quibus verbis pronũciat Arnaldus, præſcriptam à Concilio Lateranẽſi hanc legem fuiſſe pœnitentibus, vt non adeant Euchariſtiam, niſi ab ea per Sacerdotem priùs diſtracti.

Paginâ 251. *Faire venir vn Preſtre qui luy peuſt dõner L'ABSOLVTION DE L'EVCHARISTIE.* Ita vertit in 2. part. cap. 8. pag. 249. Vt Sacerdotẽ accerſi iuberet, à quo recõciliaretur, & ſacra ei Euchariſtia miniſtraretur.

In hac Traductione non eſt auſus hæc verba, *abſolution de l'Euchariſtie*, in *Abſolutionem Euchariſticam*, purè & ſimpliciter transferre; eo intẽtus, vt intimã cuiuſdam Dogmatis medullam, quam hoc ipſo Analyſeos loco patefecimus, cautè reconderet.

Verùm, ne fines breuitatis, ſpecimen excurrat, finem facio in vno cõtextu qui in oculos meos primus incurrit.

poſtquam oblatus eſt mihi liber de frequenti Communione, recens in latinum ſermonem traductus.

Quant au premier poinct, il paroiſt par toute la ſuite de leur doctrine que la principale raiſon qu'ils ont euë de differer ſi long temps l'Abſolution des crimes qu'on leur auoit confeſſez, eſt, qu'ils ont creu que tout homme qui eſt decheu de la grace, & qui s'eſt rendu digne de l'Enfer, doit premierement trauailler ſelon l'ordonnance du Preſtre à fleſchir la colere de Dieu par ſes prieres, par ſes larmes & par toutes ſortes de bonnes œuures, à ſe purifier, ſelon les termes du grand S. Leon, par vne ſatisfaction ſalutaire et vne penitence proportionnée à ſes pechez, ſelon le Pape Innocent, et à obtenir de la miſericorde diuine, la grace d'vne veritable conuerſion, auant que d'eſtre reconcilié par la puiſſance de l'Egliſe. 2. parte, capite 11. paginâ 325.

Ita latinè tranſtulit Interpres paginâ 272. *Quòd ad primum attinet, ex vniuerſa illorum doctrinæ ſerie conſtat, hanc præcipuam illis fuiſſe cauſam, cur tamdiu CRIMINVM per Confeſſionem editorum Abſolutionem pertraherent, quòd exiſtimarēt QVOSCVMQVE DEMVM A GRATIA LAPSOS ET ÆTERNÆ DAMNATIONIS REOS ante omnia magno ſtudio incumbere oporteret, vt ex Sacerdotis praſcripto, precibus, lacrymis, et cuiuſquemodi bonis operibus Deum propitient, ſe ipſos ſalubri ſatisfactione, vt ait S. Leo, et peccatis congruenti pœnitentiâ, vt Innocentius Papa, mente purgatos exhibeant, atque à diuina miſericordia veræ ſolidæque conuerſionis gratiam impetrent, antequam Eccleſiæ miniſterio PALAM reconcilientur.*

In hac Traductione videt omnes particulã *palam*, furtiuè inſertam, dico particulam in hoc genere controuerſiæ capitalem, quâ vnâ, voluerit-ne Interpres doctrinam per omnes paginas libri de frequenti Communione fuſam retractare, & quidquid ſcripſerat de non impartienda Abſolutione niſi poſt obitam ſatisfactionē, referre ad ſola crimina quæ per publicam pœnitentiam olim vindicabantur, dubitari iure poſſet, niſi hoc ipſo in contextu præſcriptis verbis ediceret, hac lege canonicæ reconciliationis comprehendi *quoſcumque demùm à gratia lapſos, & æternæ damnationis reos.* Quænam igitur mens, quæ ratio in hac ſubijcienda particula eſſe potuit? an expedire ſe tentauit, & necquicquam valuit, verborũ ſuorum laqueis irretitus? an potiùs, (id quod ſæpè illi obiectum eſt) Chriſtianos omnes qui culpam lethalem quamcumque demùm, vel occultiſſimam admiſiſſent, voluit pœnitentiæ & reconciliationi publicæ ſubijcere? De hac deprauatione penes te, Lector, eſto iudicium, vt de alijs quæ in eâdem illa Pſeudo-verſione paſſim occurrunt, ne hæc ſcriptio in volumen creſcat. Cæterùm, ne hæc quidem qualiſcumque eſt, tralatitij ſermonis inducta tēperatio, præcipuas Dogmatum, quæ in libro de frequenti Communione ſuſpecta ſunt, notas deterſit; ſed neque etiam popularium noſtrorum morbis ex hoc libro contractis mederi poteſt, vt qui vulgò latinè neſciunt.

Inuenientur in *Analyſi* rationes & Cauſæ vberiùs explicatæ, quæ impulerunt Interpretem & Tradutorē libri de frequenti Communione, ad contextus illos, qui hic adnotãtur, corrumpendos.

ANALYSIS POSTERIOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE. INSTITVTA.

PER CAVSAS COMMOTIONIS IN GALLIA ADVERSVS ILLVM EXCITATAE.

CAVSA PRIMA.

OMNIS Ordo Analyticus, *Beatiſſime Pater*, ex cognitione finis, principia & rationes procedendi ſumit. Eſt enim finis, menſura rerum quæ arte & intelligentia conſtant, & ratio certiſſima comprehendendarum. Quando igitur nobis conſtitutum eſt Doctrinam libri de frequenti Communione ad prima vſque elementa reſoluere, à notitiâ finis auſpicabimur.

SECTIO I.

QVOD FINIS ET SCOPVS QVI VNIVERSO OPERI DE FREquenti Communione ſcripto prætexitur, poſitus ſit in Ritu antiquæ pœnitentiæ, quatenus ſacra Communione Abſtentos olim tenebat Pœnitentes, reducendo.

CONSILIVM ſuum & finem operis de frequenti Communione ſcripti, depromit Arnaldus in Præfatione his verbis. *Hac cauſa reuerentiæ quæ viris ſanctitate eximijs debetur, induxit*

C'eſt cette conſidération du reſpect qui eſt deu à ces grands

me vt non alios duces & rectores caperem quàm illos, vt non aliſs veſtigiſs inſiſterem, non aliſs oculis aſpectarem, non alio ſpiritu argumenta ducerem, non alio denique quàm ipſorum ore verba funderem in hoc opere; in quo NIHIL ALIVD propoſitum eſt mihi, quàm exhibere, atque etiamnum ſuſtinere, ex veritatibus Orthodoxis quæ maximi momenti ſunt, VNAM; Nemo vt ſit qui eam contemnat, vt potius cui Deus aures cordis reſerauerit, ad eam non intelligendam modò, ſed actionibus quoque ſuis præſtandam, amplecti queat, & pro pietatis impulſu conſectari.

Saincts, qui m'a porté à les prendre pour mes guides & pour mes cõducteurs, à ne marcher que ſur leurs pas, ne voir que par leurs yeux, ne raiſonner que par leur eſprit, & ne parler que par leur bouche dans cet ouurage; dans lequel ie n'ay eu autre deſſein que de repreſẽter & de ſoûtenir vne des plus grãdes veritez de noſtre Religion, afin que perſonne ne la condamne, & que celuy à qui Dieu ouurira l'oreille du cœur, non ſeulement pour l'entendre, mais pour l'accomplir par ſes actions, la puiſſe embraſſer, & la puiſſe ſuiure ſelon le mouuement de ſa pieté. Prefac. P. 161.

Ex his liquidò conſtat, *Sanctiſſime Pater*, vniuerſum opus de frequenti Communione, *ad vnicam veritatem Orthodoxam, quæ maximi cuiuſdam momenti ſit*, non ſolùm *exhibendam*, ſed etiam *ſuſtinendam*, tuendámque ſcriptum eſſe, iámque neſcio quid Myſterij portendi, cùm dicitur, *aures cordis recludi à Deo oportere*, vt illud capiatur.

Quòd autem id Dogma, Ritum antiquæ Pœnitentiæ ſpectet, altero eiuſdem Præfationis loco ſcriptor demonſtrat. *Equidem* (inquit) *hoc ſtudio incitatus, vt documentum aliquod præberem Rectoribus animarum, quo ſanctas & Eccleſiaſticas Pœnitentiæ-regulas recognoſcerent, eam in hoc opere delineare inſtitui, qualis in traditione Eccleſiæ reperitur conſtituta, non ſolùm per ſanctos Patres & priſca Concilia, ſed recens per Concilium Tridentinum, cui cùm obfuiſſet temporum calamitas, hominúmque durities, de qua queritur, ne in integrum vendicaret, nihilominus in hanc rem, pœnitentiam publicam pro peccatis publicis repoſuit, tum ſex ſeptémue multiformes vias aperuit, quibus antiquas pœnitẽtiæ regulas in vſum reuocaret, vt clarè deinceps in huius operis ſerie demonſtrabimus.* Declarat ergo inſtitutum ſibi eſſe Eccleſiaſticas Pœnitentiæ regulas ex antiqua Patrum Traditione repetitas, pro documento tradere.

C'eſt dans ce deſir de donner quelque addreſſe à ceux qui conduiſent les ames, pour connoiſtre les Regles Sainctes & Eccleſiaſtiques de la Penitence que i'ay entrepris de la repreſenter dans cet ouurage, telle que nous la trouuons eſtablie dans la Tradition de l'Egliſe, non ſeulement par les Peres, mais encore depuis peu par le Concile de Trente, qui bien qu'il ne l'ait pas pû impoſer en la meſme maniere, à cauſe du mal-heur du temps auquel il a eſté aſſemblé, & de la dureté des cœurs dont il ſe plaint, n'a pas laiſſé neantmoins de reſtablir la Penitence publique pour les pechez.

Atenim cùm in ritu & regulis antiquæ Pœnitentiæ multiplex eſſet apparatus rerum ab hodierna conſuetudine pœnitendi longè diſcrepantium, quarum etiam nonnullas pro varietate temporum iam olim demutatas Arnaldus vltrò confitetur; vna eſt, quam inde ab ineunte Eccleſiâ, per duodecim ſæcula continenter in communi vſu pœnitentiæ viguiſſe, & pro primaria pœnitentiæ parte habitam à Sanctis Patribus, acce-

ptámque fuiſſe contendit; cuius reducendæ ſi daretur locus, deſiderio ſuo nihil propiùs eſſe docet quam vt ſatisfactum plenè atque cumulatè ſit. Eſt autem in ſuſpenſione & abſtinentia Euchariſtiæ pars illa princeps collocata; eam porro fuiſſe pœnam cuique noxæ mortali poſt baptiſmum contractæ inflictam per Sacerdotes, pronunciat; quorum id muneris eſſet, vt auditâ Cõfeſſione, reos peccati lethalis non ſtatim abſoluerent, ſed ſuſpenſos Abſolutione, ad tempus tenerent, extorreſque ſacræ Communionis facerent, donec præſcriptam pro noxis pœnam exegiſſent. Sed de hac re pleniùs deinceps diſſeremus; id agitur modò, vt oſtendàmus Doctrinam de Pœnitentia ita pertractari ab Arnaldo, vt in Abſtinentiam Euchariſtiæ tanquam in ſcopum totius operis dirigatur.

publics, & de donner ſix ou ſept ouuertures differentes, pour remettre en vſage les regles anciennes, comme nous ferons voir clairement, dans la ſuitte de cet ouurage.

Pref. P. 60.

Huius autem rei luculentum teſtimonium extat his verbis. *Neque verò præſentem ſermonem inſtituo, quò homines à Communione ſeparentur per multos annos, quemadmodum in more fuit Eccleſiæ diuturno poſitum; Multò verò minus vt eos pœnitentiæ publicæ ſubijciam, cuius erit dicendi locus in ſerie huius libri;* Tum deinde pergens idem ſcriptor depingere varia pœnarum genera, quæ olim erant in vſu Eccleſiæ, à quibus immunem ac liberum pœnitentem ſuum eſſe permittit; Sermonem ita concludit. *Igitur ſi ex omnibus antiquæ pœnitentiæ externis partibus, nihil admodum amplius retineatur quàm SEPARATIO A CHRISTI CORPORE, quæ pars maximi momenti eſt Patrum iudicio, quia priuationem beatitudinis repreſentat; facillima quoque hominibus, quia nemo eſt illius vſurpandæ non capax, quæ affligendo animo quam corpori accommodatior eſt, quæque bonorum operum exercitationi coniuncta defectum quandóque aliarum pœnarum quæ ſuſtineri nequeunt, ſupplere poteſt, cùm ex vero Dei impulſu ſuſcipitur, comitémque habet moderationem & æquabilem viuendi formam; quis eſt qui temperamentum non probet tam iuſtum, tamque rationi conſentaneum?*

Car ie ne pretends point parler maintenãt de ſeparer les perſonnes de la Communion, pluſieurs années, comme on a fait dans l'Egliſe durant tant de temps, & encore moins obliger à la Pœnitence publique, dõt nous aurons lieu de parler dans la ſuitte de ce Liure.

Si donc on ne retient de toutes ces parties exterieures de la Pœnitence ancienne quaſi autre choſe, que la ſeparation du corps du Fils de Dieu, qui eſt la partie la plus importante ſelon les Peres, parce qu'elle repreſente la priuatiõ de la beatitude. La plus aiſée ſelon les hommes, parceque tout le monde en eſt ſuſceptible, qui eſt plus propre pour affliger l'ame que le corps, & qui eſtant ioincte à l'exercice des bonnes œuures, peut quelquefois ſuppleer à pluſieurs autres Pœnitences, dans ceux qui

Inde appparet quid habeat pœnitentia commercij cum libro de frequenti communione, in hoc enim verſatur coniunctionis & affinitatis ratio, quod partem illam Pœnitentiæ, quam maximi momenti extitiſſe Patrum iudicio ſcriptor affirmat, qua Pœniten-

ne ſont pas capables de les faire, lorsqu'elle eſt entrepriſe par vn veritable mouuement de Dieu, & qu'elle eſt accompagnée du reglement & de l'vniformité de toute la vie; pourrat'on n'approuuer pas vn temperament ſi iuſte & ſi raiſonnable.
Pref. P. 17. & 19.

tes facta confeſſione noxarum ſummouebantur ab Euchariſtia, redditum noſtris temporibus optaret, in idque vnum elaboret eius oratio. Quocirca volumen ſuum inſcribere de infrequenti, quàm de frequenti Communione potius debuerat, niſi maluiſſet odioſum nomen declinare, quàm inſtituti ſui rationem habere; imò ne titulus rem inuidioſam proderet, gratioſi verbi ſignificatione occultare ſtuduit.

Tria conſecuti ſumus, *Sanctiſſime Pater*, primum, quòd vnius tantùm Dogmatis pertractatio à ſcriptore Arnaldo tentata ſit; ſecundum, quòd in antiquæ pœnitentiæ ritu dogma illud conſiſtat. Tertium, quòd nihil admodum agatur niſi de illius Pœnitentiæ parte reducendà, quæ ſuſpenſos ab Euchariſtia præciſóſque pœnitentes habebat, vnde quis ſcopus & finis libro de frequenti Communione præſtitutus ſit, intelligimus.

SECTIO II.

HAEC CAVSA COMMOTIONIS QVAM IVSTA SIT, OSTENDITVR

ex eo quod, de priſca ſeueritate pœnarum, nihil admodùm præter Abſtinentiam Euchariſtiæ retinendum eſſe ad iuſtum Pœnitentiæ temperamentum, ſcriptor libri de frequenti Communione ſtatuat.

DVO ſunt, *Sanctiſſime Pater*, quantum ex ſacris Annalibus altiſſimè repetità ad nos vſque memoriâ conſequi poſſumus, omnibus qui Religionem nouare ſtuduerunt familiaria, & pene propria. Alterum quòd ſpeciem ſemper obtenderent aſtrictioris diſciplinæ; alterum quòd illam reipſa laxarent, diſſoluerentque: Id autem ita fieri putem, quia ſi ſe improbitas nudam & apertam oſtenderet, ea hominum animos deterreret potiùs, quàm ad ſe pelliceret; ſin autem cum colore virtutis priſcam quoque virtutis integritatem retineret, amatores haberet omninò paucos. At verò ex ſpecie quadam honeſtatis propoſitâ, atque ex ſubiectâ illi perſonâ vitij, ſic tan-

quam ex duorum elementorum temperatione, efficitur forma quædam mirabiliter illecebroſa ad voluntates capiendas. Nam inueniunt in eâ probi quod eos afficiat nomen ſanctitatis. Improbi quam tantopere ſitiunt, laxitatem licentiámque honore cumulatam. Denique vulgi homines qui exiſtimationem probitatis bona conditione emere volunt, eam vili pretio vendibilem apud Nouatores oſtendunt, qui nihil præter multitudinis gratiam, & populares plauſus, ſuæ Nouitati quærunt.

Hæc duo ſic congruere inſtituto noſtro, *SANCTITAS TVA* iudicabit, vt ad illud ſine cuiuſquam offenſione accommodari poſſit, nam liber de frequenti Communione dictus, obijcit legentium oculis pulcherrimam ſpeciem reſtituendæ in antiquum decus pœnitentiæ, quam noſtris temporibus conſeneſcentem, & miſerè dilapſam eſſe luget; Nihil enim de pœnitentia nobis fere præter nomen eſſe relictum, Cilicij, Cineris, & ſacci; Vigiliarum, Stationum, & humicubationum non modò vſum, ſed memoriam apud Chriſtianos abolitam, aliarúmque id genus exercitationum, quibus piè ſæuiebant in ſua corpora pœnitentes, conqueritur. Quis homo frugi non amet vultum huius doctrinæ? at ſub hac ſpecie, quantùm ſimulationis lateat, cum ſemel detexerit, nihil eſſe eâ fallacius iudicabit.

Hæc porrò ſpecies aſſimulata probitatis proditur ex verbis quibus ſcriptor profitetur, non eſſe inſtituti ſui priſcam ſeueritatem pœnarum quæ corpus affligunt, per ſacros canones conſtitutarum renouare, ſed eas ad iuſtum quoddam temperamentum reducere, quod poſitum ſit in Abſtinentiâ Euchariſtiæ per Sacerdotis auctoritatem pro noxis mortalibus infligendâ. Sic enim loquitur. *Igitur ſi ex omnibus Antiquæ Pœnitentiæ externis partibus, nihil admodum amplius retineatur, quàm SEPARATIO A CORPORE CHRISTI, quæ pars maximi momenti eſt, Patrum iudicio, quia priuationem beatitudinis repreſentat; facillima quoque hominibus, quia nemo eſt illius vſurpandæ non idoneus, quæ affligendo animo, quàm corpori accommodatior eſt, quæque bonorum operum exercitationi coniuncta,*

Idioma Gallicum extat ſuperiori ſect. poſitum.

defectum quandóque aliarum pœnarum quæ ſuſtineri nequeunt, ſupplere poteſt, cùm ex vero Dei impulſu ſuſcipitur, comitémque habet moderationem & æquabilem viuendi formam; Quis eſt QVI TEMPERAMENTVM non probet tam iuſtum, tamque rationi conſentaneum?

Occupatur prima Reſpōſio Aduerſariorum, qua dicerent ſe retinere aliquid aliud de antiquâ pœnitentiâ, præter Abſtinentiam Euchariſtiæ.

Quibus verbis clarum eſt, quòd de veteri pœnitentiæ diſciplina nihil aliud ætati noſtræ ſcriptor reſeruet, præter Abſtinentiam Euchariſtiæ; Nam bonorum operum exercitatio, & vitæ æquabilitas ac moderatio quam adiungit, communis eſt vita officiúmque chriſtiani, etiam extra pœnitentiæ ſtatum degentis, quippe bonum facere & cauere à malo pro lege communi Iuſtitiæ Chriſtianæ ponitur; Pœnitentis verò actus ſunt, *Detrimenta carnis*, *Damna lætitiæ*, *Damna Patrimonij*, *Vitæ labores*, Inquit Arnaldus, ex Paciano: Idem ſcriptor Cæſarium Arelatenſem ita loquentem introducit. *Quibus tamen operibus minuta peccata redimuntur, pleniùs vobis inſinuare deſidero; Quoties infirmos viſitamus, in carcere poſitos requirimus, diſcordes ad concordiam reuocamus, indicto in Eccleſiâ ieiunio ieiunamus, hoſpitibus pedes abluimus, ad Vigilias frequentiùs conuenimus, Eleemoſynam ante oſtium prætereuntibus pauperibus damus, inimicis noſtris, quoties petierint, indulgemus. Pro capitalibus verò criminibus non hoc ſolum ſufficit, ſed addendæ ſunt lacrymæ, & rugitus, & gemitus, & longè protracta ieiunia, largiores Eleemoſynæ etiam, pluſquam nos ipſi valere poſſumus eroganda; vltro nos ipſos à Communione Eccleſiæ remouentes in luctu & triſtitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam etiam publicè agentes.* Quæ verba oſtenduntduplicem ſeriem operum; aliorum quidem, quibus continetur officium hominis integri & iuſti, aliorum verò, quæ propria ſunt pœnitentis, operoſa illa certe & luctuoſa; de quibus nihil delibat aliud ſcriptor libri de frequenti Communione, *ad iuſtum temperamentum* hodiernæ pœnitentiæ conſtituendum, quàm cibi Cœleſtis Abſtinentiam.

Pacian. Ep. 31. citatus in lib. de freq. Commu.

Cæſar. citatus. in li. de freq. Comm. 2. part. cap. 4. P. 254 *Si ces parolles eſtonnantes ne ſont pas capables de nous conuaincre. &c*

Atque vt id omne quod erat de proprio cenſu antiquarum pœnarum eximeret, non ceſſat per totum caput viceſimum tertium commendare id genus pœnitentiæ à facilitate. Quatenus inquit, *ſine Ieiunio, ſine Vigilijs, ſine Mortificatione, ſine multis Eleemoſynis expleri poteſt.*

Additque nihilominus cum hac facilitate, *adiunctam eſſe vim ſatisfaciendi cumulatiſſimam.*

Si quid eſt, *Sanctiſſime Pater*, quod in ipſo aditu tetrum odorem dogmatis huius, inhalauit mihi, Viriſque ſtudioſiſſimis, qui nihil tam ardenter cuperent quàm Chriſtianos efficere ſeriò pœnitentes, id profectò fuit, quòd ſcriptor, exquiſitum quendam apparatum conficiat luctuoſarum pœnarum, quibus afflictabant antiqui pœnitentes corpora ſua, eóſque ſitu & ſquallore ſordidatos, duritia victus & accubitus maceratos, ieiunijs debilitatos & fractos, Vigilijs exhauſtos, Voluntarijs denique ſupplicijs & tormentis penè confectos, magnificè prædicet: quaſi in hoc laborum & vexationum ærumnoſo curriculo vim exhiberet ritè procurandi peccata, placandique iram diuini Numinis; remedium præberet ad ſananda animorum vlcera, & inueteratas vitiorum ſtirpes & fibras penitus euellendas, adeò vt inde ſuum nomen pœnitentia ſumpſerit, & pro laborioſo baptiſmo data ſit. Deinde verò cùm ferendum eſt iudicium quomodo hæc pœnitentiæ forma noſtris temporibus reſtituatur, prætermittat omne genus afflictationum, & cruciamentorum eiuſmodi, vnâ Euchariſtiæ Abſtinentiâ cõtentus.

Et cependant parce que ceſte ſatisfaction eſt plus ſpirituelle que corporelle, il eſt aiſe à iuger qu'elle a cet auantage pardeſſus toutes les autres, qu'elle peut eſtre pratiquée par toutes ſortes de perſonnes, au lieu qu'il s'en trouue aſſez ſouuent qui ne ſont gueres capables ny de ieuſner, ny de veiller, ny de ſe mortifier, ny de faire beaucoup d'aumoſnes.

2. part. capi. 23. P. 479.

Qui poſſede en meſme temps ces deux conditions ſi importantes, pour vne vraye ſatisfaction, d'eſtre enſemble la plus grande peine que l'on puiſſe impoſer, à vn pecheur touché veritablement de Dieu, & neantmoins celle qui peut eſtre le plus facilement imposée à toutes ſortes de perſonnes.

Ibid. P. 478.

Id enim mecum ipſe reputabam, quod apud ſe faciebant etiam Viri Integerrimi, vt poſtea mihi confeſſi ſunt, dictum Diui Auguſtini, longè præclariſſimum & veriſſimum; *Sacramenta & ſcripturas habent hæretici ad ſpeciem, non ad ſalutem.* Quorſum enim illa tam celebris támque vaſta, tot moleſtiarum cruciatuúmque, quibus acerbè & flebiliter exercebantur olim pœnitentes, facta in libro de frequenti Communione prædicatio, niſi fortè ad inanem oſtentationem ſuæ nouitatis? ſiquidem ad vnam Euchariſtiæ Abſtinentiam, tota quanta eſt, recidere debebat. Commouebat etiam me non mediocriter illa ratio ſcriptoris parum accommodata ad inſtitutum Antiquæ pœnitentiæ, quam ex *facilitate remedij, & indolentia Corporis duxit, quia res eſt facillima, Abſtinentia Euchariſtiæ & affligendis animis quàm corporibus commodior, pertinere ad iuſtum & rationi conſentaneum temperamentum pœnitentiæ, &*

Auguſt. lib 3. contr. Donatiſt. ſub fin.

Occupatur ſecũda reſponſio aduerſariorum & oſtenditur quod in ſpeciem & oſtentationem tantùm, pœnas Antiquæ Pœnitentiæ propoſuerint.

ſufficere poſſe, ſi vel vna retineatur.

Quomodo enim hæc ratio conſentit cùm recitatis ab Arnaldo tot Illuſtrium Doctorum cohortationibus? *Quòd pœnitentia nomen ſumpſerit à pœna, quâ anima cruciatur & Caro mortificatur? Quòd aliud eſt pœnitere aliud pœnitentiam agere, pœnitere ſit ante acta deflere, & defflenda non committere, agere pœnitentiam ſit ſatisfacere ieiunando, Eleemoſynas dando, & ſimilia opera praſtando. Quòd pro Capitalibus criminibus addendæ ſunt lacrymæ, & rugitus, & longo tempore protracta ieiunia. Quòd anima ſentiens ſe peccaſſe, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere; & indigere cauterio, conſtanter dicit ad Medicum. Vre carnes meas, reſeca vulnera, humores omnes, ρεῦμα noxium adure, hellebori potione conſtringe, mei vitij fuit vt vulnerarer, mei doloris ſit vt tot tormenta ſuſtineam, & poſtea ſanitatem recipiam.*

La Penitence (dit Sainct Iſidore) a pris ſon nom de la peine que l'ame ſe donne en s'affligeant elle-meſme, & en mortifiant ſa chair, &c. Lib. frequ. Com. 2. part. cap. 14. p. 396 & ſequ.

Quis, inquam, hæc dicta non arbitraretur eò ſpectare, vt ſolida nobis pœnitentiæ forma redderetur? cùm præſertim hodiernam ab Arnaldo culpari toties vt *mollem & commodam & effæminatam & immaniter officioſam* aduertit. At cùm hanc apparationem pœnitentialis Pompæ adornatam videt, eo tantum animo & fine, vt de illa, *nihil admodum præter Abſtinentiam Euchariſtiæ retineatur.* Eóque argumento, *quia res eſt facillima & corpori non incommoda.* Fierine poteſt vt de fucata pœnitentia non ſuſpicetur, quæ facilitate metitur remedium illud, in quo, *ſectionis aduſtioníſque adhibendam eſſe ſæuitiam retulit ex ſanctis Patribus?* Annon porro æquius in Arnaldum, quàm in eos, quos ſtimulis tanquam remiſſos & molles pungit, dictum eius conuertetur.

Lib. fre. Com. p. 375. 341. 480. 486.

SI SIC EST, iniuſtiſsimi hominum, ſancti Patres ſunt; qui vultum pœnitentiæ, tam horridum nobis depinxerunt, quâ nihil eſt tractabiliùs. Excludit enim dura & aſpera omnia, quibus atteritur, deſtruitúrque Caro peccati; quibus exuit ſeipſum Vetus homo, ſuæ vetuſtatis punitor & vindex; Quæ loco pœnarum facilitatem præſcribit, in quam homines quibus illa præſcribitur, ſunt effuſiſſimi; homines, dico, mortalium noxarum reos, creatis rebus intemperanter addictos, qui præter carnem, nihil ſapiunt; Vnde ab Apoſtolo carnales dicuntur, quos opus fuit pigros & morantes ad ſacrum

Lib. freq. Com. cap. 27. p. 493. *Si cela eſt, ils ont eu grand tort de nous faire le viſage de la Penitence ſi auſtere.*

Epulum

Epulum corporis Chriſti, (quæ menſa erat Chriſtianorum olim quotidiana) ſemel in anno, iuſſu & interminatione compellere; vſque adeò Cæleſtis panis delicias præ ſiliquis porcorum faſtidiunt. Nihil ergo fingi poteſt quod crudeliùs blandiatur inſanis hominum cupiditatibus,& rerum Cœleſtium obliuioſis, quàm ſi, pro remedio & medicina criminum, detur, carere ſpiritali cibo, quem deguſtare ſine tœdio nequeunt.

Occupatur tertia Reſponſio Aduerſariorum, & oſtenditur quòd abſtinentia Euchariſtiæ non ſit dura & moleſta iis qui frequenter in peccata mortalia cadũt.

Quamuis enim puræ & illibatæ mentes quæ nuncium rebus caducis remiſerunt vni Deo applicatæ & affixæ, ſentiant quàm triſte ſit, vel ad modicum tempus non impartiri Communione *ſummi & perfecti boni*, (ſic enim Euchariſtiam primores Chriſtiani vocabant) cuius eximium guſtum habent, animalis tamen homo, qui ſe peccato & dæmoni mancipauit, aſſurgere ad puriſſimum illius triſtitiæ ſenſum non poteſt, niſi perpurgato multis ieiunijs palato,& repreſſis per auſteritatem vitioſis affectibus, qui hunc guſtum deprauant.

Quapropter abſtinentiam Euchariſtiæ, non imponebat olim Eccleſia flagitioſis hominibus, præciſam ab illo auſteriorum virtutum comitatu, quæ corpus affligunt; ſed cum laborioſa pœnitudine, ſub Cilicio & Cinere, & cum ærumnis ieiuniorum coniunctam, ad mortem viuificam Corpori reo & rebelli inferendam; ne ſi nihil admodùm præter Euchariſtiæ priuationem, pro pœna capitalium criminum, *tanquam rem facillimam, & affligendis animis quam corporibus magis idoneam*, imponeret, indulgere potius hominibus corporis ſui amatoribus,& ſpiritualium ciborum parum appetentibus,quàm mederi videretur, & fomitem alendis illorum cupiditatibus, quàm extinguendis medicinam ſubminiſtrare.

Nunc verò, poſtquam ab illo primæ Charitatis ardore tantùm refrixiſſe Chriſtianos, ſcriptor expoſtulat, facilitatem illam carendi Euchariſtia, non laxiorem ſolùm, ſed lubentiorem facere, neque ad eam pœnitentes modò tanquam ad rem minimè difficilem, ſed pœnitentium Rectores & Iudices ſollicitare

quaſi ad iuſtum & rationi conſentaneum temperamentum; cuius eſt Conſilij? cuius inſtituti? cuius hominis? an non illius ſanè, qui amplificandæ ſectæ adlaborans, id vnum ſtudet, vt ſibi ſectatores & ſuffratores quamplurimos acquirat.

Eam ob rem, non defuerunt eximia quadam ſagacitate viri, qui dicerent fœdus illud noui Dogmatis, ex inuidia pietatis publicæ ictum eſſe, quæ florere in templis ædibuſque ſacris Religioſarum familiarum cernebatur. Lucem illam conſpicuæ ſanctitatis incidentem ægris oculis, ſic Nouatores offendiſſe, vt in eius ruinam coniurarent; & depopulari, atque in ſolitudinem aliquando vertere frequentata numeroſis pœnitentibus adyta, molirentur. Id autem quo facerent ſolertiùs, obtendiſſe venerabilem quandam antiquæ pœnitentiæ ſpeciem, de qua nihil tamen aliud reciperent præter abſolutionis & Euchariſtiæ interdictionem, quæ orbitati templorum videbatur aptiſſima.

Sed cùm ne id quidem ad inducendam deſolationem in res ſacras, earúmque Magiſteria ſufficeret, quia hoc pacto remoueri tantùm eos Pœnitentiæ clientes cernerent, qui ſe peccatis mortalibus obligarent, viſum eſſe illius factionis Ducibus, ab vſurpatione corporis Dominici abſterrere etiam candidas & primæ integritatis retinentes animas, incuſſo timore menſæ terribilis (quaſi id dictum eſſet ad innoxios repellendos) & exaggeratis tam rigidè, & tam iniquè conditionibus bene communicandi, vt eas ferre non poſſit vitæ infra Deiparam virginem, quantumlibet intactæ, puritas.

Quam ad rem è Diuo Dionyſio myſticũ quoddam & formidabile pronunciatum (ſi crudè accipiatur) crudè acceperunt, & popularium ſuorum auribus crudiùs ingeſſerunt, quo ſignificant à ſacra Communione pellendos eſſe tanquam minus benè præparatos, *eos ipſos, qui etſi iam flagitioſæ vitæ nuncium remiſerint, nondum tamen reſiduis præteritorum vitiorum imaginibus ſunt perpurgati, non ſolum eos qui amore ſui turgent, ſed quibus etiam nondum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis*

Infra totus ille textus citatur ſect. 5. quæſt 5.

expers. Non ſolum eos qui mirum in modum affixi mundo ſunt; ſed eos omnes qui nondum vni Deo perfecte vniuntur, neque penitus inculpabiles ſunt.

Denique eundem in finem, abſtinentiam Euchariſtiæ, cum eiuſdem ſumptione ita componunt, vt hanc in colendo Deo vilem efficerent, in illa verò ſummum decus & quaſi faſtigium diuini cultus collocarent. Nam de vſu frequentis Communionis ſic loquitur Arnaldus vt doceat, *nihil admodum inde honoris Deo accedere*, verba eius concepta ſunt, *ſi mortalium omnium iudicio iniurioſum eſſet Regum terrenorum Maieſtati, dicere, eos præcipuo quodam honore affici, quod ſubditos menſa ſua ſæpius accipiant, an hoc ſatis dignè de cæleſti Rege vſurpas, quòd multùm illi honoris accedat, cùm miſeræ creaturæ ad eius menſam frequenter accumbunt, vt ſe proprio eiuſdem corpore reficiant?* Cùm verò de abſtinentia Euchariſtiæ ſermo eſt eam extollit vt quam maximè; ait enim g per id genus pœnitentiæ, *plus ſatisfieri Deo, quàm quolibet alio genere bonorum operum, ſi ſeparata ſint à pudore qui naſcitur ex SEPARATIONE CORPORIS CHRISTI.* Quo dicto quid cogitari poteſt gratioſius ad inducendam ſacræ menſæ derelictionem & ieiunitatem? quam vrget etiam amplius, ſubiectis ad imitandum exemplorum illuſtriũ facibus; h *Audeo* (inquit) *dicere, ſunt animæ, quas ſcimus cùm ex peccatorum ſordibus emerſiſſent, in quibus diù hæſerant, tam potenti gratiæ inſtinctu ſpirituque pœnitentiæ tactas, vt ſe beatas crederent, ſi Deo teſtari dolorem de admiſſo ſcelere conceptum poſſent, DILATA ad vltimum vſque vitæ articulum COMMVNIONE.* Neque hoc ſatis. Poſtquam multos ſcrupulos iniecit de præparatione ad ſacram Communionem neceſſariâ, ad cumulum adijcit, (quod Deus illi parcat) importuniùs enim dictum eſt, quàm vt ſine magna vulgi offenſione accipi poſſit, i *à Diabolo ſæpe ſollicitari malos ad ſacram Communionem, vt ſe ſacrilegijs obſtringant.*

Quæ profecto etſi perſuadent viris cordatiſſimis, hanc machinam libri de frequenti Communione admoueri, ad abſtrahendos à gremio pœnitentiæ & à complexu ſacri corporis, Chriſtianos, vt vel hoc pacto deſertio, vaſtitáſque locis Religioſorũ hominum

Si au iugement de tous les hommes ce ſeroit traitter iniurieuſement les Roys de la terre, que de leur dire qu'ils reçoiuent vn grãd honneur de ce que leurs ſujects mãgent ſouuent à leur table. Eſt-ce parler dignement du Roy du Ciel que de dire comme vous faites; qu'il reçoit vn grand hõneur de ceque de miſerables creatures prennent ſouuent place à ſa table pour ſe nourrir de ſon propre corps.

2 par. cap. 11 p. 724

g *Par laquelle on ſatisfait plus à Dieu, que par toutes ſortes de bonnes œuures, lors qu'elles ſont ſeparées de cette confuſion, qui naiſt de la ſeparation du Corps de Ieſus-Chriſt.*

Pref. p. 36.

h *Et i'oſe dire qu'il y a des ames qui eſtant reuenuës de l'eſtat du peché, dans lequel elles auoient paſſé pluſieurs années, ſont tellement touchées par vn mouuement de grace, & par l'eſprit de Penitence, qu'elles ſeroient rauies de pouuoir teſmoigner à Dieu la douleur & le regret qui leur reſte de l'auoir offenſé, en differant leur*

Communion iuſqu'à la fin de leur vie. Pref. p. 36.
I *Et c'eſt par là meſme, qu'il porte ſouuent les mechans à la Communion pour leur y faire faire des ſacrileges.* 3. par. ch. 11 p. 728

cultu & miniſterio conſecratis inferatur, immorari tamen in his diutiùs nolo, ſatis eſt, oſtendiſſe *SANCTITATI TVÆ*, quàm illud Dogma nihil redoleat antiquæ ſeueritatis in Diſciplina pœnitentiæ adhiberi ſolitæ, cuius tamen vmbram & nomen affectat: quàm meritò à nobis huic funeſtæ machinationi inuigilatum ſit, & quàm ſcitè in Nouatores conueniat vetus illud dictum.

Ego odi homines ignauâ operâ, & philoſophicâ ſententiâ.

Quippe prima fronte viſi ſunt ætatem noſtram iiſdem verbis increpare, quibus quondam Tertullianus Montaniſta Zephirino Papæ obtrectabat. *Quid agis molliſſima & humaniſſima Diſciplina?* tum de repente ita Diſciplinæ illius fræna demittere, vt multò laxiorem fractiorémque efficiant, quàm modò eſſe conquerantur. Sed hanc mihi legem dixi, vt nihil ex iudicio meo ſtatuam. Itaque cauſas tam inconſtantis doctrinæ, quæ à ſumma Montani ſeueritate, ad remiſſiſſimam eorum laxitatem qui poſtremis temporibus pœnitentiam omnem reſpuerunt, deſultoriè incurrit, æquiſſima iudicij tui lance ponderandas, *Beatiſſime Pater*, penitùs relinquo.

Tertull. de pudicit.

SECTIO III.

SVMMA TOTIVS CAVSÆ.

PRISCVM & ſolenne in Eccleſia fuit, *Sanctiſſime Pater*, vt ſi quæ paulò maioris negotij controuerſiæ in ſacrarum rerum vſu & ſcientia exortæ eſſent, de ijs ad ſedem Apoſtolicam referretur, & poſtulata quædam darentur; quibus ſua ſummi Pontifices reſponſa, decreta, oracula ſubiungerent. Ex quo factum videmus vt volumina Epiſtolarum, quas *Decretales* vocant, in Canonici iuris corpus adlecta ſint.

Id moris antiqui & perpetui documentum ſeruare nobis in animo eſt, vt in hac doctrinarum grauiſſima iactatione, quæ vndique ingruit, nihil ex noſtro ſen-

ſu definientes,omnia ad Tribunal *ſanctitatis Tuæ*, iudiciùmque remittamus; inſtitutis de re vniuerſa quæſitis; ſimulque rationibus expoſtulandi, dilucida breuitate propoſitis.

QVÆSITVM PRIMVM. An opportunum noſtris temporibus, pænitentiæ temperamentum ſit, ſi de antiqua pænitentiæ forma, illam dumtaxat partem repetamus, quæ in præciſione Euchariſtiæ conſiſtit, quámque ob ſingula peccata mortalia inflictam fuiſſe, ſcriptor libri de frequenti Communione præſumit. Verba Arnaldi relata ſunt, Sectio. præcedenti.

CAVSA expoſtulandi hæc eſt. Quòd antiqui Patres, illam pœnam ſeorſim ab alijs quæ corporeæ & cruciabiles eſſent, pro grauioribus peccatis ſtatuere non ſolebant. Imò ſi qui inter Chriſtianos eam ſolitariè vſurparent, increpantur à D. Ambroſio,his verbis. *Sunt etiam qui arbitrentur hanc eſſe pænitentiam, ſi abſtineant à ſacramentis Cæleſtibus.* Ergo temperamentum illud pœnitentiæ quo nunquam vſi ſunt, tanquam regulâ generali, & quod repudiant Sancti Patres,non videtur noſtris temporibus eſſe ſatis idoneum, & commodum. D. Ambroſi. l. 2. de Pœnit. c. 9.

QVÆSITVM SECVNDVM. An verum ſit, quòd multum honoris Deo non accedat, ex frequenti Communione corporis Chriſti? Verba Arnaldi relata ſunt, Sectio. præcedenti.

CAVSA expoſtulandi eſt. Quòd ſacra Communio ſit actus quidam Religionis præaſtntiſſimus; ait enim D. Thomas, quòd per Euchariſtiam, *homo perficitur in vnione ad Chriſtum paſſum;* atqui hæc affinitas cum Chriſto patiente, maxime honorifica eſt Deo; vnde nihil magis deſiderat quàm videre nos conformes imagini filij ſui. Quare, quicumque piâ animi affectione erga Crucem,& lacrymabiles Chriſti cruciatus,à Deo donati ſunt; quique cum teneſrimo pietatis ſenſu dicunt, *Amor meus crucifixus eſt*; ijdem ſitim experiuntur ardentiſſimam Euchariſtiæ, in qua Chriſtus ipſe ſuæ paſſionis memoriam impreſſit, monimentis duobus, ſacrificio ſcilicet atque ſacramento, conſignatis, ad amorem noſtrum, certè ſi ferrei non ſumus, expugnandum, potentiſſimis. Præterea D. Auguſtinus poſtquam mouiſſet quæſtionem, an quotidie ſumendum ſit corpus Domini, ita concludit. *Rectiùs inter eos* D. Tho. 3 part. q. 73. ad 3. D. Auguſt. Ep. 118

fortaſſe quiſpiam dirimet litem, qui monet, vt præcipuè in Chriſti pace permaneant; & paulò poſt addit. *Nam & ille honorando, non audet quotidie ſumere; & ille honorando, non audet vel vllo die prætermittere.* Ergò per frequentem Communionem Deus honoratur.

Arnaldi Verba ipſa recitauimus Sectio. præcedenti.

QVÆSITVM TERTIVM. An affectus ille qui exprimitur in libro de frequenti Communione ſit laudabilis, & plebi Chriſtianæ ſuggerendus; nempè vt optet quis, ad vltimam vſque vitæ periodum, remittere ſacram Communionem.

CAVSA expoſtulandi eſt. Primò, quia non intelligimus, quo pacto cum præcepto anniuerſariæ Communionis, ſtare poſſit votum, de ea per totam vitam prætermittenda. In Concilio Lateranenſi præcipitur vt Paſchate per ſingulos annos recurrente, quiſque adultus ſacræ Euchariſtiæ communicet; Arnaldus, vt in vltimum vitæ diem remittatur communio, optabile eſſe dictat; igitur cum Canone Lateranenſi pugnat. At inquit, Diuinus ille, atque extraordinarius quidam impulſus eſt: contrà. Dei ſpiritus, ad frangendas leges Eccleſiaſticas non impellit.

Secundò. Quia Patres Hybernenſis Concilij docent ex diuturna Euchariſtiæ intermiſſione, animum OBDVRESCERE, ſic enim ſtatuunt de Presbytero quem Decennali pœnitentiæ ob crimen fornicationis addicunt. *Vt finito primo anno & medio; Corporis & Sanguinis Domini, ne INDVRESCAT, particeps fiat, & ad pacem veniat.*

Pol. l. 4. Tit. 39.

Eodem tactus inſtinctu S. Xauerius, quem perperam ſibi aſcribit Arnaldus, pronuntiat, quòd ſimul, ac vſus Euchariſtiæ omittitur, eius guſtus amittitur, & quòd ſanctitatis flos emarceſcit, iuxta illud è Pſalmo; *aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.*

Xauer. Ep. 12. l. 2. impreſſ. Gall. Pariſ.

Pſ. 101.

Tertiò. Concilium Tridentinum ſic loquitur, *Optaret quidem ſancta Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles aſtantes, non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent.*

Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 6.

Quartò. Catechiſmus Pij v. ſic habet. *Quare Parochi partes erunt, fideles crebrò adhortari, vt quemadmodum Corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrari neceſſarium putant, ita etiam quotidie hoc Sacramento alendæ & nutriendæ*

Catech. Pi V. par. de Euch. n. 60.

animæ curam non abijciant.

Quintò. Carolus Borromæus in Conſilio Mediolanenſi III. ita decernit. *Ad ſaluberrimum illum ſacræ Euchariſtiæ frequentis ſumendæ Vſum, Parochi & Concionatores item populum exhortentur, naſcentis Eccleſiæ inſtitutis atque exemplis, & grauiſsimorum Patrum vocibus; & ſententiâ denique Tridentinæ Synodi, quæ optaret quidem fideles, in ſingulis Miſsis, non ſolùm ſpirituali, ſed etiam ſacramentali Euchariſtiæ perceptione communicare. Quòd ſi quis Concionator etiam Regularis, aliquid contra DIRECTE DIXERIT, VEL INDIRECTE; Epiſcopus in cuius Diœceſi hoc ille admiſerit, ei tanquam SCANDALVM diſſeminanti, Tridentinæ eiuſdem Synodi authoritate interdicat prædicationem Verbi Dei, ad cuius prædicationis munus ne idem reſtituatur, niſi primùm eiuſdem Epiſcopi iudicio ſatisfecerit eo ipſo in loco, vbi ea in re ſcandalum & offenſionem præbuerit.* Ergò affectus ille neque laudabiliter, neque prudenter plebi Chriſtianæ ſuggeri, in libro de frequenti Communione videtur. Vt optet quis, ſacram Communionem in vltimum vſque vitæ diem differre.

QVÆSITVM QVARTVM, An non Arnaldus locum quendam D. Ambroſij; atque etiam D. Dionyſij Alexandrini alterum, corruperit, vt ſuam de Abſtinentia Euchariſtiæ ad mortem vſque proroganda, opinionem Chriſtianis inculcaret?

Poſtquam quarumdam animarum, quas ſe optimè noſſe, ait Arnaldus, propoſitum abſtinendi Euchariſtia vſque ad obitum, prædicauit; huius tam incredibilis támque inuſitatæ Abſtinentiæ, ne ipſe author eſſe videatur, Præceptorē introducit D. Ambroſium, ſponſorem verò D. Dionyſium Alexandriæ Epiſcopum. Arnaldi verba, quæ cohærent ſupra citatis, hæc ſunt, *Dimittendo Communionem vſque ad vitæ finem, quippe quòd ſe indignas Corporis Chriſti amplexu iudicent, vt hoc pacto Conſilium, vel potiùs IMPERIVM iſtud, executioni mandent, quod à D. Ambroſio præſcribitur cuidam perſonæ, in graue peccatum lapſæ. Quódque D. Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus, ait, ab viro cum Deo coniunctiſsimo Serapione, fuiſſe vſurpatum.*

ſupra Sectio. 2.
En differant leur Communion iuſqu'à la fin de leur vie comme eſtans indignes de s'approcher du Corps de IESVS-CHRIST; Pour pratiquer ainſi ce Conſeil, ou pluſtoſt ce Commandement, que Sainct Ambroiſe donne à vne perſonne qui eſtoit tombée dans vn

Atqui, *Sanctiſſime Pater*, ſi legatur tractatus integer, & euoluatur, quem D. Ambroſius ſcripſit ad Virginem lapſam, in quo Conſilium illud & Imperium

grand peché. Prefac. p. 36.

continerí Arnaldus ſuſtinet, nuſquam tamen reperietur. Quid ergo Sanctus ille Doctor virgini Corruptæ præcipit? hoc nempe, vt per omnem vitam, Pœnitentiam agat. Verba eius ſunt. *Sed tu, quæ iam ingreſſa es agonem Pœnitentiæ, inſiſte miſera, fortiter inhære tanquam naufragus tabulæ, ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari. Inhære Pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ, nec tibi præſumas ab humano die poſſe veniam dari; quia decipit te, qui hoc tibi polliceri voluerit; quæ enim propriè in Dominum peccaſti, ab illo ſolo quære remedium.*

D. Ambroſius ad Virg. lapſ. cap. 18.

Vbi quæſo Abſtinentia Euchariſtiæ vſque ad ſupremum vitæ diem preſcribitur? Etenim iubetur Virgo quæ & ſui corporis, & veli, votique ſacri violarat ſanctitatem, *inhærere Pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ?* fateor; ergò iubetur hoc toto tempore carere Euchariſtiâ; Nego, & huius conſequentiæ vitioſitatem oſtendo, quia D. Ambroſius Pœnitentiam publicam non infligit Moniali fœminæ, ſed priuatam, & in ſeceſſu agendam.

Hæc autem non erat obnoxia excommunicationi, ſicut illa ſolemnis & publica, quæ coram populo agebatur; quòd omnes qui vel mediocriter antiquitate tincti ſunt, fatebuntur. Nam de Pœnitentia Clericorum quæ ſecreta erat, id apertè teſtatur D. Baſilius, in Epiſtola ad Amphilochium, vt pòſt dicemus; Et Canone viceſimo ſecundo Epaonenſis Concilij ſtatuitur, vt Presbyteri & Diaconi in Monaſterium ob crimen Capitale detruſi, illic quoad vixerint, laicâ tantùm Communione fruantur. Priuatæ ergo pœnitentiæ ſtatus, præſertim illius perpetuæ quæ in Monaſterij clauſtris agebatur, ſecum non importabat excommunicationem, & Euchariſtiæ priuationem perpetuam; vt comminiſcitur Arnaldus, qui & ſui Commenti Magiſtrum & Authorem D. Ambroſium adducere fruſtra conatur. Quaſi verò quoties nomen Pœnitentiæ in paginis ſanctorum Patrum occurrit, toties de abſtinentia Euchariſtiæ accipiendum ſit? Vt hic facit Arnaldus, qui quot ſunt illorum ad Pœnitentiam hortationes & inuitamenta, pro totidem interdictis vſurpandæ Euchariſtiæ interpretatur.

Neque

Neque verò magis feliciter Arnaldus exemplo Serapionis vtitur quàm Virginis lapſæ ad hanc opinionem de Abſtinentiâ Euchariſtiæ vſque ad exitum vitæ protrahendâ confirmandam, cùm id remedij & Abſtinentiæ genus ab Serapione obſeruatum eſſe affirmat, in eodem contextu ſermonis. Quippe, *Sanctiſsime Pater*, apud Euſebiũ quẽ laudat Arnaldus, ſcriptum de Serapione legimus, ſenem fuiſſe, qui poſt magnam vitæ partem integrè incorruptéque tranſactam, tempore perſecutionis præ imbecIllitate animi fidem Chriſto fefellerat; atque ita eiectum ab Eccleſia fuiſſe; hic verò facti pœnitens tantùm abeſt, vt voluntariam Euchariſtiæ abſtinentiam, vſque ad interitum ſibi irrogaret, quemadmodum affingit Arnaldus, vt [c] potiùs aſſiduis precibus ſe recipi in Eccleſiæ & corporis Chriſti Communionem, vt teſtis eſt qui rem narrat Diuus Dionyſius Alexandrinus, inſtaret, *quo vſq; me detinetis?* Inquiebat bonus ille ſenex, æſtuans deſiderio percipiendi Corporis Chriſti. Neque tamen illius voto ſatisfactum eſt, niſi in morte. Quæ cum ita ſint, mirum eſt ſanè ab Arnaldo exemplum hominis impatientiſſimé deſiderium Euchariſtiæ ferentis, adhiberi, vt cupiditatem illo ſummo bono ad obitum vſque carendi, Chriſtianorum animis inſerat, inſcribàtque? Quid eſt ſanè, quod non poſſit probari hoc genere argumentorum? calidum eſſe frigidum, lucem eſſe tenebras? An non veretur Arnaldus, ne quod in Iulianum iactabat Auguſtinus, audiat ſibi, tum ab Ambroſio, tum à Dionyſio exprobrari? *Dicis tibi ipſe quod vis, nam ego hoc nec dixi omninò, nec ſenſi.*

Et que Sainct Denys Eueſque d'Alexandrie dit auoir eſté pratiqué par vn homme de Dieu nõmé Serapion, pour auoir renõcé Ieſus Chriſt dans la violence des tourmens, apres auoir parfaitement bien veſçu comme il eſt rapporté dans Euſebe.
Pref. p. 36.

c ȣ̃τος πολλάκις ἐδεῖτο, ϗ ȣ̓δεὶς προσεῖχεν αὐτῷ ϗ, μέχρι μέπνος, φησὶν, ὦ τέκνον, κατέχετε?
Euſeb. l. 6. c. 36. & Niceph. l. 6. c. 6

D. Aug. l. 5. cont. Iul. c. 8.

QVÆSITVM QVINTVM, An ſcriptor libri de frequenti Communione, vt præparationem traderet quæ adhibenda eſt ſumendæ Euchariſtiæ, ſcitè prudentérque adduxerit locum è Diuo Dionyſio, quo pelli dicuntur A ſacris Myſterijs illi, qui etſi iam flagitioſæ vitæ nuncium remiſerint, nondum tamen reſiduis præteritorum vitiorum imaginibus perpurgati ſunt, habitu & amore penitùs puro & impermixto; Nec non illi, qui nondum Dei-formes omnino effecti, nec dum prorſus inculpabiles & incontaminati exiſtunt. Ex Eccleſiaſticâ Hierarchiâ c. 3.

Car que ſert-il de nous dire qu'auant la celebration des Myſteres on chaſſoit tous ceux qui n'eſtoient pas diſpoſez à receuoir l'Euchariſtie, ſi vous ne nous enſeignez qui eſtoient ceux qu'ils n'y iugeoient pas DISPOZEZ, & s'il ſe trouue qu'ils euſſent mis de ce nombre

Cauſa expoſtulandi eſt, offēſio Chriſtianæ plebis; quæ Myſterium huius contemplationis, quâ profundiſſimus Hierarcha Timotheum ſuum diuinitùs informat, non capit, & ſecundum litteram peruerſè interpretatur. Atque vt error alius ex alio naſcitur, fit etiam, vt cùm exaggeratur è ſacris ſuggeſtis ad populum, huius teſtimonij authoritas, ille non ſolùm ab Euchariſtiâ, ſed etiam à ſacrificio Miſſæ, & ab omni Sacramentorum vſu, atque commercio, interdictum ſibi eſſe putet. Id enim effici ex verbis Diui Dionyſij vt ipſa ſonant, videtur; quæ repellunt, tum à Communione, tum etiam ab aſpectu diuiniſſimi Sacramenti eos, qui habitu & amore puro, ac penitùs impermixto, Deum non amant, nec adhuc in formam quandam & conditionem Diuinitatis, innocentiâ vitæ penitùs immaculatæ tranſierunt. Quotus autem quiſque eſt, qui hanc de ſe munditiam & affectionem maximè cœleſtem polliceri queat?

An non debuerat Arnaldus, vel hoc textu Diui Dionyſij, in vernaculâ linguâ ſcriptitando, temperare, *Sanctiſſime Pater*, vel hoc illi condimentum adiungere, è mediâ Diui Thomæ ſcholâ ſumptum? qui pluſquam ſemel obſeruat, conſiderandum eſſe, quòd Beatus Dionyſius in omnibus libris ſuis obſcuro vtatur ſtylo, & grādiori, ne fortè Myſteria ſacra in contemptum prophanorum hominum venirent. Vnde monet huius Myſtæ Celſiſſimi authoritatem, *non quantùm ad verba, ſed quantùm ad ſenſum*, eſſe aliquando à D. Gregorio ponderatam. Quòd ſi vſpiam veritatem habet hoc ſācti Doctoris monitū, certè in re præſenti habere debet maximam, in quâ Dionyſius ipſe, omnia eſſe Myſteriorum & Symbolorum plena ſignificat his verbis. ἀλλ' ὦ θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ, τὰ περικείμενά σοι συμβολικῶς ἀμφιέσματα τῶν αἰνιγμάτων ἀποκαλυψαμένη, τηλαυγῶς ἡμῖν ἀναδείχθητι?

Secundò. Quia locus ex Eccleſiaſticâ Hierarchiâ decerptus, longè commodiſſimam patitur explicationem, ſiue quam attulit Doctiſſimus Petauius, ſiue hanc quæ noſtra eſt. Vetus Pænitentiæ Diſciplina, in tres quatuórue gradus diſtributa erat; plures tribus

non ſeulement ceux qui ne ſont pas profeſſion de viure vertueuſement (à qui neātmoins vous commādez la frequente Cōmunion ainſi que ie feray voir) mais ceux meſmes qui eſtoient vne fois tombez de l'eſtat d'vne vie Saincte & Chreſtienne, quoy qu'ils euſſent deſſein d'y rentrer, non-ſeulement ceux qui portans à la baſſe aux pieds d'vn Preſtre leurs habitudes enracinées, & leurs crimes encore tous viuans, doiuent ſelon vous, eſtre auſſi toſt admis à l'Euchariſtie, mais ceux meſmes, qui s'eſtans deſia retirez de la vie contraire à la vertu, ne ſont pas encore purifiez des Images qui leur reſtent de leurs dereglemens. Non ſeulement ceux qui sōt remplis de l'amour d'eux-meſmes, mais auſſi ceux qui n'ont pas encore l'amour Diuin, pur, & ſans meſlāge. Non ſeulement ceux qui ſont ſi attachez au monde que de merueille, mais tous ceux qui ne ſont pas encore parfaitement vnis à Dieu ſeul, & entierement irreprochables.

Si diſie il ſe rencontroit que toutes ces perſonnes, euſſent eſté chaſſées du Sacrifice, cette ſaincte Diſcipline feroit-elle voir autre choſe, ſinon que ceux que vous admettez, ou pluſtoſt que vous pouſſez à la frequente participation des Myſteres; NE DEVROIENT PAS SEVLE-

Concilium Ancyranum, Nicænúmque non recenſent, ſiue ergo illorum vnus bipertitò ſectus deinceps fuit, ſiue etiam ad priores acceſſerit; pono pro fundamento interpretationis meæ, Concilium Diui Dionyſij eò loci fuiſſe, ritum Antiquæ Pœnitentiæ tradere, eiúſque deſcriptionem formámque ſubijcere, per myſticam comparationem triplicis viæ, qua itur ad ſummam perfectionem vitæ cum Deo iungendæ; harum autem vna purgatiua dicitur, ſecunda illuminatiua, tertia vnitiua; quibus gradibus in libro de Cœleſti Hierarcha, docuit ad ſupremam beatitatem perueniri. Quare cùm inſit quædam imitatio, expreſſióque ſummi & perfecti boni in Euchariſtia, eámque ob cauſam Theophantor ille, Euchariſtiam, Sacramentorum perfectiſſimam conſummationem nominet, per quam intima cum Deo coniunctio abſoluitur, πλετῶν. πλετὴν τελεσιȣργȣ̃σαν τὴν πρὸς Θεὸν κοινονίαν. conſequenter ait *Catechumenos* (quod dictum æquè in Pœnitentes valet, qui ſacris Myſterijs exciderant) *ad participationem perfectiſſimi Sacramenti, iuxta Hierarchici Ordinis Dei-formem conſtuutionem, paulatim prouehi*, hoc eſt decurrendo tres illos gradus, in quibus purgatio, illuminatio, & vnio cum Deo proxima continetur.

MENT Y ASSISTER ſelon le ſentiment de ſes grands SS. que vous confeſſez auec tous les Catholiques, au commencement de ce diſcours, nous deuoir ſeruir de regle.

1. par. c. 4. p. 22. & 23.

κάθαρσις; φωτισμὸς τελέιωσις.

His ita conſtitutis, germanus hic eſſe mihi ſenſus eorum verborum videtur, quæ in libro de frequenti Communione difficultatem ex D. Dionyſio pariunt; Expelluntur, inquit à, Communione ſacrarum Rerum, illi, *qui etſi à flagitioſa vita receſſerunt, nondum tamen ab eius phantaſmatis perpurgati ſunt, habitu & amore Diuino penitus impermixto. Præterea illi etiam, qui nondum prorſus* a *vniformes facti ſunt, & vt ex legis præſcripto loquar, nondum omninò inculpabiles & incontaminati ſunt*. Hæc enim verba ſignificant tantùm, Pœnitentes qui hærent adhuc in via purgatrice, vel illuminatrice; hoc eſt, qui verſantur in gradibus Pœnitentiæ deſtinatis tum ad expurgandas ſcelerum ſordes, tum ad virtutum ſatus habitúſque illapſu diuinæ charitatis, ſuſcipiendos; arceri Communione Corporis Cſtriſti, donec confecto curriculo per leges inſtitutúmque Diſciplinæ Eccleſiaſticæ præſcripto, vltimum gradum conſcende-

a ἑνοειδεῖς, non autem θεοειδεῖς, vt male vertit Arnaldus

rint, inquo frui ſummo huius vitæ bono, nempe Euchariſtiâ licebit.
Cum porrò viæ purgatiuæ ratio ſeu Idea, vt vocāt, ita comparata ſit vt in eâ vel minimæ criminū labes, & ipſæ ſi fieri poſſet, criminum notæ eluendæ eſſent; cūque via quæ dicitur illuminatiua, referatur ad virtutum lumina, & ornamenta, animis noſtris, ex ſtudio & contemplatione diuinæ bonitatis, inſerenda, D. Dionyſi' id tribuit perſonis in vtroque illo gradu cōſtitutis, quod vtriuſque illius gradus perfectiſſima forma peculiare & proprium habet; more loquendi ſatis vſitato, velut cùm prefectos appellamus eos, qui in ſtatu perfectionis collocantur, quales ſunt Epiſcopi.
Ex quibus conficio, non id poſtulare D. Dionyſij orationem, nemo vt iudicetur aptus Communioni Sacræ, niſi qui omnem ſcelerum ſuorum non modò luem, ſed etiam recordationem ex animo expunxerit; neque vt tandiu detineatur in ſquallore, luctúque Pœnitētiæ, donec diuinæ charitatis vinculo adſtrictus, vni Deo agglutinetur; quemadmodum perperàm interpretatur Arnaldus; ſed tantùm indicare, qualis Idea & ſpecies pro ſingulis Pœnitentiæ ſtationibus obeundis, proponenda ſit Pænitenti, eo ferè pacto quo Chriſtus dixit. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt.*
Atque vt ſoluantur omnia quæ occurrunt eiuſmodi in ſacris Paginis ſanctorúmque Patrum monimentis pronunciata, hoc ego præcipuè obſeruandum puto, vt inter Ideam propoſitæ rei, & inter regulam participandæ Ideæ, ſeu operis ſecundùm Ideam exprimendi, diſcrimē ponatur; Quippe Idea conditionē obiecti modúmque imitatur, at Regula efficiendi operis, accommodatur ad vires illius, qui opus ſuſcipit cum Ideâ conformandum: Quò fit, vt in immenſum excurrat Idea, & exemplar perfectionis Chriſtianæ, quia Deum habet pro re obiecta ſibi præfixum; contrà verò, regula & ratio dirigendæ ad illam Ideam vitæ, certis finibus comprehendatur, & ad captum viréſque hominum, cum ope diuinâ temperetur. Veluti in ſubiectâ re, certa temporum ſpatia definiebantur,

quibus ſinguli pœnitentiæ gradus peragrarentur. In ſingulis quoque gradibus certa pœnarum genera erant conſtituta. Quæ cùm fideliter explebantur omnia, non negat D. Dionyſius, officio quidem Pœnitentis eſſe ſatisfactum, quantùm neceſſe eſt ad Synaxim ritè celebrandam; ſed vt ipſe ſtudium Pœnitentiæ prouocet amplius, ſummamque Euchariſtiæ Venerationem conciliet, oſtendit ſecundùm Ideæ & præcellentis formæ dignitatem quæ perfecti boni, in Euchariſtiâ poſiti communionem repræſentat, nunquam â Pœnitentibus fieri ſatis poſſe. *Veruntamen* (vt in re ſimili cum D. Auguſtino loquar) *Magiſter bonus, mandata legis ab iſtâ excellentiore perfectione diſtinxit.* Auguſt. Ep. 89.

Quæ cùm ita ſint, meritò poſtulamus *A SANCTITATE TVA*, an non temerè in vulgus ſparſa ſit à ſcriptore frequentis Communionis hæc D. Dionyſij ſublimior oratio, cum durâ Interpretatione, quam verba præ ſe ferunt. Quam non ſolùm mollire facili veróque ſenſu non ſtuduit; quin exaggerare magis & amplificare commentarijs, & verſione ſuâ viſus eſt; quò verò hæc ſpectant, niſi ad deſperationem Chriſtianis inijciendam præparationis, quâ dignè Corpori Chriſti communicent aſſequendæ, non cernimus?

QVÆSITVM SEXTVM. An non peccet Arnaldus contra Traditionem, & regulas à ſanctis Patribus poſitas, cùm deterret à ſacrâ Communione [a] *Chriſtianos omnes, qui nondum amore Dei puro penitùs, & impermixto ſunt, necdum Deiformes effecti, & prorſus inculpabiles, & incontaminati.*

HVIVS Expoſtulationis Actores duos *ſanctitati tuæ* præbeo, Diuum Cyrillum Alexandrinum, & Baronium. Iſte, cui fides & authoritas in recenſendis primæuæ Eccleſiæ traditionibus, & inſtitutis, quanta debeatur, nemo ambigit, ſic habet de antiquo vſu Euchariſtiæ. Attamen quòd ad frequentem „ eius vſum pertinet; dicere non prætermittimus, ex „ INSTITVTIONE APOSTOLICA frequentē „ vſum eſſe in Eccleſiâ commendatum. Fidem facit „ eius rei Ignatius, qui iiſdem cum Apoſtolis, tempo- „ ribus (prout ſæpius antea diximus) vixit. Nam ad „ Epheſios ſcribens hæc monet: *Date itaque operam, vt* „

[a] *C'eſt pourquoy quand vous aurez banni de l'Egliſe tous ceux qu'ils en banniſſoient, c'eſt à dire (comme Sainct Denys nous le teſmoigne) ceux qui ſont tōbez de l'eſtat d'vne vie Sāite & Chreſtiēne, ceux qui ce ſont retirez de la vie contraire à la vertu, mais qui ne ſont pas encore purifiez des phantoſmes, & des Images, qui leur reſtent de leurs dereglemens paſſez, par vne habitude & par vn amour diuin, pur, & ſans aucun meſlange: & enfin ceux qui ne ſont pas encore parfaitement vnis à Dieu ſeul, &c.*

pour vſer des termes de l'eſcriture, ceux qui ne ſont pas entierement parfaits & irreprochables, lors diſie que pour me ſeruir des parolles de ce meſme Sainct, vous auez chaſſé toutes ces perſonnes du Temple de Dieu, & du ſacrifice, comme eſtant trop ſublime, & trop eſleué pour elle, l'on ne trouuera nullement manuais, qu'à l'exemple de tes premiers Chreſtiens, vous conuiez à la reception de l'Euchariſtie, tous ceux qui demeureront pour aſſiſter à la celebration des Myſteres.
L. fre. Com. 1. par. ch. 6. pag. 28.

„ *crebrius congregemini ad Euchariſtiam, & gloriam Dei*, & in-
„ ferius: *Omnes nominatim congregamini mente indiuulſa fran-*
„ *gentes panem vnum, quod pharmacum immortalitatis eſt, mor-*
„ *tis antidotum, vitámque in Deo concilians per Ieſum Chri-*
„ *ſtum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.*
„ Hæc Ignatius, ſed quod dicit. *Mente indiuulſa frangentes*
„ *panem vnum.* Haud dubium id ipſum fieri debere ad-
„ monet, quod ipſo initio naſcentis Eccleſiæ, mox poſt
„ Miſſum diuinitus ſpiritum ſanctum, fideles facere
„ conſueuerant: de quibus Lucas. *Erant* inquit, *perſeue-*
„ *rantes in Doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis*
„ *panis*, ac rurſum paulo poſt; *quotidie quoque perdurantes*
„ *vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem; ſu-*
„ *mebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collau-*
„ *dantes Deum.* Sic igitur Maiorum admonitos conſue-
„ tudine, poſteros fideles conatos eſſe quotidie ſumere
„ Euchariſtiam, Patres tam Latini quam Græci facilè
„ demonſtrarunt. Cyprianus enim hæc in Oratione
„ Dominica. *Hunc quotidie dari panem nobis poſtulamus; ne*
„ *qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie in cibum ſalutis*
„ *accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti &*
„ *non communicantes à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore*
„ *ſeparemur.* Quod ne facere prætermitterent Chriſtia-
„ ni, cum non eſſet liberum quotidie ad Eccleſiam con-
„ uenire (vt nuper dictum eſt) particulas domum por-
„ tandi atque ſumendi, abſque dubio licentiam ob-
„ tinuiſſe ex inſtitutione Apoſtolica Maiores tradide-
„ runt. Quis enim abſque Apoſtolorum exemplo hæc
„ facere præſumpſiſſet? quare Petrum Romæ hæc do-
„ cuiſſe, facile perſuademur.

Hactenus Baronius, qui frequentem Euchariſtiæ ſumptionem, in Traditione quadam Apoſtolica ponit. Aduerſatur ergo Traditioni Arnaldus, qui Abſtinentiam ſacræ Communionis ad mortem vſque produci, pietatis prætextu ſuadet; tum etiam cùm eos omnes ſacris rebus ſummoueri iubet, qui non ab omni labecula puri ſunt, necdum in vnum cum Deo ſpiritum coaluerunt; exemplo Antiquitatis ficté propoſito. Quandoquidem Baronius ferculum ſacræ Euchariſtiæ Chriſtianis paſſim omnibus quotidie appo-

ſitum fuiſſe ex D. Cypriano atteſtatur; exceptis ijs qui *intercedente aliquo grauiore delicto* accedere ad ſacram menſam vetabantur.

Ad Diuum Cyrillum venio, non ſcriptorem modò ſed Parentem quendam antiquitatis. Ille quaſi hodiernam litem dirimere vellet, ſententiam appoſitè dictat, quâ hæc vota, haſque, impulſiones animarũ, Euchariſtiâ diuturno tẽpore carẽdi, inſidiarum Diabolicarum, & vanæ ac noxiæ Religionis & metus dãnat. *Si vitæ æternæ amore flagramus,* (inquit) *ſi largitorẽ immortalitatis in nobis habere cupimus, ne hoc quidem quod negligentiores faciũt, Eulogiam ſuſcipere recuſemus, caueamúſque ne hunc nobis laqueum & tendiculam Diabolus inſigniter fraudulentus ſtruat, damnoſæ ſcilicet Religionis & metus.* Quæ opinio, quàm altè Diui Cyrilli animo, & omnium qui gregi Chriſtiano præficiebantur, olim inſideret inde cõficitur; quòd eam ipſe, Baptiſmo recens initiatis penitus infigere ſtuduerit: admonens ne prætextu religionis & reuerentiæ, vſu frequenti Euchariſtiæ abſtinerent. *Quæ cum ita ſint,* Inquit, *intelligant demum qui baptiſati ſunt, diuinámque gratiam guſtarunt, ſi cunctanter & vix Eccleſias adeant, & longo temporum ſpatio Eulogiam quæ per Chriſtum eſt,* (Ideſt ſacram Euchariſtiam) *frequentare deſinant, & ex eo quod nolunt ei myſticè communicare; Damnoſam religionem prætexant; æterna vita ſeipſos excludere, dum viuificari renuunt, & Recuſationem illam, tametſi à Religione profecta videtur, in laqueum cedere & ſcandalum.*

D. Cyril. l. 4 Com. in Ioan. n. 57.

Id. Cyrill. lib. 3. in Ioan. verſ. 35. τὴν ἐπιζήμιον εὐλάβειαν πλαττόμενοι.

Nonne fatendum eſt intendiſſe digitum in hodierna tempora, vt nouæ ſectæ candidatos, de falſo colore pietatis quo impelluntur ad infrequentiam ſacræ Communionis inducendam, commonefaceret, has eſſe Tartarei hoſtis artes, atque præſtigias?

CAVSA SECVNDA COMMOTIONIS.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE

Praxim Pœnitentiæ, quam ſibi finxit quámque reſtituere, præſumit, ſub Traditione neceſſarii, & immutabili contineri dicat.

EXPLORATO & inuento artificioſi operis fine, *Sanctiſſime Pater,* lex Analytica iubet vt ſtatim recludantur Axiomata generalia, pandantúrque, quibus ipſum opus vniuersè regitur, & in ſpeciem veritatis componitur; quo fiat, vt, quæ propria eius & ſingularia ſunt, colligantur. Vnum autem iſtorum ſummè Capitalium Decretorum quæ in libro de frequenti Communione adhibentur, eſt Traditio, quam idcirco in fronte, tum præfationis, tum operis ſui ſcriptor Arnaldus diligenter appoſuit, pro regula in perpetuum ſeruandâ. Itaque, ſi quis Arnaldum interroget, cur hunc ſibi ſcopum præfixerit, vt Reum cuiuſcumque peccati mortalis, ante Abſolutionem præſcindi & exauthorari Sacramento Communionis velit? Illicò reſpondebit, quia Traditio imperat, quæ eſt regula immutabilis. De hac igitur, ſecundo loco à nobis diſſerendum eſt.

SECTIO I.

QVID DE TRADITIONE SENTIAT SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE.

SCRIPTORIS Oratio, in quem ſcopum tendat, patefecimus. Aſpirat enim ad redintegrationem antiquæ Pœnitentiæ, ſi non omnis, at illius partis, quam in ſuſpenſione Communionis

nionis pro qualibet noxâ mortali inflictam olim fuiſſe conteſtatur. Atenim quia duo ritus Pœnitentiæ animo Arnaldi occurrebant: Antiquus ſcilicet atque hodiernus;in ipſo ſtatim ingreſſu Præfationis vtrique proprium Symbolum confert, quo alter ab altero ſecernatur ; Et antiquum quidem illum, Traditionis nomine illuſtrem facit, hunc verò Noſtratem flagitio quodam conſuetudinis per homines introductæ & vitioſâ notâ contaminatum oſtendit. Verba eius ſunt.

a *Hæc Regula* (Traditionis nimirum) *huius operis aggreſſionem tantò faciliorem mihi reddidit, quòd in ipſo limine, quæſtionis nodum diſſoluit, quæ plus datura negotij legentibus videbatur; Quòd etſi ritus peragendæ pœnitentiæ, QVI NVNC EST IN VSV COMMVNI APVD FIDELES, alius ſit ab eo quem aliàs obſeruabat Eccleſia, IS TAMEN notari temeritatis non debeat, vt prætendit hic Author, immò ritus ille pro ſanctiſſimo habendus ſit, quippè cui authoritatem omnis antiquitas, vſus pluſquam duodecim ſæculorum, Doctrina Patrum omnium, denique Canones Conciliorum omnium dederunt, qui de Pœnitentia aliquid vnquam decreuerunt, cùm nuſquam ille ritus,aut vllo ſæculo, aut vllo Concilio, aut vllo decreto damnatus vel reiectus fuerit, ſed potiùs ex aduerſo conſpiratum ſit ab omnibus,vt obſeruaretur ſi quando intermitteret, vt conſeruaretur cùm vigeret, vt reſtitueretur cùm ceſſaret.*

Hæc ille,quibus alterum è duobus ritibus Traditioni adiudicat, alterum,*qui nunc eſt ordinarius*, ex conſuetudine hominum profluxiſſe declarat, vnde etiam tres illius poſtremi Ritus cauſas in cõtextu operis aſſignat, nempe b *Duritiem cordium; inſcitiam incuriámque eorum, qui res ſacras tractant, & indulgentiam, conniuentiámque ipſius Eccleſiæ.* De quibus poſteà.

Quapropter quantùm Traditionem inter & hominum conſuetudinem interſit, Arnaldus expoſuit,vt inde iudicium ſumeretur, quid inter vtrumque Ritum, diſcriminis interiectum eſſet. Nos primo loco deTraditione ex Arnaldi ſenſu,dicemus; hoc quidem ordine, vt de illa quid ſentiat, priùs aperiamus ; deinde hanc Traditionis doctrinam ab illo ſcriptore hauſtam, ad Ritum antiquæ Pœnitentiæ traducamus.

a *Cette regle m'a rẽdu l'entreprise de cet ouurage d'autant plus aiſée, qu'elle decide d'abord vne queſtion qui ſembloit deuoir faire le plus de peine à ceux qui le liroient, qui eſt, Qu'encore que la maniere de faire penitence, qui eſt maintenant ordinaire parmi les fideles, ſoit differente de celle qu'on faiſoit autrefois dans l'Egliſe, on ne peut pas neantmoins condamner comme temeraire, ainſi que pretend cet Autheur, mais au contraire, on doit reuerer cõme tres-ſaincte, celle qui eſt autoriſée par toute l'antiquité, par la pratique de plus de douze ſiecles, par la doctrine de tous les Peres, & par les Canons de tous les Conciles, qui ont ordonné quelque choſe de la penitence, ſans qu'elle ait iamais eſté, ou condamnée, ou reiettée, ny dans aucun Decret, tous conſpirans au contraire à la faire obſeruer, lors qu'elle ne l'eſtoit pas; à la conſeruer, lors qu'elle l'eſtoit : & à la reſtablir, lors qu'elle a ceſſé de l'eſtre.*
Prefac. p. 9. & 10.

b Infra, in cauſâ quartâ Commotionis.

Itaque de Traditione primùm ſic cenſet Arnaldus, quòd alia regula præter illam adhiberi non debeat ad præſentem controuerſiam dirimendam; ſic enim habet. *En* [c] *Regula quam in hoc vniuerſo opere amplexꝰ ſum, Regula Traditionis Eccleſiaſticæ, in Canonibus Conciliiſque incluſa; quæ veritatis Catholicæ regula eſt, ex ſententia Patrum, & Articulus fidei ex iudicio ſummi Pontificis.*

Præterea, vt commendet magis huius regulæ præſtantiam, tres illi dotes eximias adſcribit. Prima eſt, Quòd hæc Regula ſit fidei vnica & ſingularis, & nominatim excludẽs conſuetudines hominum. Secunda, Quòd immutabilis. Tertia, Quòd Arbitra omnis Orthodoxæ veritatis. Primam his verbis tradit? [d] *Hæc ſolida æquè, ac vera Eccleſiæ cognitio nos docet, Ne regulam recipiamus ALIAM veritatum Catholicarum, præter TRADITIONEM ECCLESIASTICAM, néue quidquam noui ex nobiſmetipſis inueniamus, aut ſi quid ex aliorum ingenio inuentum ſit, admittamus. Ne, vel argumentationem, vel conſuetudinem hominum in rebus Eccleſiaſticis, ſed authoritatem diuinam dumtaxat, cui Religio noſtra penitùs innixa eſt, ſequamur.*

IMMVTABILITATIS prærogatiuam, quæ ſecunda eſt, eidem Traditioni impendit in eadem præfatione hunc in modum. [e] *Hæc porrò IMMVTABILIS veritas Eccleſiaſticæ Traditionis, patentiſſimum nobis campum aperit ad eximendos quorumdam hominum ſcrupulos, qui neſcio quam machinationem ſchiſmatis, & euerſionem Eccleſiæ ſibi metuunt, ſi credamus aliquid perturbationis & deprauationis in Eccleſiaſtica diſciplina reperiri.*

Tertia denique dignitatis nota, tribuitur Traditioni Eccleſiaſticæ, Quòd ſit Arbitra omnis veri & honeſti Orthodoxi, his verbis. [f] *Hæc ipſa veritas in TRADITIONE, firmiter conſtituta eſt, quæ Viſiones nullas, Reuelationes nullas, Ratiocinia nulla, aut ſententias particulares admittit prorsùs nullas. Sed eſt ARBITRA viſionum omnium, Reuelationum omnium, Ratiocinationum omnium, & ſententiarum omnium, QVÆ VERÆ ET CATHOLICÆ SVNT. Quippè in verbo & ſpiritu Dei fundatur, ad quem vnum ſpectat iudicium ferre de ijs quæ in hominum animis agitantur. Huic regulæ hæretici omnes bellum indixerunt, quia eorum dogmata peſſundat omnia; è contrà Catholici admittere eam omnes te-*

[c] *Voila la Regle que i'ay ſuiuy dans tout cet ouurage, la Regle de la Tradition, renſermée dans les Canons & dãs les Conciles, qui eſt la Regle de la verité Catholique ſelon les Peres, & vn Article de foy, ſelon ce Pape.* Pref. P. 80.

[d] *Cette cõnoiſſance ſolide & veritable de l'Egliſe nous apprend à ne reconnoiſtre autre regle des veritez Catholiques que la Tradition Eccleſiaſtique, à n'inuenter rien de nouueau de nous-meſmes, & à ne receuoir point ce que les autres auront inuenté d'eux-meſmes, & ne ſuiure ny le raiſonnement, ny la couſtume des hommes dãs les choſes de l'Egliſe, mais l'authorité diuine, ſur laquelle toute noſtre Religion eſt eſtablie.* Pref. P. 118.

[e] *Cette verité immuable de la Traditiõ Eccleſiaſtique, nous ouure vn grand champ, pour leuer le ſcrupule de ceux qui s'imaginent, que c'eſt preſque faire vn ſchiſme, & vouloir deſtruire l'Egliſe, que de croire qu'il y ait quelque deſordre, & quelque déreglement dans ſa Diſcipline.* Prefac. p. 122.

[f] *C'eſt cette verité eſtablie dans la Tradition qui ne reconnoiſt point, ny de viſions, ny de reuelations, ny de raiſons,*

nentur, quia quo ſe tueantur aduersùs hæreticos, PRÆTER ILLAM, NIHIL HABENT.

Habemus, in Traditione tribus prærogatiuis inſignita, primarium Arnaldi Axioma, quod ſpopondimus, *Beatiſſime Pater.*, de quo nihil adhuc conquerimur; erit enim expoſtulandi tempus. Hoc vexillum eſt, quod Arnaldus per omnes libri de frequenti Communione paginas explicauit: Nunc alterum è duobus quæ propoſuimus exponendum eſt. Quibus ſcilicet argumentis, praxim Pœnitentiæ, quam inſtaurare Arnaldus cogitat; ſub imperium, legéſque Traditionis proximè conſtitutas, ſubijciat.

ny d'opinions particulieres, mais qui eſt l'arbitre de toutes les reuelations, de toutes les raiſons, & de toutes les opinions veritables & catholiques, eſtant appuyée ſur la parole & ſur l'Eſprit de Dieu, à qui ſeul il appartient de iuger, de tout ce qui ſe paſſe dans l'eſprit des hommes. Tous les heretiques combattent cette Regle, parce qu'elle deſtruit toutes leurs fauſſetés, & tous les Catholiques ſont obligez de la reconnoiſtre, parce qu'ils ne peuuent ſe deffendre que par elle contre les heretiques.

SECTIO II.

QVIBVS ARGVMENTIS PROBET SCRIPTOR LIBRI DE FREquenti Communione, Praxim veteris Pœnitentiæ, ſub Traditione neceſſariâ contineri.

INSTITVTVM Antiqui Ritus pœnitendi, quod reducere Arnaldus opere de frequenti Communione inſcripto molitur, nullo loco vel clariùs, vel vberiùs deſcripſit, quàm capite octauo, cui titulus eſt. a *Quòd is Ordo ſit agendæ Pœnitentiæ de noxis mortalibus quibuſcumque, ex Doctrinâ Sanctorum Patrum repetitus; vt primo loco ſtatuatur confeſſio, & petitio Pœnitentiæ; ſecundo, impoſitio Pœnitentiæ; tertio, effectio Pœnitentiæ, iuſto temporis interuallo definita. Quarto, Abſolutio; quam ſtatim exciperet Communio.*

a Que l'ordre de la Penitence pour tous les pechez mortels ſelon les Peres eſt, Premierement la Confeſſion, & la demande de la Penitence. Secondement l'impoſition de la Penitence. Troiſiémement l'accompliſſement de la Penitence durant vn eſpace de temps raiſonnable. Quatriémement l'Abſolution, qui eſtoit immediatement ſuiuie de la Communion.

Obſeruari iam inde poteſt, *Sanctiſſime Pater*, quid probandum recipiat, ipſo indice titulo, in quo hæc omninò continentur; primum, quòd Antiquæ Pœnitendi regulæ articulis quatuor illigentur; Confeſſione ſcilicet, quæ adiunctam habet petitionem Pœnitentiæ; Impoſitione Pœnitentiæ; Effectione Pœnitentiæ; & Abſolutione, cui proximè adhibeatur Communio. Secundum eſt, hoſce quatuor articulos certo quodam ordine aptos inter ſe, & connexos eſſe, ita vt primus locus, comfitendis peccatis; ſecundus, impo-

2. part. cap. 7. p. 285.

nendæ Pœnitentiæ; tertius, exequendæ; Quartus, denique, recõciliando, Communicandóque Pœnitenti tribuatur. Tertium eſt, hanc continuatam & cohærentem articulorum ſeriem, adhibitam fuiſſe pro expiatione omnium cuiuſmodicunque peccatorum mortalium; ſiue ea publica, ſiue occulta eſſent; idque ratum ex decretis Sanctorum Patrum, fixúmque ſtare. Quartum denique & poſtremum eſt; Quòd in illo Pœnitentiæ deſcripto ordine, Abſolutionem è veſtigio ſequeretur Communio.

Hæc autem poſterior obſeruatio, per quàm maximi momenti eſt ad Doctrinam libri de frequenti Communione imbibendam. Hac enim re factum eſt, vt *ſuſpendi Abſolutione*, apud Arnaldum, & *præcidi Euchariſtiâ*, in communi vſu loquendi nihil differant. Quapropter, vbicumque ſermo eſt in libro de frequenti Communione, de præciſione & abſtinentiâ Euchariſtiæ, ob noxam mortalem impoſitâ, ſermo etiam ad ſuſpenſionem Abſolutionis attinet, Et viciſſim, vbi ſuſpenſio Abſolutionis legitur, illic ex communicatio Euchariſtia intelligitur eſſe coniuncta. Neque enim alia cauſa fuit præter iſtam, cur in deſcribendâ ſerie Pœnitentiæ, eundem locum Arnaldus Abſolutioni & Communioni aſſignaret; eáſque tam arctè copularet, vt ſine mora temporis, Cõmunio abſolutioni ſuccederet, [b] *eíque tanquam perfectio quædam, & cumulus imponeretur*.

[b] 2. part. cap. 8. p. 297.

Etenim eadem ratio ſcriptorem impulit, vt capite vndecimo diceret, [c] *ſatisfactionem præparationis loco fuiſſe, tam Abſolutioni, quàm Communioni, quæ illam perpetuò comitabatur; háſque duas res INDIVVLSAS in priſca Eccleſiæ Diſciplina extitiſſe*. Idque ipſum iam capite octauo, captare ex verbis Diui Leonis ſtuduerat, cum ait. *Pias* [d] *eiuſmodi exercitationes Pœnitentiæ, non ſolùm præparationis loco appoſitas eſſe, Abſolutioni Sacerdotis; ſed maximè etiam Communioni ſacræ tanquam conſummatæ remiſſioni peccatorum*.

[c] *Pour le faire auec plus de facilité, no' pouuons conſiderer la Penitence, & comme diſpoſition à l'Abſolution du Preſtre, & comme preparation à la Reception de l'Euchariſtie. Car encore que dans leur conduite, ces choſes fuſſent inſeparables, & que la meſme Penitence, qui preparoit à l'Abſolution, preparoit auſſi à la Communion qui l'accompagnoit touiours ainſi que nous l'auons fait voir. &c* 2. par. c. 11. p. 324

In clauſula quoque eiuſdem capitis, Pœnitentiam idcircò ante Communionem explendam eſſe tradit, quia hæc ante Reconciliationem Sacerdotis, erat præſtanda, eius verba ſunt. [e] *Indubitatum ergo manet, collectis ex omni antiquitate teſtimonijs, participationem Euchariſtiæ*

fuiſſe inſtar Coronidis Reconciliationi peccatoris, adiunctam. Adeóque, cùm ad Reconciliationem admitteretur nemo, niſi qui diuturnam & laborioſam Pœnitentiam exegiſſet omnium ſcelerum mortalium poſt babptiſmum contractorum, vt patefeci ſubiecto Ordine quem in adminiſtratione huius Sacramenti obſeruabant; conſequens eſt, quòd plures dies ponendi eſſent in Pœnitentia ante Communionem obeundâ.

Quin etiam eò tandem progreſſus eſt huc & illuc tergiuerſando Arnaldus, vt pronunciare non dubitaret, tantum affinitatis eſſe inter Abſolutionem & Communionem, vt nihil diſcrepent ambæ; & communiter pro vna re accipiantur apud Sanctos Patres. Sic enim loquitur. [f] *Hoc ipſum liquet ex alijs Sanctis Patribus, qui NIHIL DISCRIMINIS faciunt inter Reconciliationem & Reſtitutionem in Communionem, quò fit. vt dicant ſæpe ſæpius, altari reconciliare, pro eo quod eſt abſoluere, aut peccata remittere.*

Nolo hîc ego, *Sanctiſſime Pater*, de fide & veritate huius articuli diſputare, quo ſcriptor affirmat, Sanctos Patres nihil feciſſe diſcriminis inter Abſolutionem & reſtitutionem, in communionem; Hoc eſt ſatis ad rem præſentem vt intelligat, *BEATITVDO TVA*, quæcumque ab Arnaldo dicuntur de Pœnitentia præmittendâ Communioni, eadem quaſi dicta eſſent de Pœnitentia ante Abſolutionem obeundâ cenſeri debere. Nunc tantùm dico quid ſentiat Arnaldus, non quàm malè ſentiat; idque vnum ſtudeo, vt detractâ omni obſcuritate & ambage verborũ innoteſcat; Quibus præſidijs fretus; praxim Antiquæ Pœnitentiæ pro Traditione ſtatuerit fixa, neceſſaria, & immutabili.

Etſi verò iam illa Traditio, qualis ſit, & quibus firmamentis innixa, ex titulo prælucet, in quo dicitur ex Doctrinâ Patrum fluxiſſe, multò tamen ſeipſam magis oſtendit in progreſſu capitis per titulum indicati, illic enim omnia ingenij Doctrinæque ſuæ arma, & ſubſidia mouet, vt euincat; Ordinem Pœnitendi, qualem in titulo ſuo prænotauit, *ab Eccleſia obſeruatum continenter fuiſſe primis duodecim ſæculis*, idque primâ aggreſſione probationis, ex vagis, diſperſiſque Sacrorum Antiſtitum Conciliorúmque ſententijs colligere ſe

d *Car il ſe voit clairemẽt par les Parolles de S. Leon, que ces ſainčts exercices de Penitence, n'eſtoient pas ſeulement des preparatiõs à l'Abſolution du Preſtre, mais principalemẽt à la ſaincte Communion, comme à la conſommation de la Remiſſion des pechez.*
2. part. c. 8. p. 293.

e *Il eſt donc indubitable par tous les témoignages de l'Antiquité, que la participation de l'Euchariſtie, eſtoit le couronnement de la Reconciliation du Pecheur; & qu'ainſi perſonne n'eſtoit receu à la Reconciliation, qu'apres auoir fait vne longue & laborieuſe Penitence de tous les pechez mortels, qu'il auoit cõmmis apres le Bapteſme, cõme ie l'ay fait voir par l'Ordre qu'ils obſeruoient dans l'adminiſtration de ce Sacrement, il s'enſuit qu'il falloit eſtre plusieurs iours à faire penitence, auant que de communier.*
2. par. cap. 8. p. 297.

f *Ce qui ſe void dans tous les autres Peres, qui ne mettent point de diſtinction entre la Reconciliation, & la Reſtitution de la Communion. D'où vient qu'ils diſent le plus ſouuent, recõcilier à l'Autel, au lieu de dire Abſoudre, ou remettre les pechez.*
2. part. cap. 7. p. 284

putat.

Hac præmiſsâ velitatione, firmiores copias in campum educit. Nam de vniuerſa Sanctorum Doctorũ memoria, tres in ſuam cauſam aduocat, aſciſcitque Pontificiâ Celſitate claros, Innocentium Primum; Diuum Leonem; & Diuum Gregorium; quorum dicta pro ſe interpretatur.

A Diuo Gregorio exorſus, hæc illius verba commemorat. *Videndum eſt quæ culpa præceſſit, aut quæ ſit Pœnitentia ſecuta poſt culpam; vt quos Omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt Abſolutio Præſidentis cum æterni arbitrium ſequitur Iudicis.* Hactenus Diuus Gregorius; Ex cuius verbis ita colligit Arnaldus. [a] *Quis eſt qui inde non videat, quàm ſummus Põtifex iudicet NECESSARIVM eſſe, vt peccator pœnitentiã peragat de peccatis, non modò antequam cõmunicet, ſed etiam antequam abſoluatur. Quod quidem vſque adeo conſonat cum verbis Innocentij Primi, & Sancti Leonis; vt vel hæc ſola conſpiratio, conſenſúſque manifeſtè demonſtret, hanc Diui Gregorij Doctrinam, non eſſe ipſius propriam, ſed APOSTOLICÆ SEDIS, quam tenebat; neque minùs eam à Deceſſoribus ſuis, quàm Dignitatis ſuæ culmen accepiſſe.*

[a] *Qui ne voit combien ce Pape iuge neceſſaire, que le Pecheur faſſe Penitence de ſes pechez, non ſeulemẽt auant que de communier, mais meſme auant que de receuoir l'Abſolution? Ce qui ſe trouue ſi conforme aux parolles d'Innocent* 1. *& de Sainct Leon, que cette ſeule conformité fait voir clairement, que cette Doctrine de Saint Gregoire, n'eſt pas sã Doctrine, mais la Doctrine de ſa chaire. Et qu'il ne l'auoit pas moins receuẽ de ces Predeceſſeurs, que ſa Dignité.* 2. par. c. 8. p. 287.

Nihil moror, *Sanctiſſime Pater*, quàm hæc interpretatio æqua ſit, & an dictum illud ſummi Pontificis, momentum habeat pro occultis, an pro publicis tantùm criminibus; ſequor Arnaldi veſtigia, non vt contradicam, ſed vt exponam modò: atque hanc ex eius explicatione propoſitionem noto. *Neceſſarium eſt, vt peccator pœnitentiam agat, non ſolùm antequam communicet, ſed etiam antequam abſoluatur.* (Quod quidem vt fert titulus; vniuersè de peccatis mortalibus aſſumitur) Noto, inquam, quòd hæc propoſitio *ab SEDIS APOSTOLICÆ Doctrina* fluxiſſe, temporibus Diui Gregorij, Innocentij Primi, & Diui Leonis; ab Arnaldo, dicatur.

Inducit exinde aliud ex Innocẽtio Papâ quæſitum teſtimonium, in hæc verba. *Cæterùm de pondere æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad Confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem.* Hæc ver-

ba ſunt Innocentij ſummi Pontificis, quibus ſua ſubijcit Arnaldus in hunc modum. b *An non hæc verba clariſſimè demonſtrant, iuxta regulas quas tam ſanctè præſcripſit vniuerſæ Eccleſiæ ſummus ille Pontifex, poſtquam eas ex PERPETVA EIVSDEM ECCLESIÆ TRADITIONE accepiſſet; hunc ordinem in adminiſtranda poteſtate ligandi, ſoluendique à Chriſto tradità, tenendum eſſe ſacerdotibus; vt non abſoluant pœnitentes, niſi poſtquam gemitibus & lacrymis indulſerint; atque pœnas peccatis congruentes expenderint?*

b *Ces paroles ne nous m'itrent-elles pas clairement, que ſelon les Regles ſaintes, que ce grand Pape a données à toute l'Egliſe, apres les auoir appriſes dans la perpetuelle Tradition de la meſme Egliſe, l'Ordre que les Preſtres doiuẽt garder dãs l'execution de la puiſſance, que le Sauueur leur a donnée, de lier & de deſlier les ames. C'eſt de n'abſoudre les pecheurs qu'apres les auoir laiſſez dans les gemiſſemens, & dans les larmes, & leur auoir fait accomplir vne penitence proportionnée à la qualité de leurs pechez.*
Ibid. p. 288.

Neque hîc etiam diſputo, an benè, an perperam ex verbis Innocentij Papæ id ſequatur de omni genere peccatorum mortalium quamuis occultè commiſſorum. Iſtam Arnaldi enunciationem, tantùm obſeruo. *HVNC ORDINEM ex perpetua Eccleſiæ Traditione tenendum eſſe ſacerdotibus, vt non abſoluant pœnitentes, niſi poſtquam pœnas peccatis congruentes expenderint.*

Tertio loco introducit Diuum Leonem; c *In cuius effato plus eſſe momenti & ponderis*, ait, *ad huius rei capeſſendam veritatem, erudiendóſque ſacerdotes, de ratione quam tenere debent, in adminiſtranda poteſtate remittendi peccata, quam à Chriſto acceperunt; & eà vtendi ſecundùm illius mentem, & præſcriptas ab ipſo regulas iuſtitiæ.* Verba autem Diui Leonis iſta ſunt. *Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam, ſpes vitæ reparetur æternæ: vt qui Regenerationis donum violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes ad remiſſionem criminum peruenirent; ſic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatus, vt indulgentia Dei niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, hanc præpoſitus Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt confitentibus, actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum per ianuam Reconciliationis admitterent.* Hæc Diuus Leo quæ Arnaldus hunc in modum excipit. d *Summus eſt Pontifex qui verba facit, cuius dictis ſic tanquam oraculis, venerationem habuit vniuerſa Eccleſia apud Concilium Chalcedonenſe: cui etiam virtutes eximiæ, & ſingularis doctrinæ decus, Magni nomen fecerunt. Vniuersè loquitur de remedio neceſſario, quo in ſpem redeant æternæ vitæ, qui ſacræ Regenerationis fœdus violarunt; ne tu, nobis hic obtendas imaginariam diſtinctionem publicè*

c *Mais ce que Sainct Leon dit eſt encore plus puiſſant, pour perſuader cette verité, & pour apprendre aux Preſtres la maniere dõt ils ſe doiuent ſeruir du pouuoir de remettre les pechez, qu'ils ont receu de Ieſus-Chriſt, pour en vſer ſelon ſes intentions, & les loix de ſa Iuſtice.*
Ibid. p. 289.

d *C'eſt vn Pape qui parle; & celuy dont toute l'Egliſe a reueré les paroles, comme des Oracles dans le Concile de Calcedoine, & dont les vertus & la ſuffiſãce extraordinaire luy ont fait meriter le titre de Grand. Il parle generalement du reme-*

pœnitentium ob atrocia crimina? Non illi ſermo eſt de Ritu quodam politico,aut de ſanctione purè Eccleſiaſtica; ſed de re AB IPSOMET CHRISTO SANCITA. Tum deinde, paucis interiectis, ita pergit. *Hoc itaque vir ille ſanctitate conſpicuus nos docet; Ordinem à Chriſto Ieſu ita eſſe inſtitutum, quo reducantur peccatores in communionem ſacrorum myſteriorum. Vt primo loco,confiteantur peccata; ſecundo loco, pœnitentiam accipiant; tertio, pœnitentiam expleant, conſcientiæ ſordes eluant, frugiferâ ſatisfactione adhibitâ, & ad grauitatem commiſſorum criminum accommodatâ; quarto, vt Sacerdotali Abſolutione reconcilientur, exindéque ad ſacram menſam adhibeantur, Euchariſtiâ ſic tanquam ſigillo reconciliatæ gratiæ, donandi.*

En iterum, *Sanctiſſime Pater*, Ordo ille pœnitentiæ, in quo ſatisfactio præuertit Abſolutionem, ſtabilitur; neque iam nudis ſacrorum Antiſtitum ſuffragijs, *ſed Diuino Chriſti inſtituto* & præſcripta lege vindicatur de toto genere peccatorum mortalium. Quod expreſſit etiam alio in loco his verbis. *Non igitur ad obſeruationem alicuius æternæ dumtaxat Diſciplinæ pertinet, vt ij qui rei ſunt peccatorum mortalium teneantur ab Euchariſtiâ ſeparati. Sed vt Reconcilientur Deo per fructus ſolidæ & veræ pœnitentiæ. Vt donentur iure Ciuitatis cæleſtis, & Diuinæ: vt ingrediantur in æternæ felicitatis gaudia.*

Quæ quidem an benè an ſecus dicta ſint, nihil nunc requiro,ſed Arnaldi verbis ſignata,notari cupio.Huic ordini inſtitutóque pœnitentiæ vrgendo deinceps inſiſtit in decurſu eiuſdem antè citati capitis, & ſigillatim omnes articulos, ſubiectis ad ſeriem illorum continuationémque confirmandam, nouis authoritatibus & argumentis reſumit,hoc pacto. g *Primùm, NECESSE eſt, iuxta ſententiam illius ſummi Pontificis, vt peccatores confiteantur peccata ſua Miniſtris Eccleſiæ, propterea quòd cùm ipſi à Chriſto Ieſu conſtituti ſint Iudices, iudicium hoc incognita cauſa exercere non poſſunt; neque æquitatem in pœnis iniungendis ſeruare,vt ait Concilium Tridentinum. Secundo loco, NECESSE eſt,vt Sacerdotes pro accepta à Chriſto poteſtate retinendi peccata, pœnitentem iniecto vinculo pœnitentiæ ligent, antequam reconciliando ſoluant; vt ait Diuus Ambroſius;* cùm ligandi ſoluendique poteſtas ijſdem legibus à Domino conceſſa

de neceſſaire pour rentrer dans l'eſperance de la vie eternelle, apres auoir violé le don de la Regeneration, afin que vous ne penſiez pas alleguer icy voſtre diſtinction imaginaire de Penitẽs publics,pour des crimes enormes. Il ne parle point d'vne couſtume de police, ou d'vne Ordonnance purement Eccleſiaſtique; mais de l'Ordonnance de IESVS-CHRIST meſme, comme tous les Catholiques le connoiſſent, qui ſe ſeruent de ce paſſage,pour prouuer contre les Heretiques de noſtre temps, que la Confeſſion de tous les pechez mortels eſt d'inſtitution diuine.

Et ce grand Sainct nous enſeigne,que l'Ordre de Ieſus-Chriſt, pour faire rentrer dans la participatiõ des Myſteres eſt; Premieremẽt, qu'ils confeſſent leurs pechez; ſecondement, qu'ils en reçoiuent Penitence; troiſiémement, qu'ils accompliſſent cette Penitence, & qu'ils ſe purifient par les fruicts d'vne ſatisfaction proportionnée à la grandeur de leurs offenſes; quatriémement, qu'ils ſoient reconciliez par l'Abſolution du Preſtre, & en ſuite admis à la Table ſainte,pour y receuoir l'Euchariſtie, comme le ſceau de leur Reconciliation, & l'accompliſſement de la remiſſion de leurs pechez.

Ibidem. p. 289.

g *Il faut premierement ſelon ce Pape, que*

ceſſa ſit, quódque Eccleſia, in vtroque obedientiam ,,
probet ſuam; primùm retinendis peccatis, poſt au- ,,
tem remittendis. *Iſthuc quoque eſt, quod induxit Diuum*
Pacianum, vt HVNC IPSVM ORDINEM DESIG- ,,
NANS diceret; ſiue ad Pœnitentiam cogimus, ſeu ve- ,,
niam Pœnitentibus relaxamus, Chriſto id ductore ,,
tractamus. *NECESSE EST deinde vt peccatores*
abſtergant ſordes ſuas ſatisfactione per Sacerdotem impoſita, an-
tequam ad reconciliationem vſumque Sacramentorum aſpirent.
Dum, vt ait Tertullianus, pendente venia, pœna pro- ,,
ſpicitur. Cùm adhuc liberari non meremur, vt poſſi- ,,
mus mereri cùm Deus comminatur, non cùm ignoſ- ,,
cit; quia tempus pœnitentiæ idem quod periculi & ,,
mortis. *Poſtremo loco NECESSE EST ſi Diuum illum Pon-*
tificem audimus, vt poſt deletas ſalutari ſatisfactione in pœnam
impoſita peccatorum maculas, ad ſacrorum Myſteriorum parti-
cipationem adhibeantur per ianuam reconciliationis, atque adeo
(contra quàm inficias ire ad prodigium vſque inſcitiæ auſus es)
vt ne communicent niſi poſt dies multos; ne dicam menſes aut
veriùs annos plures in pœnitentia poſitos. Ita concludit Ar-
naldus aduerſus hominem quem ſibi pro aduerſario
debellandum toto decurſu operis ſtatuerat.

Hæc omnia, quæ adduxit de Ordine præmittendæ
ſatisfactionis, & de præciſione Euchariſtiæ ante Ab-
ſolutionem, certa & teſtata eſſe vult, de conſenſu &
ſuffragio Vniuerſæ Eccleſiæ; Vnde in Hæreticis nu-
meratos quoſdam ait, qui *Audiani* vocitabantur, eam
ob rem quia pœnitentibus ſtatim à Confeſſione mu-
nus Abſolutionis impartirēt. Quod ſignificat his ver-
bis. h *Vnum etiam eſt, ex quo euidenter intelligimus nihil ab*
illo Pontifice verè maximo pronuntiatum eſſe, quod non ex com-
muni totius Eccleſiæ ſenſu ductum ſit. Nempe ſcimus Theodore-
tum Cyri Epiſcopum qui fuit æqualis illorum temporum, inter
errores quorumdam Hæreticorum qui Audiani dicti ſunt, hunc
expreſſè conſcripſiſſe, quod peccatores confitendis peccatis aſtrin-
gerent illi quidem, at nullo interpoſito pœnitentiæ interuallo ab
Eccleſia conſtitutæ, illico Confeſſione exceptos abſoluerent, perinde
ac ſi plenam poteſtatem condonandi peccata haberent.

Eiuſdem generis infinita, *Beatiſſime Pater*, præter-
mitto; his enim ſcriptor non vnum modò libri ſui

les Pecheurs ſe confeſ-
ſent de leurs pechez
aux Miniſtres de l'E-
gliſe, parce que Ieſus-
Chriſt les ayant eſtablis
Iuges, ils ne ſ'aurroient
ſelon le Concile de Tre-
te, garder la Iuſtice &
l'equité dans l'impoſi-
tion des peines, que
les offenſes meritent,
s'ils n'en ont la con-
noiſſance. Il faut ſe-
condement que les Pre-
ſtres ſuiuant le pouuoir
qu'ils ont receu de la
bouche du Sauueur de
retenir les pechez, liet
le pecheur par les liēs
de la penitence, auant
que de le deſlier par la
Reconciliation, ſelon ce
que dit S. Ambroiſe.
Que le Seigneur ayant
donné à meſme condi-
tion le pouuoir de lier,
& de deſlier, il n'eſt
point permis de les di-
uiſer, & d'vſurper l'ū
ſans l'autre, & que l'E
gliſe en tous les deux
témoigne ſon obeyſſance
en ce qu'elle retient
premierement les pe-
chez, & qu'apres elle
les remet, & c'eſt ce
qui fait dire à Saint
Pacien marquant le
meſme ordre, que ſoit
que les Preſtres obli-
gēt les pecheurs à faire
penitence, ſoit qu'ils ac-
cordent le pardon aux
penitens, ils ne font que
ſuiure les ordonnances
de IeſusChriſt. Il faut
en ſuitte que les pe-
cheurs ſe purifient, par
la ſatisfaction que le
Preſtre leur à impoſée,
auant que de pretēdre
à la reconciliation, &
à l'vſage des Sacre-
mens; lors, dit Tertul-
lien, qu'ils voyent en-
core la peine, & cōme

caput ſed totum pene codicem oppleuit, in quibus hæc duo docet; Primum eſt, quòd in eluendis cuiuſcunque generis capitalibus noxis, ſatisfactio Abſolutioni antiquitus præcurrere iuſſa ſit, ex inſtituto præſcriptóque Chriſti per Apoſtolorum manus accepto, atque in Eccleſiam Vniuerſam, per duodecim Sæcula, lõgè latéque diffuſo. Tum addit, hac doctrinâ, nihil in ſanctorum Patrum monimentis liquidius eſſe aut conteſtatius. Secundum eſt, Quòd Traditio conſtanter doceat, vnóque ore Patrum Conciliorúmque proclamet, Praxim Pœnitentiæ iſtam, qua de agitur, arbitrariam non eſſe pœnitentibus, aut maioris tantùm vtilitatis & perfectionis cauſa propoſitã, ſed ex ſuprà relatis libri de frequenti Cõmunione verbis, *pro remedio neceſſario quo in ſpem redeant æternæ vitæ, qui ſacræ regenerationis fœdus violarunt; vt reconcilientur Deo per fructus veræ Pœnitentiæ, vt ornentur iure Ciuitatis Cœleſtis & diuinæ, vt ingrediantur in æternæ felicitatis gaudia.*

Quæ Doctrinâ cùm grauem in Gallia Commotionis cauſam dederit; Poſtulabimus deinceps à *SANCTITATE TVA*, vt quid de ea exiſtimandum ſit, iudicet, decernátque.

SECTIO III.

QVAM ARCTA LEGE NECESSITATIS PRAXIM VETERIS Pœnitentiæ ſtrinxerit ſcriptor libri de frequenti Communione, per Regulam Traditionis.

OMNIS ex methodo bene inſtituta diſputandi ratio, *Sanctiſſime Pater*, duobus conſtat. Primùm, vt quòd in medio poſitum eſt, argumentis confirmetur; tum vt ad ea reſpondeatur, quæ ex contraria parte dicuntur. In hoc vtróque officio non indiligenter Arnaldus verſatus eſt. Poſtquam enim quæſtionem facti in ritu veteris Pœnitentiæ ſtatuendo, contractis quâquâ potuit authoritatibus & argumentis ſuſtulcijt, operam nauauit extremam in ijs refellendis quæ ex aduerſo proponi poſſent; quam

l'eſpée qui leur pend ſur la teſte, dans l'incertitude d'obtenir leur grace, lors qu'on ne leur accorde pas encore la remiſſion de leurs pechez pour leur donner lieu de la meriter, & enfin lors que la iuſtice de Dieu les menace, & non pas lors qu'il leur pardonne, parce que le temps de Penitence, eſt vn temps de peril & de crainte. Et en dernier lieu il faut, ſelon ce ſainct Pape, qu'apres s'eſtre purifiez par la ſatisfaction ſalutaire de la Penitence, ils ſoient admis à la participation des myſteres, & qu'ainſi (contre ce que vous auez osé nier par vne ignorance prodigieuſe) ils ne communient qu'apres auoir eſté plusieurs iours, pour ne pas dire plusieurs mois, & ſouuent pluſieurs années, à faire penitẽce de leurs pechez. Ibid. p. 291.

h *Et ce qui nous monstre bien clairement que ce grand Pape n'a rien dit en tout cela, que ſelon le ſentiment commun de toute l'Egliſe, c'eſt que nous voyons que Theodoret Eueſque de Cyr, qui viuoit du meſme temps, marque expreſſement entre les erreurs de certains heretiques nommez Audiens, qu'ils obligeoient bien les pecheurs de confeſſer leurs offenſes; mais que ſans leur preſcrire le temps de la penitence, ainſi que l'Egliſe l'ordonne, ils les abſoluoient auſſi toſt apres cette Confeſſiõ, cõme ayans pleine puiſſance*

in rem confeciſſe duo capita diximus.

Horum vnum eſt quod fugere, *SANCTITATIS TVÆ*, oculos non debet, cui titulus. [a] *Caput decimum quintum in quo reſpondetur obiectioni quæ adornari contra Doctrinam Patrum de explenda ante Communionem pœnitentia poſſet; Quod Patres moribundis Communionem petentibus darent, qui nulla præuia ſatisfactione noxas eluiſſent. Vbi etiam diſſeritur quid ſentiant Patres de Pœnitentia eorum qui in extremis erant.*

In Antecedentibus capitibus ſcriptor pro generali decreto poſuerat explendam eſſe ſatisfactionem antequam accipiatur Abſolutio; idque ad omne genus mortiferi peccati pertinere, ac præſcriptione Chriſti & Doctrina Patrum aſſeruerat. Nunc incipit opponere ſibi receptum apud Antiquos Patres morem, qui dabant Euchariſtiam ijs quos morbi repentina vis opprimeret; quamuis nulla ſe præuia ſatisfactione procuraſſent; vnde conſequens eſſe videretur Ordinem illum pœnitendi, non ita ratum & conſtantem fuiſſe, neque tam vniuersè in omnes mortalis noxæ conſcios diffuſum, ſicut tam multis támque operoſis probationibus ipſe Arnaldus antè prædicauerat. Illud eſt telum quod proprijs manibus in ſe contorquet, cuius impetum ſic eludit, vt ex illo vires ſuo Dogmati conficiat maiores.

Sed ne quid ſcriptori aut detrahere, aut affingere, aut mutare de illius ſenſu videar, verba ipſius repræſento. [b] *Nihil eſt quod videam cum aliqua ſpecie probabilitatis aduerſus conſtantem illam & vniuerſalem Sanctorum Patrum Doctrinam, de obligatione expiandi peccata mortalia, per ſatisfactionem pœnitentiæ propriam, antequam ad Euchariſtiam accedatur, obtendi poſſe; præter hoc fortaſſis vnum: quod eam concederent moribundis petentibus, quamuis nullam in vita de peccatis pœnitentiam egiſſent. Vnde conſequens eſſe videatur eos vtique non exiſtimaſſe pro re abſolutè neceſſariâ; vt Pœnitentia ante Communionem perageretur. ATENIM aliud nihil hæc obiectio facit, quàm vt probet NVLLAM ESSE REGVLAM adeo generalem quæ aliquid exceptionis non patiatur.*

En prima reſponſio quam ſubijcit obiectioni, ea eſt autem eiuſmodi, quæ nititur illo iuris Axiomate,

de pardõner les pechez. Ibid. p. 292.

[a] *Chapitre XV. Reſponce à vne obiection qu'on peut faire contre la Doctrine des Peres, touchant l'accõpliſſement de la Penitence auant la Communion: Qu'ils donnoient l'Euchariſtie à ceux qui la demandoient à la mort, ſans auoir fait aucune Penitence de leurs pechez. Où il eſt auſſi parlé du ſentimẽt des Peres, touchant la Penitence à la mort.* 2. part. cap. 15. p. 405.

[b] *Ie ne voy rien qu'on puiſſe oppoſer auec quelque apparence de raiſon à cette doctrine cõſtante & vniuerſelle des Peres, touchant l'obligation de ſe purifier des pechez mortels, par la ſatisfaction de la Penitence, auant que de ſe preſenter à l'Euchariſtie; ſi ce n'eſt peut-eſtre, qu'ils la donnoient à ceux qui la demandoient à la mort, quoy qu'ils n'euſſent fait durant leur vie aucune penitence de leurs pechez. D'où*

exceptio à regula, firmat regulam in alijs; Sic enim cauſas huius exceptionis perſequitur. *NVLLA LEX tam iuſtè poſita eſt, quam æquitas non moderetur; Nulla Praxis tam ſanctè præſcripta, cuius immunitas non aliquando per prudentiam Chriſtianam impendatur. Hoc eſt enimuerò quod lubentiſſimè amplectimur, & ea tempora incidere poſſe non diffitemur, in quibus, ſi duci volumus ſpiritu Sanctorum Patrum, fas ſit, peccatori Abſolutionem Communionémque dare, qui Pœnitentiæ exercitationes non obierit. Quin etiam in magno errore ducimus, ſi quis contradicat; aut ſi quis generatim eas omnes abſolutiones Communionéſue damnet, quæ antequam expleretur ſatisfactio datæ ſunt. Hoc etiam ipſum eſt quod in Petro Oxomenſi, iuſtæ animaduerſione cenſuræ notatũ eſt. Cùm id præſertĩ multis alijs erroribus aſperſiſſet Hiſpanus ille Doctor, quos eodẽ in libro expoſuerat, vnde peſſundabatur Sacramentum Pœnitentiæ. At cùm id agatur modò vt explorata Sanctorum Patrum germana ſenſa habeamus. Eò refert plurimum, vt Regulam generalem ab exceptionibus priuatis, LEGEM ab indulgentia, VSVM communem & ordinarium ab Immunitatibus extraordinarijs & ſingularibus diſcernamus. Quippè demonſtrauimus argumentis indubitatæ fidei magno numero adductis, Sanctos Patres, quot quot ſunt, in ea ſententia fuiſſe; vt crederent quicunque puram Baptiſmi ſtolam mortali lue fœdaſſent, eis non eſſe accedendum ad Dominicam menſam, vt ſe diuina carne agni immaculati reficiant, niſi poſtquam diu multúmque pœnitentia exerciti elutique fuiſſent. Hæc eſt illorum Doctrina conſtans & vniuerſalis*

Quouſque verò & ad quos caſus hæc exceptio pertineret, verbis conſequẽtibus docet, *Quòd autem in contrariam partem obijcitur, tum cùm IMPOSSIBILE ERAT huius ſanctæ diſciplinæ legem obſeruari, peccatoribus ad extremum vi morbi redactis atque extra poteſtatem agendæ Pœnitentiæ conſtitutis; nihilominus non eſſe deſitum ab Eccleſia dari illis Communionẽ pro Viatico. Nobis prodeſt tantò magis ad conſtabiliendam tot Illuſtrium ſanctitate virorum ſententiam, demonſtrandúmque, quanti fecerint hanc diſciplinam ſalutarem. Siquidem INVIOLATAM SERVABANT, QVOAD POTERANT; NEQVE VSQVAM AB EA RECEDEBANT; NISI CVM INSTARET EXTREMA NECESSITAS, CVMQVE IMPOSSIBILE ERAT,*

il ſemble qu'on pourroit conclure, qu'ils ne croyoient dõc pas qu'il fuſt abſolument neceſſaire de faire Penitence auant que de cõmunier.

Mais tout ce que mõtre cette obiection, c'eſt qu'il n'y a point de regle ſi generale qui ne ſoit ſuiette à quelques exceptions; ny de loy ſi iuſte, que l'equité ne tempere; ny de pratique ſi ſaincte, dont la prudence Chreſtienne ne nous oblige quelque fois de nous departir. Et c'eſt ce que nous auoüons tres-librement, qu'il peut y auoir des occaſions, où ſelon l'eſprit meſme des Saincts Peres, on peut abſoudre & communier vn pecheur, ſans l'auoir fait paſſer auparauant par les exercices de la Penitence; Et que ce ſoit vne grande erreur de ſoûtenir le contraire, & de condamner generalement toutes les Abſolutions & Communions, qui precedent l'accompliſſement de la ſatisfaction. Et c'eſt qu'on a eu raiſon de cenſurer dans vn certain Petrus Oxomenſis, principalement eſtant ioint auec beaucoup de grãdes erreurs, que ce Docteur Eſpagnol auoit auãcées dãs le meſme liure, & qui alloient à vn entier renuerſement du Sacrement de Penitence.

Mais ne s'agiſſant preſentement que de nous aſſeurer des veritables ſentimens des Peres, il eſt tres important pour cela, de di-

VT OBSERVARETVR.

Minùs vereor, *Sanctiſſime Pater*, prolixis citationibus videri importunus, quàm breuioribus fieri ſuſpicioſus. Hæc eſt prima via, quam in diſſoluenda obiectione Arnaldus tentauit, in qua admiſit vnicam duntaxat exceptionem à *lege & Regula generali* (ſic enim appellat ordinem interponendæ ſatisfactionis, Confeſſioni Abſolutionique) Nempe ſi quid in eius vſu *impoſſibile* occurreret; vt diſertè affirmat verbis paulò ante citatis. *Siquidem inuiolatam ſeruabant quoad poterant, neque vſquam ab ea recedebant, niſi cùm inſtaret extrema neceſſitas, cùmque impoſſibile erat vt obſeruaretur.* Quibus ſanè non video niſi vnicam exceptionem contineri, obſtrepat in Apologijs licet, fremátque ſcriptor, quòd conuictus à Petauio, fateri alteram cauſam prætermittendi huius Ordinis debuerit, præter extremam fati neceſſitatem; quippe Hæretici & Apoſtatæ, quamuis publico & ſceleſtiſſimo crimine damnati, ſæpe tamen ſine Pœnitentiæ mora, primis ipſis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus, ad Reconciliationem admittebantur. Vſque adeo teſtabatur Eccleſia factis ſuis & diſpēſandi arbitrariâ poteſtate, huiuſmodi diſciplinæ formam & compoſitionem, in repetendis ante reconciliationem pœnis, non ex diuino quodam iure, ſed ex ſuo profluxiſſe.

Redeo ad propoſitum, vt pondus adderet reſponſioni ſuæ Arnaldus, appoſuit exemplum commemorabile *Petri de Oſma*. Quem non eo reprehenſum damnatúmque nomine, ait, quòd hanc regulam generalem de ſatisfactione Abſolutioni anteponenda teneret; ſed quia nullam exceptionem ab ea faceret; vel etiam ob alia quæ adieciſſet plurima, ex quibus certa pernicies & corruptela ſacramenti pœnitentiæ ſequebatur. Quod quidem qua fide dignum ſit, poſtea videbitur. Hæc igitur de modo diluendæ obiectionis primo, quem tenuit Arnaldus, dicta ſint.

Alter ab eodem ſcriptore ſubiungitur, eleuando Abſolutiones Communionéſque illas, quæ ob periculum vicinæ mortis dabantur: hanc enim copiam facultatémque moribundis non fuiſſe factam primis Ec-

ſtinguer la Regle generale, des exceptions particulieres; la loy, de la condeſcendence; la pratique commune & ordinaire, des diſpenſes extraordinaires, & ſingulieres.

Nous auons fait voir par vn grand nombre de preuues indubitables, que tous les Peres ont creu, que ceux qui auoient ſoüillé la robbe blanche de leur bapteſme par le peché mortel, ne ſe deuoient point approcher de la table du Seigneur, pour ſe nourrir de la chair Diuine de l'Agneau ſans tache, qu'apres s'eſtre lōg temps purifiez par les exercices de la Penitence. Voila leur Doctrine conſtante & vniuerſelle.

Ce qu'on obiecte au contraire, que dans l'impoſſibilité d'obſeruer cette ſaincte diſcipline, & lorſque les Pecheurs ſe trouuoient en extremité de maladie, & n'eſtoient plus en eſtat de pouuoir faire Penitence, l'Egliſe ne laiſſoit pas de leur dōner la Communion pour viatique, ne ſert, qu'à nous aſſeurer d'auantage du ſentiment de ſes grands Saincts; & à nous faire voir combien ils ont eſtimé cette pratique ſalutaire, puiſqu'ils la gardoient inuiolablement tant qu'ils pouuoient, & qu'ils ne s'en departoient iamais, que dans l'extreme neceſſité, & lorſqu'il leur eſtoit impoſſible de l'obſeruer. Ibid. p. 405. & ſeq.

cleſiæ temporibus tradit,ſed tantùmſuccedentibus eâque conditione vt Eccleſia nihil certi ſponderet de Reconciliatione tam feſtinatâ, támque præcipiti. Sic enim loquitur [c] *Etſi vero deinde remiſit Eccleſia de priſtina diſciplina, quam diuturno tempore obſeruauerat erga eiuſmodi peccatores; hancque illis gratiam conceſſerit, vt in mortis articulo impertiret eos Abſolutione & Euchariſtia, quibus ſe indignos præbuerant, propterea quòd animum dignis pænitentiæ fructibus, cùm per valetudinem licebat, non præparaſſent. Nihilominus in hoc iudicio permanſit ſemper; Quòd in iſto præcipiti Reconciliationum genere, ſecuritatis eſſet parum. Quare ſi ſe cogi in hac vltima periodo ſentiret ad concedendam illis Communionem, quos antea ſalutari ſatisfactione non præparaſset, contra morem quem IN OMNIBVS ALIIS CASIBVS tenebat, non aliter id faceret quàm permittendo miſericordiæ diuinæ, vt vt id omne cedere vellet. NVLLA CERTA SPE illis data; quòd Ieſus Chriſtus ratum haberet in Cælo, id quod eius Miniſtri ſola neceſſitate compulſi, & veluti vi quadam adacti, in terris egiſſent.*

c Mais quoy que l'Egliſe ſe ſoit relachée depuis, de cette premiere diſcipline, qu'elle auoit obſeruée long temps enuers ces pecheurs, & qu'elle leur ait fait ceſte grace de leur accorder à l'article de la mort l'Abſolution & l'Euchariſtie, dont ils s'eſtoient rendus indignes, pour ne s'y eſtre pas diſpoſez durant la ſanté, par des fruits de Penitence; Elle eſt neantmoins touſiours demeurée dans ce ſentiment, qu'il y auoit peu d'aſſeurance dans ces reconciliations precipitées, & que ſi elle ſe trouuoit forcée en cette extremité de leur accorder la Communion, ſans les y auoir preparez auparauant par vne ſatisfaction ſalutaire, comme elle faiſoit en toute autre rencontre; ce n'eſtoit qu'en laiſſant à la miſericorde de Dieu d'en ordonner ce qu'il luy plairoit, & ſans leur pouuoir donner aucune eſperance certaine, que Ieſus-Chriſt ratifieroit dans le Ciel, ce que ſes Miniſtres n'auoient fait dans la terre, que par neceſſité, & comme par force.

Ecce, vt iterum confirmat *in omnibus alijs caſibus*, præterquam in articulo mortis, præparatos ad Abſolutionem Communionémque pœnitentes præuia ſatisfactione fuiſſe; idque perurget verbis etiam acrioribus, in eo vitæ termino in quo locus eſſe non poſſet conſueto Ritui pœnitentiæ, Eccleſiam non aliter miniſterium Sacramentúmque illud, quàm pro *Coacto, Violento, Dubio & Incerto habuiſſe.* Quod infrà repetit etiam, obtruditque, non niſi poſt quartum ſæculum ad Pœnitentiam admiſſos eſſe; & quidem admiſſos cum hac fide & opinione Eccleſiæ, vt valde incertum haberet, an quidquam illis hæc Reconciliatio proficeret. Arnaldi verba ſunt.

Ibid. p. 411.

[d] *Conſtat igitur tum cùm Peccatores extremo morbo corriperentur, adeóque IMPOSSIBILE ESSET vt Iuſtitiæ diuinæ per frugem pænitentiæ ſatisfacerent; quòd Eccleſia eò ſe adduci poſt quartum ſæculum ſinebat, vt illos ad Reconciliationem participationémque Myſteriorum admitteret. Atenim vt rectè iudicemus, in quam conſequentiam duci hæc praxis, quæ erat generalis & vniuerſa, debeat, quá quidem cauebatur ne peccatores, niſi exoluta ſatisfactione, in Communionem reciperentur; neceſ-*

d Il eſt donc vray que les Pecheurs ſe trouuans en extremité de maladie, & dans l'impoſſibilité de ſatisfaire à la Iuſtice Diuine par des fruicts de Penitence, l'Egliſe n'a pas laiſſé depuis le quatrieſme

ſarium eſt addere quod ſancti Patres, nos docent cum hac exiſtimatione id ita Eccleſiam factitaſſe, vt tamen vehementer incertum eſſe vellet, an illis eiuſmodi reconciliatio quidquam apud Deum eſſet profutura & falli animas, quibus per hanc viam tuta ſalus ſponderetur.

Enucleauimus tandem aliquando, *Beatiſſime Pater*, Dogma illud primarium & vnicum, cuius tam incenſum ſtudium, támque mirificam expectationem in præfatione operis ſui ſcriptor Arnaldus incitauit: quo vno volumen ſuum contineri, & leges omnes ritè pœnitendi communicandique ſacro corpori Chriſti, comprehenſas eſſe dixit. In quo denique vno tractando, ſuiſque ſcriptis traducendo, ſic operam pollicitus eſt ſuam, vt alijs verbis non loqueretur quàm ſanctorum Patrum; aliam Authoritatem non interponeret quàm ſummorum Pontificum; neque alia Decreta quàm Conciliorum, aliamue Regulam adhiberet, quàm Traditionis Apoſtolicæ; denique alia fide non vteretur, quàm eâ quæ vniuerſam Eccleſiam per duodecim ſæcula tenuiſſet. Huius ergo Dogmatis ſummam ex omnibus antea excerptis collectiſque è libro de frequenti Communione locis, atque teſtimonijs, ſi conficere volumus, hæc erit. Inſtitutum eſſe præſcriptúmque per legem à Chriſto poſitam, inſtar Regulæ generalis, & in vſu communi ſeruandæ; vt in expiandis cuiuſcumque generis mortalibus noxis poſt baptiſmum admiſſis, ſatisfactio ordine præcederet Abſolutionem, eóque temporis interuallo ſuſpenſi & præciſi à Communione pœnitentes tenerentur. Nihilominus quia nulla regula tam generalis eſt, quæ exceptionem aliquam non admittat, ab iſta regula Eccleſiam excepiſſe timidè admodùm, & dubitanter, exactis iam quatuor ab orbe reparato ſæculis, Articulum mortis, quod erat eiuſmodi tempus, in quo nullus eſſe poſſet regulæ illius obſeruandæ locus.

Explanauimus quoque regulam Traditionis, qualem ſcriptor libri de frequenti Communione ad ſtabiliendum Dogma ſuum deſcripſit. Quare reſtat vt ex illius regulæ cum illo Dogmate applicatione, euidenter oſtendamus, quomodo neceſſitatem Ritus antiquæ

Siecle de les admettre à la Reconciliation, & à la participation des Myſteres. Mais affin de pouuoir iuger qu'elle conſequence on doit tirer de cette pratique generale, & vniuerſelle qui defendoit de Communier les Pecheurs qu'apres l'accompliſſement de leur Penitece; Il eſt neceſſaire d'adiouſter, ce que les Peres nous enſeignent, qu'elle l'a fait dans cette penſée, qu'il eſtoit fort incertain ſi cette Reconciliation leur ſeruiroit deuant Dieu, & que c'eſtoit tromper les ames, que de les aſſeurer du pardon, qu'elles auroient receu par cette voye.

Ibid. pag. 414.

pœnitentiæ ad noſtra tempora traduxerit.

SECTIO IV.

APPLICATIO REGVLAE TRADITIONIS QVAM SCRIPTOR libri de frequenti Communione præſcribit, ad reducendum veteris pœnitentiæ Ritum.

SI TANTVM contra Antiquitatem liber de frequenti Communione peccaret, *Sanctiſſime Pater*, etſi dolendum illud quidem eſſet; non adeò tamen grauiter, & cum tanta animi commotione, vt inde rei Chriſtianæ peſtem, exitiúmque imminere denunciaremus. Sed ijs finibus non ſe continet cupiditas Nouitatis. Duas quæſtiones immiſcet Arnaldus, alterã facti; iuris alteram de Ritu pœnitentiæ. Et cùm quid factum fuerit antiquis temporibus, pro ſua opinione dixit; Noſtris idem ipſum faciendum eſſe præſcribit; ſub pœnâ abuſus intolerabilis.

Etenim, vt ad noſtra tempora, neceſſitatem veteris pœnitentiæ referret, vſus eſt Traditione, veluti regulâ omnium temporum conciliatrice: omniúmque Rituum qui in Eccleſia probi ſunt, ac legitimi, libyo lapide. Vnde ſic rationes illius conficiuntur.

Profitetur primo loco Arnaldus, Dogma vnicum pro Scopo libri de frequenti Communione, ſibi eſſe propoſitum, quod poſitum ſit in Reſtituenda antiquæ pœnitentiæ parte, quæ Capitalis & maximi momenti à ſanctis Patribus iudicata eſt, atque in ſuſpenſione Communionis conſiſtit. Hunc libri Arnaldici finem, in principio huius Analyſeos, Causâ primâ, Sectione prima, demonſtrauimus.

Profitetur ſecundo loco, ſe vnica Traditionis Regulâ in pertractando probandóque Dogmate ſuo vſurum vt ante oculos, in hac ipſa Cauſa ſecunda quam tractamus, Sectione prima poſuimus.

Profitetur tertio loco, tres illius Regulæ virtutes eſſe præcipuas, vt ibidem oſtendimus; Prima eſt, quòd hæc ſit fidei regula ſingularis & vnica. Secunda, quòd immu

immutabilis veritas ſit. Tertia, quòd ſit Arbitra veritatis Orthodoxæ, & quidem omnis.

Profitetur quarto loco, Dogma illud ſuum ſub Traditione contineri; vt tota ſectione ſecunda & tertia planum fecimus. Vnde alijs in locis audacter pronunciat, praxim illam quam in opere ſuo repreſentat, *eſſe praxim Orginalem, praxim Apoſtolorum, praxim omnium Sanctorum Patrum, praxim vniuerſæ Eccleſiæ per duodecim ferè ſæcula* vſurpatam.

Textus integer cum Gallico idiomate; infrà citatur, Cauſâ. 4. Sect. 1.

Ex his autem antecedentibus effatis, quis eſt qui non videat euidenter ſequi, *Sanctiſſime Pater*, praxim illam veteris Pœnitentiæ, cùm ſub Traditione contineri aſſeritur, hoc eſt, cùm Traditio quædam eſſe dicitur, conſequenter illi, ab Arnaldo tradi tres illas Traditionis proprias & inſignes notas, quibus Traditionis naturam ſingulariter affectam eſſe docuit? Vel enim renunciandum eſt lumini mentibus humanis à naturâ conceſſo, quòd ſyllogiſmus ſit Oratio, in qua ex præcurrentibus quibuſdam principijs, neceſſe eſt aliquid colligere; vel rectè hæc noſtra conſecutio valet. Nam ſi præclarè & ſapienter Philoſophus dixit, viam ratiocinandi, quæ in affirmatione verſatur, patentiſſimam & maximè naturalem; certam item & neceſſariam, & omnium Iudicio qui aliquid intelligunt, perſpectam expertámque eſſe, vt id quod argumenti loco ponitur, vim habeat vniuerſalem & comprehendentem illius, quod ſub eo ſumitur; eíque in complexione ſuum attributum relinquat. Ineamus nunc iſtam in iungendis ſyllogiſmi terminis rationem, hoc pacto. Cùm Traditio ab Arnaldo pro argumento proponatur, praxis verò antiquæ pœnitentiæ pro parte ſubiecta aſſumatur, neceſſe eſt in concluſione per legem benè & naturaliter informatæ ratiocinationis, vt ea tribuantur praxi antiquæ Pœnitentiæ, quæ in propoſitione, Traditioni adſcripta ſunt. Veluti ſi quis ſuſcepiſſet de Modeſtiæ laudibus diſſerere, & ad illius commendationem hanc Theſim & argumentum poneret; virtutis tres eſſe dotes eximias. Quòd honeſta ſit, quòd vtilis, quòd iucunda; tum pro aſſumptione, Modeſtiam virtutem eſſe dice-

ret; an non ille, nullo repugnante, has ipſas dotes, Modeſtiæ attribuiſſe putaretur?

Sic eſt prorſus in re noſtra, *Sanctiſſime Pater*, proponit Arnaldus tres eſſe Traditionis proprias & ſingulares notas; tum aſſumit, quòd praxis antiquæ Pœnitentiæ Traditio ſit, quis eſt mortalium, quem iam fugiat ipſa conſequentia? niſi fortè Arnaldum, qui ex Philoſopho Theologus, atque etiam ſocius Sorbonicus factus eſt (beneuolentiæ causâ, non dicam quo modo, nec quid tum actum ſit) è Theſi particulari & non diſtributa, deſcendere ad concluſionem voluiſſe exiſtimabimus; vitio quodam argumentationis, vel ipſis Dialecticæ tyronibus exprobrando?

Itaque tres illas Traditionis præcipuas dotes admoueri & applicari ad praxim antiquæ Pœnitentiæ per librum de frequenti Communione oportet, hunc in modum. Si Traditio eſt regula quædam fidei, praxis verò antiquæ Pœnitentiæ eſt quædam Traditio, ſequitur qòd Praxis pœnitentiæ ſit quædam regula fidei. Similiter infertur ex ſecunda conditione. Si Traditio eſt veritas immutabilis, cùm Traditio gemina ſit, aliáque in rebus credendis, alia in agendis verſetur vtraque naturam habebit veritatis immutabilis. Sequitur ergò, quòd Ritus antiquæ pœnitentiæ, qui Traditio quædam practica eſt, iure ſuo ſtare debet immutabilis. Denique ex tertia conditione ſic efficitur. Si Traditio eſt Arbitra omnis Orthodoxæ veritatis certè interponendum erit eius arbitrium, iudiciúmque in præſenti controuerſia, quæ mouetur, ſitne ille neceſſarius antiquæ pœnitentiæ Ritus, an non? Atqui Traditio, Interprete, Arnaldo (vt in duabus proximis antecedentibus Sectionibus cumulatè oſtendimus) hunc Ritum eſſe neceſſarium docet. Ergo pro neceſſario habendus eſt, Authore Arnaldo & Traditionis egregio Explanatore. Vnde, quanta labes fiat Eccleſiæ, poſtea expoſtulabimus. Eſt-ne aliquis tam obtuſus & hebes, qui nondum cernat, in libro de frequenti Communione, ad Ritum veteris pœnitentiæ applicatam eſſe Traditionis Regulam? Imò, qui non etiam

intelligat tres illas Traditionis dotes & notas inſignes, eo fine & propoſito excogitatas & magnificè prædicatas in eodem libro fuiſſe, vt Ritui veteris pœnitentiæ reducendo, certiùs & illuſtriùs imprimantur.

Attamen Arnaldus vltra progreſſus eſt. Nam fortè veritus, ne non ſatis ab omnibus intelligeretur, voluit ipſe normam Traditionis quam inſtruxerat, accommodare ad inſtitutum ſuum; & eam exactiſſimâ curâ, atque examuſſim ad antiquum pœnitendi Ritum coagmentare. Euoluamus enim illud libri de frequenti Communione caput, in cuius titulo eſt. *Quod ſuſpenſio Euchariſtiæ ſemper adiuncta fuerit Pœnitentiæ pro peccatis mortalibus inſtitutæ*; Illic, *Sanctiſſime Pater*, non modo Traditionem adducit Arnaldus pro certa & ineuitabili regula Rituum Eccleſiaſticorum; ſed adiungit etiam aptátque ad ſuum Dogma comprobandum; & quidem ea dicendi contentione, qua quondam aduerſus Hæreticos Cardinalis Perronius ad Ritus Eccleſiæ qui verè Catholici ſunt aſſerendos, & à ſpurijs per regulam Traditionis ſegregandos vtebatur. Textus ille ſic habet. *Equidem his poſtremis verbis addere nihil auſim, ſed ad concluſionem, huius tertiæ Probationis erit mihi ſatis, ſi in medium adduxero ex præcipuis Regulis quibus conſtat Eccleſiæ fides, vnam, qua vtuntur Catholici omnes aduerſus hæreticos, quæque à Domino Cardinale Perronio proponitur his verbis, in illa inſigni Epiſtola, quæ deinde occaſionem præbuit edendo omnium eius operum præſtantiſſimo.*

Cùm Patres loquuntur non tanquam Doctores, ſed „
tanquam teſtes vſus & praxeos Eccleſiæ per ſuam æ- „
tatem, & aiunt. Næ, ego credo id ita credi, vel ita in- „
telligi vel ita obſeruari debere. Atenim Eccleſia ab al- „
tero orbis termino ad alium ſic credit, ſic obſeruat; „
tunc non accipimus id quod dicunt quaſi ab ipſis, ſed „
quaſi ab Eccleſia dictum eſſet. Præſertim verò cùm „
res agitur quæ ignorari non poteſt, aut propter con- „
ditionem ſuam, vt cùm in facto conſiſtit (*PRAXIS* „
de qua DISPVTAMVS EST EIVSMODI) aut propter „
authoritatem dicentium (*quam honeſtè Diuo Auguſtino ne-* „
mo denegabit) In hoc caſu non iam ex illorum verbis „
probabiliter argumentamur, vt facimus cùm priuato- „

a *Que les Peres n'ont recognu que trois ſortes de Penitence; l'vne auant le Bapteſme; & deux apres le Bapteſme, l'vne pour les pechez veniels, & l'autre pour les mortels. Et qu'ils ont touiours ioint le Retranchement de l'Euchariſtie à cette derniere.*

2. part. ca. 6. p. 273.

b *Pour moy ie n'oſerois rien dire apres ces dernieres paroles, & ie me contenteray pour concluſion de cette troiſieſme preuue, de rapporter l'vne des principales regles pour s'aſſeurer de la creance de l'Egliſe, dont tous les Catholiques ſe ſeruent contre les Heretiques; & que Monſieur le Cardinal du Perron propoſe en ces termes dans cette excellente lettre, qui a donné occaſion au chef d'œuure de ſes ouurages. Quand les Peres parlent non cõme Docteurs, mais comme témoins de l'vſage de la pratique de l'Egliſe de leurs ſiecles, & diſent non, ie crois que cela doit eſtre ainſi creu, ou ainſi entendu, ou ainſi obſerué; mais l'Egliſe*

" rum Doctorum partes ſuſtinent,ſed demonſtratiuè " argumentamur.

En, *Sactiſſime Pater*, teſtimonium longè luculentiſſimum libri de frequenti Communione, in quo Arnaldus Praxim ſuæ Pœnitentiæ ad antiquas Traditiones coæquat, quas Cardinalis Perronius decretorio Patrum & Eccleſiæ iudicio fixas & immutabiles eſſe pronunciat. Nam inter verba quibus declarat Perronius quænam ſint inſtitutiones Traditione Maiorum acceptæ,quas perpetua fide Eccleſiæ ſancitas,Catholici ſeruare conſtanter debent, Arnaldus ſua interponit verba,breuiter & callidè,cũ hac clauſula. *Praxis de qua diſputamus eſt eiuſmodi :* Quid hoc ſignificat,*Praxis de qua diſputamus?* id-eſt, Praxis abalienandi ab Euchariſtia & à Reconciliatione vſque ad perfectionem ſatisfactionis. Quid ſignificat; *eſt eiuſmodi?* id eſt, de numero earum eſt, quas Sancti Patres omni tempore credendas & obſeruandas, non ſuo ſed Eccleſiæ nomine, neque vt priuati Doctores, ſed vt Magiſtri orbis Chriſtiani, à Deo dati, & in legitimis Concilijs congregati. Vt Paſtores ſummi, præſidio Diuini ſpiritus, & Tutela muniti decreuerunt. Vnde concludit Arnaldus neceſſitatem ſuæ praxeos, non ſecus atque aliarum (neque enim de alijs regulam poſuit Perronius; quàm de neceſſarijs vt, liquidò conſtat) in demonſtrationis loco eſſe ponendam.

depuis vn bout de la terre iuſqu'à l'autre le croit ainſi; ou l'obſerue ainſi, alors nous ne tenons plus ce qu'ils diſent, comme choſe dite par eux : mais comme choſe dite par toute l'Egliſe, & principalement quand c'eſt vn point, qu'ils n'ont peu ignorer, ou à cauſe de la condition des choſes comme en matiere de fait (la pratique dont nous diſputons eſt de cette ſorte) ou à cauſe de la ſuffiſance des perſonnes (l'on fera bien l'honneur à S. Auguſtin de le mettre de ce nombre) Et en ce cas là nous n'argumentons plus de leurs paroles probablement, comme nous faiſons lors qu'ils parlent en qualité de Docteurs particuliers, mais en argumentans demonſtratiuement.
2. part. ca.6.p.280.

Sed hæc de Regula Traditionis ab Arnaldo conficta, & de illius ad Praxim Arnaldicæ Pœnitentiæ applicatione ſufficiant. Tempus eſt vt aliam partem huius cauſæ, eámque præcipuam & maximè ſpectabilem attingamus,in qua rationes noſtras ſanè grauiſſimas expoſtulandi, tum aduerſus Doctrinam Traditionis, qualis ab Arnaldo fingitur, tum aduerſus vſum & applicationem illius, exponamus.

EXPOSTVLATIO
DE DOCTRINA, QVÆ IN HAC SECVNDA COMMOTIONIS CAVSA CONTINETVR.

SECTIO V.

QVÆSITVM PRIMVM.

An ſcriptor libri de frequenti Communione, Orthodoxè ſtatuerit Conditiones Traditionis?

CONDITIONES quas ſcriptor Arnaldus Traditioni aſſignat ad Tribunal *Sanctitatis Tuæ* deducimus. Harum prima eſt, quòd Traditio ſit vnica fidei Regula. Secunda verò, quòd hæc Traditionis Regula ſit immutabilis. Tertia denique, quòd Traditio ſit Arbitra ſententiarum omnium, quæ veræ & Orthodoxæ ſunt Singulas quáſque paulò antè retulimus, ex libro de frequenti Communione, ad verbum exſcriptas. Quare ſicut ab illis hanc Commotionis noſtræ Cauſam ſecundam exorſi ſumus, ita quid in ijſdem inſit, quod animos noſtros, conſcientiámque exagitet, primo loco, in fide tua, iudicióque ſanctiſſimo deponimus. Traditio enim, per Arnaldum, pro Norma, pro Regula, pro ſui operis, vniuerſi præſcriptione ponitur. Hæc igitur niſi bene rectéque procedat id quod ad illam dirigitur, rectum eſſe non poteſt.

ā Suprà in ſect. 1. huius cauſæ. Textus integri vernaculo Idiomate relati ſunt.

De tribus autem illis conditionibus & affectionibus quas Arnaldus vniuerſæ Traditioni inſcribit, habemus aliquid quod expoſtulemus. Aduerſus primam quidem, & Secundã; quâ ſtatuit Traditionem pro regula fidei vnicâ, eâque minimè mutabili, opponimus duo Eccleſiæ lumina Baronium, & Perronium; qui duplices Traditiones diſtinguam; vnas, quæ im-

mutabiles & fixæ ſunt; alteras quæ poteſtati Eccleſiæ committuntur, vt pro temporum oportunitatibus refigantur. Primi generis varia exempla commemorantur à Baronio,[a] veluti quòd Diui Pauli temporibus vtraque menſa ſimul, communis & ſacra iungebatur in ſumptione Euchariſtiæ. Id enim Chriſtus in vltimâ cœna fecerat, & in ſui recordationem vt facerent, ſuos monuerat. Communem menſam præmiſerat, inde verò ſacram; quoniam ſic rerum ordo ferebat vt legalia primùm conſummarentur; tum ea quæ nouæ legis eſſent, ſecundis menſis inferrentur. Itaque legalibus ceremonijs deinceps ablegatis, intellexit Eccleſia hanc Traditionis formam eſſe mutabilem, & cauit ne ſacris epulis prophanæ ampliùs admiſcerentur.

a Baron. ad an. Ch. 57. n. 129.

Alterum exemplum ex eodem Baronio ſuprà retulimus;[b] de more deportandi domum, pretioſas Euchariſtiæ Analectas, qui apud primores Chriſtianos viguit, &[c] *ab inſtitutione Apoſtolica* fluxit; quem denique ſuſtulit Eccleſia, poſtquàm ſæuitia perſecutionis reſedit, innuens eam tantùm ob cauſam à Chriſto fuiſſe conceſſum, vt cœleſti pane Chriſtiani priuatim reficerentur, dum illis inter ſe conuenire, & cœtus celebrare raró licebat. Huius mutatoriæ Traditionis alia exempla Cardinalis Perronius aduerſus hæreticos depugnans in medium adducit, præ cæteris illuſtria duo.[d] Vnum in mutatione ritus baptiſmalis; *neque enim reperias* (inquit idem Cardinalis) *toto quadringentorum annorum curriculo, celebratum in Eccleſia baptiſmum* (ſolenni ritu fuiſſe) *niſi per immerſionem, & quidem trinam.* Dico, ſolenni Ritu; nam lecto affixi, in extrema ægritudine, per aſperſionem baptiſabãtur. Vnde Clinici e ſunt appellati. Teſtes ſunt[e] Tertulianus,[f] Cyprianus,[g] Ambroſius, Auguſtinus, Baſilius, Chryſoſtomus & pleríque alij. Alterum exemplum in communione corporis Chriſti & Sanguinis, ſub vtràque ſpecie conſiſtit; de qua nihil aliud commemoro, quàm quod[h] D. Cyrillus hieroſolymorum Epiſcopus his verbis exponit. *Accedens autem ad Communionem, non expanſis manuum volis accede, neque cum diſiunctis digitis, ſed ſiniſtram*

b Cauſâ 1. Sect. 3.

c Baron. ibidem. n. 154.

d Card. du Perron. Repliq. ch. De la Commun. ſous les deux eſpeces.

e Tertull. de Cor. milit.

f Cyprian. ad Mag. Ep. 76.

g Ambroſ. in Epi. ad Rom. c. 6.

h D. Cyrillus Hyer. Catech. Myſtag. 5. ſub finem

veluti ſedem quandam ſubijcias dextræ, quæ tantum regem ſuſceptura eſt & concaua manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens. Amen. Tum verò, poſt Communionem corporis Chriſti, accede, & ad calicem ſanguinis illius, non extendens manus, ſed pronus adorationis in modum, & venerationis dicens. Amen. Sanctificeris eo ſanguine Chriſti, quem aſſumis, & cùm adhuc eſt humiditas in labijs tuis, manibus attingens & oculos & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecra. Quibus ita præſcriptis de ritu ſub vtroque Symbolo communicandi ſubijcit. *RETINETE HAS TRADITIONES.*

κατέχετε ταύτας παραδόσεις

Quæ cum ita ſint, *Sanctiſſime Pater*; quis eſt cui non probetur querelæ noſtræ ratio in eo poſita, quòd hac diſtinctione vtriuſque Traditionis neglecta, Traditionem eſſe immutabilem, Arnaldus infinitè dixerit. quam ſequi debemus non ſecus ac articulum fidei, *vniuerſim in omni Morali Diſciplina.* Verba enim eius ſunt, quæ habet in capite primo ſui libri, ad ſtabiliendam Regulam Traditionis poſita, & quaſi ab Aduerſario in quem diſputat, hoc ſenſu concederentur, arrepta. Nempe veritus eſt lucem tam claræ, támque ſolidæ diſtinctionis. Quam profectò, ſi ſuum Librum legentibus prætuliſſet, perfacilè erat, vt illi agnoſcerent; Antiquæ Pœnitentiæ Ritum inter Traditiones varias & mutabiles numerari poſſe. Quapropter infirmitas & inertia argumentationis Arnaldicæ, quæ ex Traditionis lege, ad reſtituendam nobis Antiquam Pœnitentiam trahitur, non minor in re præſenti extat apparétque, quàm ſi eádem illa Traditionis regula, ad vſum Calicis populo aſſerendum reddendúmque adhiberetur.

Et qu'ainſi que vous dites, nous la deuons ſuiure generalement en toutes choſes, c'eſt à dire, dans toutes les veritez de la Foy, & dans toute la Morale Chreſtienne.

1. par. cap. 1. p. 3.

Atque vt æquitas expoſtulationis noſtræ magis eluceſcat, ponamus pro Theſi, quod ponit Arnaldus; Traditionem eſſe *vnicam fidei Regulam, & veritatem immutabilem.* Tum id quod aſſumit, adiungamus. Diſciplinam Antiquæ Pœnitentiæ, ab hodierna diuerſam fuiſſe. Quid ex his ſequatur, *Sanctiſſime Pater*, fidem tuam imploro? an non iſtud? quòd hodie, *In tenebris ambulamus, & VERITATEM non facimus?* Vt increpat Diuus Ioannes, quoniam *QVOD FVIT AB INITIO non facimus.* Hæc nos cogitatio & cura in hoc Tradi-

1. Ioan. 1.

tionis negotio primùm exercet: atque ad ſedis Apoſtolicæ Iudicium confugere cogit, quoniam *Apoſtolica res eſt Traditio.* Vt ſciamus, an generatim & ſine diſcrimine profitendum ſit, quòd Traditio ſit vnica Regula fidei, eâque immutabilis?

CAVSÆ EXPOSTVLANDI aduerſus tertiam Conditionem, quam Traditioni adſcribit Author operis de frequenti Communione, multò etiam grauiores exiſtunt. Ait enim *Traditionem eſſe non regulam modò, ſed Arbitram omnium ſententiarum quæ veræ & Catholicæ ſunt.* Quantum verò ſuſpicionis & periculi in hoc enuntiato ſit, norunt Theologi, qui Regulam inter, & Iudicem Orthodoxorum Dogmatum, Ingens diſcrimen conſtituunt, eóque nomine Caluinum notant, quòd ſacræ ſcripturæ vtrumque munus imponat, & *Regulæ* & *Iudicis.* Quantò igitur id ferent iniquius de Traditione ſtatui? Et verò effatum eſt Concilij Tridentini in ſectatores Caluini, *Quòd Eccleſiæ ſit, iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſcipturarum.* Additque Synodus ita quidem ſe decernere; *Ad coercenda petulantia ingenia, vt nemo ſuæ Prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuum ſenſum contorqueat.* Quis autem non videat? Hanc rationem Patrum Tridentinorum facere, ne Traditio pro Iudice ponatur, quæ naturam habet, magis quàm Scriptura latentem & inuolutam.

Conci. Trid. ſeſſ. 4

Neque minora ſanè importantur damna, ſeu quis Scripturam ſacram, ſeu Traditionem pro *Iudice ſententiarum omnium Orthodoxarum* apponat, nempe deeſſe in Eccleſia ſpirantem Arbitrum componendarum controuerſiarum, lites fore interminatas, & *Priuato ſpiritui* confidendum eſſe in diſcernendis Traditionibus, vt quæ veræ ſint, quæ falſæ & ementitæ. Quales ſint, an neceſſariæ & perpetuæ, an tēporales & quibus temporum finibus circumſcriptæ dignoſcantur. Exēplum in re præſenti ponamus. Contendit ſcriptor libri de frequenti Communione Praxim Pœnitentiæ quam tentat inducere, è Traditione exijſſe. Alij præcipuâ eruditione viri negant. Quis controueſiam dirimet? ſi Traditionem ſuijpſius Arbitram ſtatuamus. Nam

vtrique

vtrimque in ſuam quiſque partem contorquebit, & rapiet Traditionis inſignia; ſimiliter ac hæretici, qui Scripturæ ſacræ, vacuum & inane quoddam Iudicis nomen imponunt, vt eam miſerè diſcerpant, & in ſuos errores flexibilibus modis concinentem audiant.

Hîc ego *Sanctitatis tuæ* iudicium obteſtor. An non iuſta querelæ & formidinis noſtræ cauſa ſit. Hoc tantùm dixit Caluinus, *ſcripturæ ſolæ extant quibus viſum eſt Domino ſuam perpetuæ memoriæ veritatem conſecrare*: Author libri de frequenti Communione ſcribit. *Quòd Traditio eſt Arbitra omniùm ſententiarum quæ veræ & Catholicæ ſunt.* Si vnus errat, an non alter in errore eſt? ſi vterque. An non ille grauius, qui Traditioni, quàm qui Scripturæ ſacræ, iudicandi magiſterium addicit? An non certâ & indubitatâ fide credendum eſt, Eccleſiam, vtriuſque verbi, tum traditi tum ſcripti Iudicem eſſe, Arbitrámque à Deo conſtitutam? an non illi vni, ſancti Spiritus perpetuum numen adpromiſſum ſit? cuius afflatus, eam gubernat, atque vt loquitur D. Ioannes *inducit in omnem veritatem.*

Caluin. l. 1. Inſti.

Si dixero hanc ſacri Iudicij Arbitriique authoritatem à ſcriptore libri de frequenti Communione in Traditionem transfundi, vt *Sanctitatis tuæ*, de hoc ſuo opere cenſuram deturbet, non vereor videri nimiùm in tanta calliditate operis, ſuſpicioſus. Nam Arnaldus ſub finem ſuæ præfationis ad illud opus, non aliâ conditione librum ſuum virgulæ cenſoriæ ſubmiſit, niſi ſi probaretur Doctrinæ & Traditioni Patrum aduerſari. Sic enim loquitur; *Poſt editam à me tam ingenuam támque veram animi mei profeſſionem, videor mihi iniuriam facturus ijs, qui deſiderio perlegendi huius libri tenebuntur, ſi dubitem futurum vt reuereantur eorum ſenſa quos ſolemniter Eccleſia vniuerſa veneratur vt Paſtores, Magiſtros & Patres ſuos. NEQVE VERO quantum quidem arbitror mihi cauſa timendi ſubeſt, ne quis authoritatem illorum audeat aſpernari quaſi vetuſtior eſſet, quàm vt noſtris temporibus admittatur. IN REBVS PRÆSERTIM PRIMARIIS ET ESSENSIALIBVS. Néue abdicentur IN HAC PARTE, quaſi fuiſſent erga Pœnitentes nimiùm acerbi.*

Neque verò Antonius de Dominis qui nouæ ſectæ

Apres cette proteſtation ſincere & veritable, ie croirois faire tort à ceux qui voudront lire ce liure, que de douter, s'ils reſpecteront les ſentiments de ceux, que toute l'Egliſe fait profeßion de reuerer, comme ſes Paſteurs, comme ſes Maiſtres, & comme ſes Peres. Car ie ne penſe auoir ſuiet d'apprehender qu'on oſe mépriſer leur autorité, comme eſtant trop ancienne pour eſtre ſuiuie

ēn ce temps, meſme dās les choſes principales & eſſentielles, & qu'on les reiette en ce point, comme ayans eſté trop ſeueres, vers les Pecheurs.

videri voluit Architectus, alio ariete Eccleſiam quatere ſe validiùs poſſe confiſus eſt, quàm iſto, vt ſcilicet in definiendis fidei controuerſijs Eccleſiam *Iudicem* eſſe pernegaret. Hanc enim pro *Theſauro, & pro Teſte veritatis dumtaxat* haberi vult, non pro Iudice. Summā verò totius rei Iudiciariæ, in Traditione collocat.

Anton. de Domi. tom. 3. de Repub. Chriſt. l. 7. c. 4.

Quòd ſi fortè Arnaldus alia obtendat in libro de frequenti Communione teſtimonia, quæ in ſpeciem huic dogmati refragari videantur, non erit propterea ab illius erroris contagione immunis iudicandus. Imò cōfirmabit quod ab intio *Sanctitatē tuam* admonuimus. Librum de frequēti Communione bicorporem eſſe, gemináque facie fallentem : ſanè hanc fraudem præſtare non debemus. Si voluit Scriptor ſecum ipſe pugnare, vt ſuis reprehenſoribus contradiceret ; vt ſuæ impunitati conſuleret ; vt cenſuram fraudaret fallerétque, donec conflata factio viribus ſuis conſiſteret: tacere tamen non debuimus. Errorem vbi eſt, monſtramus ; vbi non eſt, non affingimus ; aut ergo denunciandum eſt vniuerſæ Galliæ, in ſententiam *ſummi Iudicis* intentæ, errorem non eſſe, ſi quis cum libro de frequenti Communione ſentiat & dicat, *Traditionem eſſe vnicam regulam fidei, & vniuerſim in rebus omnibus ſequendam, hoc eſt in omnibus fidei Dogmatibus, & in omni diſciplina Chriſtiana, item Traditionem eſſe omnium ſententiarum quæ veræ & Orthodoxæ ſunt, Arbitram.* Aut ſi error eſt, ne latiùs ſerpat, virúſque ſuum effundat, Decretorio *Beatitatis tuæ* iudicio, notari poſtulamus.

SECTIO VI.

QVÆSITVM SECVNDVM

AN BENE SCRIPSERIT AVTHOR libri de frequenti Communione, Quòd Patres omnes doceant, continenti duodecim Sæculorum curſu, omne genus Peccati mortalis, Excommunicatione Corporis Chriſti, per poteſtatem Clauium inflictâ, fuiſſe vindicatum?

DE REGVLA diximus, *Sāctiſſime Pater*, nunc ad Applicationem Regulæ veniendum eſt: ſed antè diligenter, & omni cura proſpicien-

dum eſt, quò applicare hanc Traditionis Normam Arnaldus intendat. Ne fortè nos vagari extra quæſtionis ſtatum accuſet.

Sæpè conteſtatus eſt Arnaldus in libro de frequenti Communione ſibi de Pœnitentia Publica rem non eſſe. Neque ſe porrò id genus Controuerſiæ mouere velle; vtrum per Pœnitentiam Publicam, quælibet peccati lethiferi contracta macula, antiquitùs perpurganda eſſet, nec ne. Sic enim ſuprà loquentem audiuimus. [a] *Neque verò præſentem ſermonem inſtituo, quò homines à Communione ſeparentur per multos annos, quemadmodum in more fuit Eccleſiæ diuturno poſitum; Multò verò minus, vt eos Pœnitentiæ Publicæ ſubijciam.* Valeat ergo quæſtio de Pœnitentia Publica, quantùm quidem ſiue fuco & diſſimulatione ab Arnaldi inſtituto abeſſe poteſt. Atque ab eo veram & enucleatam ſubiectæ rei conſtitutionem addiſcamus.

Suprà, integrum textum Arnaldi, Gallico Idiomate retulimus. Cauſâ 1. Sect. 1.

Itaque deinceps in eo verſari caput ſuæ diſputationis declarat, quòd contendat, Reos noxæ lethalis qualiſcumque poſt Baptiſmum admiſſæ, plexos Excommunicatione Euchariſticâ, per duodecim circiter Sæcula, ſeu publicè, ſeu priuatim fuiſſe; antequam Abſolutionem adipiſcerentur. Iuuat ex ipſius ore verba colligere, *Sanctiſſime Pater*, quibus ſuum Dogma præcisè ſtatuit. Iſta ſunt. *Hoc tibi formaliter affirmo, omnes Patres crediдiſſe; quòd generaliter pro omnibus peccatis mortalibus neceſſe eſſet per plures dies Pœnitentiam exequi, ante Communionem. Illud enimuerò ipſum eſt, quod ferre nequis. Hoc autem vocetur Pœnitentia Publica, aut non, nihil ad rem noſtram.* Hæc igitur controuerſia, vt ab Arnaldo, ſaltem in ſpeciem, proponitur, arctioribus quàm prior finibus adſtringitur, quæ de toto genere Pœnitentiæ Publicæ inſtitui ſolet. Quare eam tractabimus ita contractam vt iubet Arnaldus, neque extra limites quos illi impoſuit excurremus. Tantùm ſupplicabimus *Sanctitati tuæ*, vt cùm rationes inficiandi expoſuerimus, tum denique decernat, quid in hac varietate Doctrinarum ſentiendum ſit.

b *Ie vous ſoûtiens formellement que tous les Peres ont creu, que generalement pour tous les pechez mortels il falloit eſtre pluſieurs iours à faire penitence auant que de Communier. Qui eſt ce que vous ne pouuez ſouffrir. Appellez, ou n'appellez pas cette Penitence, publique, ce n'eſt pas à cette heure de quoy il s'agiſt.*
2. par. cap. 3. p. 249

Equidem ſic exiſtimo cùm hæc ſcriptoris aſſertio probari non poſſit niſi authoritate Patrum, qui vno

quoque Sæculo ex duodecim prioribus floruerunt, incumbere ei qui ſe omnium illarum ætatum vſu, omniúmque qui per eas vixerunt Doctorum ſuffragijs, & patrocinio tueri velit, certa & aperta facere ſingularum ætatum Patrúmque teſtimonia; ita vt ſi quod deſit, intelligatur ipſe causâ cecidiſſe; mihi verò qui aduerſus ſcriptorem illum excipio, ſatis eſſe ad obtinendam cauſam, ſi vel vnius temporis aut Patris in hac duodecim centuriarum circumſcriptione, Iudicium deeſſe oſtendero.

In primis ergo Diuum Baſilium ſumo, illum ſcilicet, qui priſcos Pœnitentiæ canones ex omni memoria Patrum, qui præceſſerant, diligenter, vt ipſe teſtatur, explorauit excuſsitque: Scriptis ad Amphilochium Iconij Epiſcopum literis, quas eam ob rem Canonicas appellant: vnde ſequentem argumentationem conficio.

NVMERVS I.

PRIMVM ARGVMENTVM EXPONITVR.

SI STVPRVM à Diacono factum, non feriebatur excommunicatione per ætatem Diui Baſilij; profectò non omne peccatum Lethale expiandum erat primis duodecim ſæculis excommunicatione ſacerdotali, atqui explanatè, expreſſéque id ſuis in Epiſtolis Canonicis ſcriptum reliquit D. Baſilius, Canone tertio, in hæc verba. *Diaconus poſt Diaconatum fornicatus; à Diaconatu quidem eijcitur, in laicorum autem locum extruſus A COMMVNIONE NON ARCEBITVR. Quoniam* [a] *ANTIQVVS EST CANON, vt qui à gradu exciderunt, hoc ſolo punitionis modo puniantur. PRIMIS vt exiſtimo legem illam ſecutis, Non vindicabis bis in idipſum. Et etiam propter aliam cauſam, quod qui ſunt quidem in Ordine laico, à loco fidelium eiecti, rurſus in eum ex quo ceciderunt, locum reponuntur. Diaconus verò ſemel habet quod ſufficiat, depoſitionis iudicium. Tanquam ergo ei non reddito Diaconatu, in ea ſola punitione ſteterunt. Hæc quidem ſunt quæ*

[a] *Canon 25. Apoſt.* τ̃ κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται.

ex conſtitutionibus habentur huc vſque D. Baſilius, quæ compendioſa breuitate repetit Canone triceſimo ſecundo. *Qui peccatum ad mortem peccant Clerici, de gradu quidem deijciuntur*, [b] *à Laicroum autem Communione non arcentur.*

[b] *Balſamom* eos, *inquit*, Conmunione fidelium non prluat. ceu non ſegregat.

Quæ cum legerem mirari ſatis non potui qua confidentia fretus ſcriptor libri de frequenti Communione tam [c] ſæpe, támque aſſeueranter & obfirmatè conteſtetur, nihil in omni Doctrina Patrum Canonúmque inueniri poſſe Dogmati ſuo contrarium & repugnans; quo ſtatuit hanc omni peccato mortali poſt Baptiſmum contracto decretam fuiſſe pœnam, toto duodecim priorum centuriarum lapſu, vt non priùs remitteretur, quàm excommunicatione Sacerdotali afflatum fuiſſet. En *Canon*, & quidem vt D. Baſilius teſtificatur, *Antiquus*, quo *Primi*, hoc eſt Primores Chriſtianæ Diſciplinæ Magiſtri pro *Lege* vſi ſunt, inquit. En crimen mortale & manifeſtum, *Fornicatio Diaconi*, ob illud exauthorari Diaconum iubet Canon, ſed non excommunicari, ne gemina in eandem culpam pœna conſtituatur; imò permittit cum laicis ius Communionis capere; non igitur ſtat ſcriptoris de frequenti Communione, ſed labat & corruit, tot magnificis titulis inſcripta Doctrina. Noſtra autem ex aduerſo, & ratione erigitur, & authoritate grauiſſimorum teſtium firmatur. Quando vt propoſitum erat demonſtrauimus, non eſſe pro Traditione duodecim Sæculorum accipiendum id quod de pœna excommunicationis in vnum quodque peccatum mortale latâ Arnaldus adſtruere fruſtra tentauit. [d] ἐπέλιπε γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν, vt ipſiſmet D. Baſilij verbis finiam hoc illius Teſtimonium, & omittam recitare alios Canones [e] qui de eodem argumento ſunt.

[c] Lib. freq. Com. 2. part. cap. 6. 7. 8. *Vt fuſè oſtendimus ſuprà, in cauſa 2.*

[d] D. Baſil. Ep. 1. ad Amphil.

[e] Alij Canones ſimiles. 16. Roman. 21. Conſtant. 50 Agath. Cypr. Ep. ad Steph. Pont.

Sanè mirum eſt, Arnaldum qui toties ſe perlegiſſe omnes de pœnitentia ſcriptos Canones, venditat. Aut iſtos non legiſſe; aut ſi legerit, tam iniquè & fraudulenter diſſimulaſſe. Nam ſi, quemadmodum ſignificat ſe de pœnitentia publica reſtituenda ſermonem non facere, ita etiam in ſola laicorum deſcribenda

Pœnitentia, ſe verſari denunciaret; ad eamque dumtaxat pertinere diceret, id omne, quod de reſecanda Communione tam vehementer támque copioſe diſputauit. Fortè colorem haberet aliquem, ad canones illos fuco quodam obliniendos. At egregiè cauit, quominus id cauſaretur ſibi eſſe propoſitum. Vult enim probare cunctos, qui ſe peccatis mortalibus obligant, æquè eſſe per Traditionem Eccleſiaſticam à Sacra Communione repellendos. Siue de plebe ſint; ſiue de Clero. Ne ſi ad Laicorum Pœnitentiam requiri Excommunicationem Euchariſtiæ, ad Clericorum verò minimè deſiderari, affirmaret; continuò argueretur, aut duo Sacramēta Pœnitentiæ admiſiſſe; Vnum pro Clericis, alterum pro Laicis. Aut certè in Abſtinentia Euchariſtiæ, per Sacerdotem imponendâ, Vim & Partem Capitalem Pænitentiæ ab illo minus rectè eſſe conſtitutam. Quòd tamen ſolidè firmitérque conſtitutum eſſe contendit; támque obfirmaté pugnat, perurgétque; vt vel nullam poteſtatem tribuat Sacramento Pœnitentiæ, hac excommunicandi, & Deo per hanc pœnam ſatisfaciendi, parte demptâ. Vel dubiam incertámque, & nulla ſponſione Chriſti firmatam concedat, eámque adhuc, intra terminos extremæ neceſſitatis concludat, vt [a] ſuprà ex libro de frequenti Communione retulimus.

[a] Téxtus fuſiſſimè citatus ſect. 3. huius cauſæ.

NVMERVS II.

SECVNDVM ARGVMENTVM PONITVR.

DVCO illud ex obſeruatione quadam Antiquiſſima, de reſtitutione Hæreticorum & Apoſtatarum in gremium Eccleſiæ. Illi quidem cùm vigeret durior illa Diſciplinæ forma in perpetuum à Communione excludebantur, etiam cùm extremum vitæ ſpiritum traherent, vt conſtat ex Concilio Arelatenſi Primo. Ea tamen ſeueritas neque diu tenuit, neque primo Eccleſiæ inſtituto maximè conſentiebat. Teſtis eſt Tertullianus libro quem ſcripſit

de Præſcriptione, in quo refert Marcionem & Valentinum Pœnitentiam ſimulantes, receptos in Eccleſiam fuiſſe, minimùm ſemel, antequam *in perpetuum diſſidium relegarentur.* Vbi etiam innuit, de Marcione ſi diutiùs vixiſſet, in Eccleſiam iterum recipiendo, id decretum fuiſſe, quod in alijs deinceps hæreticorum Ducibus, factum eſſe legimus; vt nonnunquam illi, nullo pœnitentium ſquallore, nulliſque pœnarũ gradibus perfuncti reconciliarentur, dum libellos porrigerent, quibus ſuos errores abiurarent, & deuios Chriſtianorum greges quos ſecum abduxerant, in ouile Chriſti reportarent. cap. 30.

Teſtes ſunt huius obſeruationis Canones Nicæni, Conſtantinopolitani, & Laodiceni. Huius ſeptimus Canon, vt alios omittam ita præcipit. *Vt Hæretici conuerſi abiuratis Hæreſibus, vncti Chriſmate, ſine aliqua Pœnitentia, ſtatim admittantur ad Communionem.* Sine Pœnitentia, inquit Canon, id-eſt ſine ea Pœnitentia, quæ coniunctam haberet Excommunicationem, vt denotat ſequens dictio, *ſtatim recipiantur ad Communionem.* Nam ſine nulla receptos, nefas eſt cogitare; vt non modò Concilium Tridentinum teſtatur decernens *Quod Pœnitentia fuit vniuerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tempore ad gratiam & iuſtitiam aſſequendam neceſſaria.* Sed Diuus ipſe Auguſtinus de hac conſuetudine reconciliandi hæreticos & ſchiſmaticos ſermonem faciens in Epiſtola quinquaqueſima. In hac enim Donaſtitam introducit ita loquentem. *Quare apud te vel Pœnitentiam non ago?* cui reſpondet D. Auguſtinus. *Imò niſi egeris, ſaluus eſſe non poteris.* Tum docet cur ſine luctuoſa Pœnitentia quæ ſecum trahebat excommunicationem diuturnam, Hæreſeum factionúmque Duces & Architecti in ſinum Eccleſiæ reciperentur, inque priſtinos gradus reſtituerentur. Quoniam Eccleſiæ materna ſolicitudo, inquit, *ſic Multitudinibus per ſchiſmata & Hæreſes pereuntibus ſubuenire conſueuit.*

Con. Trid. ſeſſ. 14. c. 1.

D. Aug. lib. de Cor. Donatiſt.

Ex his argumentum ſic conflatur. Hæreſis & Apoſtaſia ſunt de numero peccatorum mortalium, cùm igitur Hæretici & partium Catholicarum deſertores,

primis Eccleſiæ temporibus, abſque Pœnitentiæ excommunicantis iugo, ad eam fuerint aggregati, idque ex conſuetudine Eccleſiaſticâ factum eſſe doceat D. Auguſtinus, falſum eſt quod toto libro de frequenti Communone pangitur, omne peccatum mortale (ſi fortè mortis articulum excipias) excommunicatione fuiſſe mulctatum.

NVMERVS III.

TERTIVM ARGVMENTVM DEPROMITVR.

SOLENNE eſt D. Auguſtini quoddam effatum ex quo vim tertij argumenti capio. *Nos verò à Communione prohibere quemquam non poſſumus (quamuis hæc prohibitio nondum ſit mortalis) niſi ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico Iudicio nominatum atque damnatum.* Hæc eſt regula Excommunicationis *Medicinalis* ſcilicet, de hac enim Arnaldus agit, à Diuo Auguſtino poſita, ex qua conficere volo non omne genus peccati mortalis fuiſſe olim illi excommunicationi ſuppoſitum; ſed illi tantùm quod in externo Eccleſiæ foro expiandum erat.

Aug. l. 50. Homil. hom. 50. c. 16.

Principio clarum eſt, quòd de foro interno conſcientiæ accipi nequeat ſecunda pars illius bimembris regulæ, his vocibus comprehenſa, *aut in aliquo ſiue ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico Iudicio nominatum atque damnatum.* Quandoquidem in hoc foro, nemo eſt accuſator præter Deum; vnde colligo neque primam eiuſdem regulæ partem ad iſtud forum pertinere, cùm vtrámque ad vnum idémque Iudicium & Tribunal Sanctus Auguſtinus retulerit. Peccata igitur quæ puniebantur Interdictione Medicinali Sacræ Communionis, erant externi fori, non interni ſi Diuum Auguſtinum conſulimus.

At audio Arnaldum ita exprobrantem mihi; Cur id tibi aſſumis quod mihi non concedis, vt ad ſententiam tuam Sanctorum Patrum dicta interpreteris? Equidem hoc monitum libenter accipio, & æquis con-

conditionibus certare vehementer cupio, & meis etiam iniquioribus. Etſi enim cauſam Interpretationis meæ habeo in ipſo D. Auguſtini cõtectu poſitam, qui ſanè aliam à noſtra ſuſcipere, ſine graui diſtorſione non poteſt. De hoc tamen iure meo, volens decedo. Vt, dicti huius Auguſtiniani ſequeſtres interponamus eos, in quos nulla ſuſpicio ſimultatis aut gratiæ, aut etiam ignorantiæ, cadere poſſit.

Ordior ab Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo, qui, ſi alius quiſquam, ſcientiæ Canonum conſultiſſimus fuit. Ille ad hanc D. Auguſtini ſententiam alludens, ait. *Communione viuificâ peccantes publicè, grauibus Criminibus quæ leges condemnant publicè, medicinali ferramento Sacerdotes abſcidunt. Et poſt ſatisfactionem, vt congruere viderint, ſalutari refectione redintegrare procurant. Quoniam Eccleſiæ Medici ſpiritales, videlicet Domini Sacerdotes, de ſecretò ſibi confeſſis peccatorum infirmitatibus medicinalia atque ſalubria poſſunt dare conſilia. Iudicio autem Eccleſiaſtico, ideſt SEPARATIONE A COMMVNIONE ECCLESIÆ, vel gradu, ſiue à conſortio Coniugali neminem rationabiliter poſſunt ſecernere niſi de criminibus aut publicè ſponte confeſſum, aut apertè conuictum.* En regula Auguſtiniana ſecundùm ambas partes, de peccatis externi fori diſertè explicata; & à peccatis interni fori articulatim diuiſa; In vno adhiberi medicinale ferramentum pœnitenti de crimine publicè dumtaxat confeſſo, vel conuicto. In altero non adhiberi ſolitum, apertiſſimè teſtatur.

Hincmar. de diuor. Loth. & Tetb. Interrog. 5.

Accedat alius teſtis & interpres eiuſdem pronuntiati Iuo Carnotenſis, Vir ſumma laude & Integritate doctrinæ. *De his*, inquit, *qui criminalia peccata occultè confitentur nihil melius reſpondere poſſum, quàm quod Diuus Auguſtinus in quadam Epiſtola ſcribit. Nos à Communione nullum ſuſpendimus, niſi accuſatum publicè atque conuictum, vel ſponte confeſſum ſimiliter publicè. De manifeſtis autem manifeſta ſententia eſt, quia qui manifeſtè peccarunt, manifeſtè ſunt arguendi, & publica pœnitentia ſunt corrigendi.* Potuitne quidquam afferri ad illuſtrandam D. Auguſtini Regulam tum ab Hincmaro, tum ab Iuone geminis Eccleſiæ Gallicanæ ſyderibus, magis teſtatum & luculentum? Ambo communi conſenſu, vbi D. Auguſtinus dixit

Iuo Carnot. Epi. 186. ad Laurentium Monachum.

ſponte confeſſum, adijciunt & *publicè confeſſum*. Vt indicent moris non fuiſſe à Communione Pœnitentes ſuſpendere, niſi confeſſos publicé, aut conuictos; Etenim per Confeſſionem publicam, intelligunt Exomologeſim illam, quâ pœnitentes externo luctu & ſquallore deiecti ſua peccata profitebantur, quam Tertullianus quodam loco, *Publicationem ſuiipſius appellat.*

Denique vt nemo dubitaret, quænam eſſent peccata, propter quæ pœnitentes medicinali excommunicatione ab Euchariſtia reſcinderentur, dixit Hincmarus. *Communione viuifica peccantes PVBLICE GRAVIBVS CRIMINIBVS, quæ leges condemnant publicè, medicinali ferramento Sacerdotes abſcidunt.* Dixit Iuo; *De manifeſtis manifeſta ſententia eſt.* Quibus verbis oſtendunt non aliud genus peccati quàm publici & manifeſti, fuiſſe Euchariſtiæ ſeparatione punitum.

Tandem huic præceptioni à Sancto Auguſtino traditæ cumulum imponet Halitgarij Cameracẽſis Epiſcopi authoritas. Floruit ille ſub Ludouico Pio Imperatore, dum Ebo Rhemenſem Eccleſiam regeret, cuius rogatu, Pœnitentiæ rationem & ordinem ex ſanctis Patribus, Concilijs, & Canonibus deſcripſit quinque libris ad ipſum Ebonem datis. In eorum Præfatione, locum illum ex Auguſtino profert pro regula ſuſpenſionis Euchariſticæ, quemadmodum nos ipſi fecimus. *Nos verò*, inquit, *quemquam à Communione prohibere non poſſumus, quamuis hæc prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis; niſi aut ſponte confeſſum; aut in aliquo ſiue ſæculari; ſiue Eccleſiaſtico iudicio accuſatum atque conuictum.* Nequis autem huius Dicti veram ſententiam non caperet, addit *hæc dicta ſunt de publica ſatisfactione, quâ quiſque humiliando ſe, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram Eccleſia, quæ habet clauem regni Cœlorum, in qua ſit remiſſio peccatorum.* Habemus ergo non ſolùm aſtipulatores, ſed etiam Duces huius interpretationis noſtræ certiſſimos. Auſim ego profiteri, *Sanctiſſime Pater*, in hoc vno Diui Auguſtini loco, electè quæſito; & tot grauiſſimorum Eccleſiæ Principum luminibus inſignito, plus momenti, plúſque lucis reſidere, ad rem pœnitentiæ primorum temporum, benè intelli-

Ad ān. Chr. 823.

Tom. 5. Bibl. PP. Pariſ.

genterque capiendam; quàm ſit opis & præſidij in toto volumine de frequenti Communione conſcripto, ad eam inueſtigandam, aut potiùs, quàm ſit tenebrarum & caliginis ad eam obſcurandam, allatum.

Nam ſi quis interroget, quinam eſſent Pœnitentes olim, qui Medicinali ferro, vt cum Patribus loquar, recidebantur ab Euchariſtia? Præſtò eſt Diui Auguſtini dictum, cum interpretatione ſanctiſſimorum Doctorum. Erant illi, publicè ſponte confeſſi, vel conuicti. Rurſus verò ſi interrogatio fiat; quinam publicè confiteri tenerentur. Reſpondent, eos dumtaxat qui *publicorum* & *manifeſtorum* criminum tenebantur. Quibus mirificè Patres Tridentini conſentium, ſeſſione decima quarta cùm ſic aiunt. *Etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem delicta ſua confiteri poſſit, non eſſe tamen hoc præcepto diuino mandatum, nec ſatis conſultè humana aliqua lege præcipi poſſe, vt delicta præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda.* Seſſ. 14. cap. 5. Itaque vt conuictos criminum omittamus, & de Confeſſis tantùm loquamur, ſicut nemo publicè fateri crimen, niſi publicum eſſet, compellebatur, ſic neque excludi Euchariſtia niſi ob crimen publicè perpetratum, inuitus potuit. Inuitus dico, quia erant quidam Pœnitentes voluntarij, qui nulla legis neceſſitate adacti, ſed impulſu pietatis vberioris inducti, vltrò ſe publicæ pœnitentiæ dedebant. Vnde hæc argumentatio extruitur. Inter Confeſſos, nemo arcebatur Euchariſtia niſi publicè confeſſus, nemo autem publicè confiteri, niſi de crimine publico, lege tenebatur, Nemo igitur inter Confeſſos arceri Euchariſtia, niſi ob crimen publicum, ex legis præſcripto potuit.

NVMERVS IV.

EX DVPLICI GENERE PECCATORVM MORTALIVM DVcitur quartum argumentum; quo oſtenditur non omne genus peccati mortiferi obnoxium fuiſſe Excommunicationi Sacerdotali.

DVO genera peccatorum Mortalium conſtituo, & alia ſimpliciter mortalia, alia verò canonicè mortalia appello. Hoc habent commune ambo, quod animam ſpiritaliter enecent; hoc differunt, quod ea quæ Canonicè mortalia dicuntur, ad mortem ſpiritalem adderent mortem Canonicam, hoc eſt excommunicationem à ſacris myſterijs, ſententiâ Sacerdotis latam; vnde colligo non omne genus peccati mortiferi fuiſſe excommunicationi Sacerdotali ſubiectum, ſed illud dumtaxat quod mortem Canonicam inferebat. Conſequentia euidenter ducitur, hoc quod Antecedit, probandum eſt.

cap. 19. Nolo mihi fidem adhiberi, ſed Sancto Auguſtino Libro de fide & operibus, cuius hæc verba ſunt. *Qui autem opinantur & cætera eleemoſynis facilè compenſari, tria tamen MORTIFERA eſſe non dubitant, EXCOMMVNICATIONE PVNIENDA; donec pænitentia humiliore ſanentur; Impudicitiam, Idololatriam, Homicidium. Neque nunc opus eſt quærere qualis ſit eorum iſta ſententia, & vtrum corrigenda an approbanda; ne opus ſuſceptum mittamus in longum, propter eam quæſtionem quæ huic abſoluendæ minimè neceſſaria eſt.*

Hic textus manifeſtè declarat non eſſe confictam ex arbitrio meo notionem criminis *Canonicè* mortalis, nam quærere vtrum tria tantùm ſint peccata mortifera Excommunicatione punienda, & ſananda. Nihil eſt aliud, quàm quærere. An ex tota ſerie peccatorum quæ animam trucidant, tria tantum ſint canonicè mortalia, ſeu quibus excommunicatio Sacerdotis, quæ mors Canonica eſt, quia per Eccleſiaſticos Canones infertur, pro ſupplicio & remedio conſtituta ſit.

Idem ille locus indicat magnam extitiſſe D. Auguſtini ætate controuerſim in definiendo peccatorum mortalium numero, quæ canonicæ excommunicationis Letho afficerentur, cùm alij tria tantùm ſtatuerent, alij plura; Certè ſi quælibet noxa Lethalis adiunctam habuiſſet illam excommunicationis pœnam; fruſtra ambigeret D. Auguſtinus vtrum corrigenda eſſet, an probanda eorum opinio qui tribus tantùm criminibus eam pœnam & medicinam adſcriberent.

Eadem illa diſtinctio duplicis Peccati mortalis, confirmatur ex alijs Diui Auguſtini teſtimonijs. Nam etſi familiare eſt, tum D. Auguſtino, tum alijs Patribus, omne peccatum mortale Crimen vocare; id tamen nominis, ſæpe cum quadam prærogatiua Crimini Canonico tribuunt. Veluti cum Diuus Auguſtinus *tale crimen* appellat, *vt is qui commiſit à Chriſti etiam corpore ſeparetur.* Locus ille extat in Enchiridio ad Laurentium, vbi poſtquam dixiſſet *ſanctorum hominum vitam quamdiu in hac morte viuitur, inueniri poſſe ſine CRIMINE* at non ſine peccato. Subiungit Criminum duas eſſe differentias. Quædam ſcilicet eſſe magna propter quæ arcetur Pœnitens à Chriſti corpore, de quibus ſic loquitur. *Sed neque de ipſis Criminibus quamlibet magnis remittendis in ſancta Eccleſia, Dei deſperanda eſt Miſericordia, agentibus pœnitentiam ſecundùm modum ſui cuiuſque peccati; In actione autem Pœnitentiæ, VBI TALE CRIMEN commiſſum eſt, vt is qui commiſit à Chriſti etiam corpore ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis quàm doloris.* Cap. 64. ad Laur.

Ex quibus verbis colligimus duplex Crimen committi potuiſſe, aliud quidem quod *tale* eſſet vt is qui commiſit, à Chriſti etiam Corpore ſeparari mereretur. Aliud vero quod non eſſet *tale*, vt hanc excommunicationem in ſe prouocaret. Ergo cùm D. Auguſtinus nomine criminis intelligat peccatum mortale vt ex contextu liquet, optimè concludimus ex mente illius, non omne genus peccati mortalis ictum olim excommunicatione per Sacerdotale miniſteriũ fuiſſe, ſed id ſolum quod mortem ſecum Canonicam per Eccleſiaſticas leges importabat.

Similia ſunt quæ habet idem S. Doctor in homilia

quinquageſima. *Vt ſi peccatum eius non ſolum in graui eius malo, ſed etiam in tanto ſcandalo eſt aliorum, atque hoc expedire vtilitati Eccleſiæ videtur Antiſtiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pænitentiam non recuſet.* Indicat enim his verbis inter peccata mortalia quædam fuiſſe Canonicè mortalia, quæ nimirum publicâ pœnitentiâ plectebantur.

Denique diſcrimen iſtud confirmatur ex libro de fide & operibus, in quo poſtquam edixit, neminem eſſe qui ſe à peccato immunem iactare poſſit, tres peccatorum Claſſes; Inſtituit, & cum triplici pœnitentiæ genere componit. Prima Claſſis eſt eorum peccatorum quæ ſubijciuntur excommunicationi in qua contineri propriè dictos Pœnitentes affirmat *Sed niſi*
Cap. 26. *eſſent quædam ita grauia, vt etiam excommunicatione plectenda ſint, non diceret Apoſtolus Congregatis vobis & meo ſpiritu, tradere eiuſmodi Hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, in die Domini Ieſu.* Quibus verbis ſignificat Excommunicationem illam Medicinalem qua Pœnitentes à ſacris fiebant exules & ſuſpenſi, vt ſequentia indicant, quæ alteram peccatorum Claſſem continent. *Item niſi eſſent quædam non ea humilitate Pænitentiæ ſananda, qualis in Eccleſia datur eis qui propriè Pænitentes vocantur, ſed quibuſdam Correptionum medicamentis, non diceret ipſe Dominus, Corripe eum inter te & ipſum ſolum, & ſi te audierit lucratus es fratrem tuum.* Sequitur tandem tertia Claſſis, quæ peccatorum venialium expurgationem exhibet. *Poſtremò niſi eſſent quædam ſine quibus hæc vita non agitur, non quotidianam medelam poneret in Oratione quam docuit, vt dicamus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quis eſt, qui in hac Tripartita peccatorum diuiſione ſtatim non cernat duplicis generis peccata mortalia? quorum vnum excommunicatione puniretur, alterum verò meliori Pœnitentiæ remedio ſanaretur; quod D. Auguſtinus *Correptionis medicamentum* vocat; quis, inquam, non videat, ab hoc duplici peccatorum ordine, tertium ſeiungi, in quo peccata quotidiana, hoc eſt, venialia includuntur? Vnde conſequens eſt, non omni peccato mortali vinculum Excommunicationis Medicinalis

antiquitus iniectum fuiſſe.

At forte occurret aliquis dicens, peccata quæ in ſecundo ordine ponit D. Auguſtinus non eſſe mortalia, quia docet quibuſdam Correptionum medicamentis eſſe curanda. Atenim ſi lethifera non ſunt, cur ea ſegregat à venialibus & quotidianis? cur non eodem remedio ſanari iubet? Oſtendo verò eſſe mortalia, & nomine Correptionis ſecretæ, Pœnitentiam ſacramentalem & ſecretam intelligi. Audiamus eumdem S. Doctorem in ſermone decimo ſexto de verbis Domini, ſecundùm Mathæum. *Sunt homines*, inquit, *adulteri in domibus ſuis, in ſecreto peccant, aliquando nobis produntur ab vxoribus ſuis, plerúmque zelantibus, aliquando ſalutem Maritorum quærentibus; Nos non prodimus in palam, ſed in ſecreto arguimus. VBI CONTIGIT MALVM, IBI MORIATVR MALVM.* Cap. 8.

Quis iam dubitet hæc eſſe peccata mortalia, quæ tamen quia ſecreta ſunt, per Correptionis medicamentum ſecretæ, dictat eſſe curanda. Ergo cùm idem ille docuerit Correptionis medicamentum, quo iſta ſanantur aliud eſſe ab Excommunicatione Medicinali, penitúſque diuerſum, conſequenter docet non omne genus peccati mortalis, per excommunicationis medicinalis pœnam fuiſſe luendum; vnde prætérea conficitur, aut quædam extitiſſe peccata mortalia quæ ſine Sacramento pœnitentiæ purgarentur, quod à Concilio Tridentino & antiquis Patribus [a] prorſus abhorret; vel D. Auguſtinum per Correptionis ſecretæ medicamentum, ſacramentalem Pœnitentiam intellexiſſe Excommunicationis Canonicæ expertem, quod omnino verum eſt.

a Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. Origen. in Pſalm. 31 Homil. 2. Tertul. libr. de pœnit. c. 3.

Rem iſtam altiùs repetere ex Origene poſſem, qui peccata quædam eſſe declarat, quibus cœleſte Patrimonium crudeliſſimo fœneratori venditur, nempe Dæmoni, quæque proinde mortalia ſunt; quæ nihilominus *ſemper pœnitentiam recipiunt, ET SINE INTERMISSIONE redimuntur*. Quid eſt aliud ſine intermiſſione redimi, quàm nulla Excommunicationis interpoſitâ morâ condonari? Adducerem plures alios. ſed hæc ſufficiunt. Probauimus duas eſſe differentias

Origen. Homi. 15 in Leuitic.

peccatorum mortalium; neque omnia fuiſſe olim Canonicæ excommunicationi ſuppoſita.

NVMERVS V.

TRIA DOCVMENTA EX SANCTIS PATRIBVS DE Pœnitentiæ doctrina colliguntur.

HÆC RATIO é Sanctorum Patrum decretis fideliter ducta & confecta, viam quandam aperit ad tria Documenta quæ ſi quis tenuerit, multò clariùs Antiquæ Pœnitentiæ doctrinam percurret. Primum eſt, Quod triplex occurrat Excommunicationis modus in antiqua pœnitentiæ diſciplina vſurpatus; Alter quidem minùs propriè dictus, quo compellitur quilibet Chriſtianus, ſtatim vt peccatum mortale conceperit, per Eccleſiaſticam Diſciplinam & conſuetudinem, vt loquuntur cum D. Auguſtino Concilij Tridentini Patres, *à Sacramento Cæleſtis Panis* abſtinere, donec conſcientiam confeſſione ſacramentali eluerit. Duo alij Excommunicationis modi, ad Claues Eccleſiæ conceſſas pertinent, neque exerceri ſine ſententia Sacerdotis queunt. Horum alterum, *Medicinalem* vocat D. Auguſtinus, alterum verò *mortalem.* Vt priùs adnotauimus. Eo inter vtrumque poſito diſcrimine, quòd ille in pœnitentes voluntarios, alter in rebelles & ſchiſmaticos diſtringeretur.

Suprà citati.

Secundum Documentum in eo ponimus. Triplex illa excommunicationis ratio & forma, triplici ſacræ Scripturæ loco conſignata nobis traditur à Sanctis Eccleſiæ Doctoribus. Primam quidem, Diuus Paulus præſcribit his verbis, *Probet autem ſeipſum homo*, quæ verba interpretatur D. Auguſtinus [b] de ſententia priuatæ excommunicationis, quam in ſeipſum ferre debet, qui grauioris peccati conſcius eſt, de qua Sanctus Cæſarius [c] Auguſtinianæ Doctrinæ aſſectator eximius, ſic loquitur, *Qui ſeipſum modò à Communione pro ſuo reatu ſuſpendit, ab illo altari quod eſt in Cælo, remoueri non poterit.*

1. Corint. 11.

Aug. ſuprà citatus.

c Cæſar. Arelat. Homil. 13.

ſecun-

Secundum excommunicationis genus accerſit idem D. Auguſtinus ex alio D. Pauli loco, vbi Satanæ tradit Apoſtolus quemdam ſpurciſſima fornicatione contaminatum verba D. Auguſtini retulimus, quæ hæc ſunt; [d] *Sed niſi eſſent quædam ita grauia, aut etiam Excommunicatione plectenda, non diceret Apoſtolus, congregatis vobis, & meo ſpiritu, tradere eiuſmodi Hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, in die Domini Ieſu.* Hoc autem excommunicationis edictum non ad perdendos ſed ad ſanandos peccatores latum eſſe declarat, tum eodem ſermonis contextu D. Auguſtinus, tum etiam D. Ambroſius libro 1. de Pœnitentia, capite decimo quarto. *Et benè dicitur tradi Satanæ qui ſeparatur à Chriſti corpore.* (inquit) Sed quàm ſalutariter & beneficè tradatur, ſtatim declarat, *venit etiam in charitate* (Apoſtolus videlicet qui peccatorem tradidit Satanæ) *ſpirituque manſuetudinis; vel quia ſic tradidit, vt ſpiritum eius ſaluum faceret. Vel quia eum quem ante ſequeſtrauerat, poſtea Sacramentis reddidit.*

1. Corinth. 5.

d D. Auguſt. ſuprà citatus.

Denique non minùs grauiter quàm ornatè D. Baſilius ſub finem homiliæ quam de pœnitentia ſcripſit, adhortans ad medicinam Pœnitentiæ capiendam, docénſque nemini ſpem eſſe deponendam de venia & Reconciliatione obtinenda, adhibet textum ex Apoſtolo anteà à nobis citatum; atque ita exponit. *Verum quoniam nos peccatorum remiſſionem etiam poſt baptiſma promittimus (hoc enim accommodatiſſimum videtur ad cohibendum malitiæ ſtudium) ſcribit Apoſtolus in priore ad Corinthios. Quoniam omnino auditur inter vos ſcortatio, & talis ſcortatio qualis nec inter gentes nominatur. Audiſtis magnitudinem mali, audite & ſeueritatem ſententiæ. Congregatis vobis, inquit, ac meò ſpiritu, in virtute Chriſti, tradite eum qui huiuſmodi eſt, Satanæ; ad interitum carnis, vt ſpiritus ſeruetur. Caſtigat illum, non enim vt inimicus abijcit. In priori quidem, Satanæ tradidit. In poſteriore verò nihil priori contrarium ſcribit. Confirmate, inquiens, in ipſum Charitatem, ne tribulationis abundantia pereat, qui eiuſmodi eſt. Soluit Apoſtolus inſolubilia quoque. In priore iuſſerat talem tradere Satanæ, in poſteriore verò de eo ſcribens, & admiſſa condonans, ne circumueniamur, inquit, à Satana.*

e D. Baſil. Homil. 28. de Pœnit.

παιδεύει δ' γὰρ ὡς ἐχθρὸς ἀποῤῥίπτει. &c.

Tertia denique Excommunicationis ſpecies eſt illa

a D. Auguſt. loco ſup. cit.
b Lib. de Correp. & grat. cap. 29.

quam D. Auguſtinus *Mortalem nominat*, vt à priori diſtinguat, quæ [a] *Medicinalis* ab eo dicitur. Appellat quoque nomine [b] *damnationis, & pœnæ quâ, in Eccleſia nulla maior ſit.* Per quam, vt ait D. Hieronymus, *Secandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis repellendum; ne tota domus maſſa; corpus & pecora ardeant, corrumpantur; putreſcant, intereant.* Hoc eſt illud dirum & ferale Anathema quo percutiuntur Hæretici, Apoſtatæ, & qui iugum Eccleſiaſticæ diſciplinæ; obedientiæque detrectant. Cuius originem D. Auguſtinus ab his Chriſti Domini verbis repetit. *Si autem nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tãquam Ethnicus & Publicanus*, obſeruat enim poſt hæc verba, ſtatim Chriſtum ſubiunxiſſe *ad huius ſeueritatis terrorem grauiſſimum. Quæ ſolueritis in terra ſoluta erunt & in cœlo. Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in cœlo.*

D.Hieron.in Epiſt. Galat.

D. Augu. lib. de fid. & oper. cap. 3.

Tertium documentum eſt; Primo Excommunicationis genere, omne genus peccati lethalis comprehendi; duobus autem poſtremis non niſi mortalia Canonica: Et quidem, cùm de tertio quod in præfractos & contumaces iaciebatur, nihil quicquam dubitare liceat; de ſecundo, præter ea quæ vbertim diximus, addi poteſt argumentum ex illius inſtitutione quæſitum. Caput huius inſtituti D. Baſilius, & D. Auguſtinus conſtituunt in illo textu Apoſtoli, *Iudicaui Congregatis vobis & meo ſpiritu, tradere eum Satanæ.* Qui de criminibus eſt, quæ ſanctitatem Eccleſiæ, flagitioſi exempli contagione polluebant, nam initium illius ſermonis ducit Apoſtolus ab his verbis. *Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes*, tum pronunciat viſum eſſe Congregationi, vt hærentes in hoc luto libidinis, coercerentur excommunicatione ſalutari, donec ſordes ſuas, luctu & ſquallore Pœnitentiæ publicæ abſterſiſſent.

1. ad Corinth. 5.

Hoc igitur exordio, & veluti primo Canone, per Concilium Apoſtolicum conſuetudo Canonica in conſequentes ætates dimanauit, vt infandorum ſcelerum & publicorum Rei, à diuinarum rerum commercio, ad tempus excluderentur; atque à reliquo grege diſcreti, in Ordinem Pœnitentium relegarentur, vſque eò dum, Sacrorum Præfectus & Pontifex,

iudicaret Deo & Eccleſiæ factum eſſe ſatis.

Quapropter, vt ex tribus commemoratis documentis rationes noſtras conficiamus; conſtat ex hoc tertio, vnde ducta ſit, & quem in finem inſtituta conſuetudo Excommunicationis Medicinalis: quam frequentiùs Sancti Doctores, Abſtinentiam Euchariſtiæ nominant; vt à ferali excommunicatione diſtinguant, eáque de cauſa [a] verbum (Abſtinere) actiuum fecerunt, & Abſtinere aliquem ab Euchariſtia, pro eo quod eſt, arcere, prohibere, & ſeparare ad tempus; dixerunt. Barbariem vocis minùs reueriti, quàm alterius latinioris aſperitatem & duritiam, quâ (excommunicare) dixiſſent. Factum autem id genus Abſtinentiæ in Eccleſia fuiſſe, ad pœnas de ſceleribus publicis dumtaxat expetendas, arceſſitâ iam inde ab ipſis Apoſtolis inſtitutione declarauimus.

a Innoc. Ep. 3. & alij complures Canones.

SECTIO VII.

LOCI QVIDAM FALLACIRVM, HVC PERTINENTES, E libro de frequenti Communione eruuntur.

QVÆ hactenus dicta ſunt, *Sanctiſſime Pater*; abundè cumulatéque demonſtrant, quàm longè aberret à ſuo calculo Arnaldus, qui profitetur neminem eſſe Sanctorum Patrum de primis duodecim ſæculorum ſpatijs, qui non ſentiat cum ipſo, omnem noxam lethalem Excommunicatione Euchariſticâ fuiſſe vindicatam. Reſtat, vt quoſdam hallucinationum fallaciarúmue locos notem, in quibus Scriptor ille ſui Dogmatis præſidia collocauit.

NVMERVS I.

PRIMVS FALLACIÆ LOCVS EXCVTITVR.

PRIMVS eſt. Quoties Sancti Patres pronunciant omni peccato mortali adiunctam eſſe pri-

uationem Euchariſtiæ,id ſtatim arripit Arnaldus,quaſi dictum eſſet de Excommunicatione, quæ per Miniſtros Clauium ferebatur in eos Pœnitentes, qui Canonicè peccaſſent: Cùm tamen hæc Patrum teſtimonia nihil aliud plerúmque doceant, niſi quòd omnis Chriſtianus qui ſe aliquo mortali peccato obligauit, à Sacramento corporis Chriſti, diuino præcepto iubeatur abſtinere; donec per pœnitentiam, crimen ſuum deleuerit.

Conci. Trid. ſeſſ. 13. c. 7.

Hoc genus Excommunicationis ex D. Pauli Doctrina fluxit, atque in Eccleſia perpetuum fuit, hodiéque viget; hócque Concilij Tridentini decreto exponitur. *Communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum; Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem Conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat.*

Ambr. l. 1 de Pœnit. c. 14.

Auguſt. in lib. de freq. Comm. 2. par. cap. 7. p. 283.

Dicat igitur Arnaldus cur SS. Patres, qui affirmant omne lethiferum ſcelus vinculo quodam excommunicationis irretire peccatorem (quanquam ſatis infrequenter nomen Excommunicationis tam vniuerſè vſurpant) de illo non intelligatur, quod ſibi ipſe peccator, ſed de altero, quod Sacerdos peccatori inijcit? Nam vt ait D. Ambroſius, *Ipſi nobis tendimus retia quibus inuoluimur & implicamur; ipſi nobis vincula nectimus, ſicut legimus quia vinculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur.* Quibus appoſitè Diuus Auguſtinus concinit in hæc verba. *Implicitus ergo quis tam mortiferis vinculis peccatorum, detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claues Eccleſiæ, quibus ſoluatur in terra vt ſit ſolutus in cœlo?*

En vincula, quæ Peccatorem impeditum à Communione tenent, nempe ſcelerum propriorum, quibus ſoluendum ſe præbet Eccleſiæ Miniſtris. Hi verò ſi quod crimen inter confeſſa, quod Canonicum eſſet, agnoſcerent, induebant alio vinculo excommunicationis Canonicæ Pœnitentem; ſin minùs, priora vincula ſtatim frangebant Abſolutionis copia, & largitione factâ.

Eandem vtriuſque excommunicationis diuerſita-

tem D. Auguſtinus duobus verbis ſignificantiſſimè expreſſit in libro de Ciuitate Dei viceſimo; vbi docet. *Non fruſtra recurri ad Reconciliationem, ſi forte per POENITENTIAM MALAMVE CONSCIENTIAM, quiſque ab eodem corpore* (Chriſti ſcilicet) *ſeparatus eſt.* Hæc enim disiunctio *per Pœnitentiam, Malámue conſcientiam*, duos Euchariſticæ ſeparationis modos declarat, & fraudem libri de frequenti Communione primam hac in parte detegit. Cap. 9.

NVMERVS II.

SECVNDA FALLACIA.

ANTEQVAM ad eam aggredior, Obſeruo in more loquendi apud Antiquos Patres eſſe poſitum, vt cùm de Pœnitentibus ſimpliciter & ſine additamento loquuntur, Pœnitentes publicos intelligant. Erat enim hæc pœnitentium Diſciplina maximè ſpectabilis & neceſſaria, vt ita meliùs Profeſſionis ſuæ ſanctitatem intelligerent, & aduersùs ſæuitiam ac tormenta Tyrannorum, fœdus ſacræ regenerationis firmiùs ſeruarent Chriſtiani.

Huius obſeruationis plena ſunt omnia Sanctorum Patrum monimenta. D. Auguſtinus in libro de fide & operibus, poſtquam dixit *quædam peccata ita eſſe grauia, vt etiam excommunicatione plectenda ſint.* Addit quædam quoque eſſe, *non ea humilitate pœnitentiæ ſananda, qualis in Eccleſia datur eis qui propriè Pœnitentes vocantur.* Quo nomine publicos Pœnitentes deſignat. Idem ille in Epiſtola centeſima octaua ſic habet: *Agunt etiam homines Pœnitentiam ſi poſt Baptiſmum ita peccauerint, vt excommunicari & poſtea reconciliari mereantur, ſicut agunt in omnibus Eccleſijs illi, qui propriè pœnitentes appellantur.* Id enim de pœnitentiæ publicæ forma pronunciat, de qua paulò ante ſic monuerat. *Quod autem dicitur Petrum egiſſe pœnitentiam, cauendum eſt, ne ita putetur egiſſe, quomodo agunt in Eccleſia, qui propriè pœnitentes vocantur:* Quibus verbis ſignificat D. Petrum non egiſſe publicam pœnitentiam, ſed priuatam. Ergo, apud Diuum Auguſtinum, qui propriè pœnitentes dicuntur, illi ſunt, de fid. cap. 26.

qui publicè pœnitentiam obeunt.

S. Elig. Serm. 15. In eodem ſenſu Sanctus Eligius, ad Pœnitentes publicos ſermonem ſuum ita conuertit. *Quia ergò maiora crimina admittentibus, maiora ſunt adhibenda remedia, conuertam me ad vos, quos Eccleſia ex more Pœnitentes vocat.* En, quomodo quos Diuus Auguſtinus *propriè pœnitẽtes*, ille, *ex more dictos pœnitentes* nominat. Denique, vt de hac obſeruatione dubitare nemo ampliùs poſſit, adduco authoritatem Concilij Toletani I. quod exeunte quarto ſæculo celebratum eſt. Cuius Concilij Patres ita decernunt. *Placuit vt pœnitentes non admittantur ad Clerum, niſi tantùm ſi neceſſitas aut vſus exegerit, & tunc inter Oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt Euangelia aut Epiſtolam Apoſtolorum non legant.* Tum, quis propriè pœnitens ſit appellandus, ita definiunt. *Eum verò pœnitentem dicimus qui poſt Baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimíſque peccatis, publicam pœnitentiam gerens ſub Cilicio, diuino fuerit reconciliatus altari.*

Quo conſtituto facilè patet hallucinatio ſcriptoris de frequenti Communione. Hoc ſuſceperat probandum, quòd Excommunicatione ſacerdotali ſepararetur ab Euchariſtia, quiſquis ſcelus mortale quodcunque tãdem poſt Baptiſmum feciſſet. Vt id aggrederetur aſtu, quod ratione conſequi non poterat; captauit quidquid apud primi æui Patres vſpiam ſparſum, & diſſeminatum eſt de Pœnitentibus ſine additione nuncupatis, hoc eſt de publicis, vt antè notauimus; atque Tertullianum de Pœnitentia; Cyprianum Clerúmque Romanum de lapſis. Paciani Pareneſim; Ambroſij opus contra Nouatianos; Auguſtini & Cæſarij Arelatenſis, nec non Magni Gregorij homilias quaſdam; Innocentij & Leonis Epiſtolas nonnullas de hoc genere pœnitentiæ ſcriptas; ſimiliáque antiquitatis monumenta penitùs excuſſit; & quoties illic nomen publicè pœnitentis mandatum, exaratúmque reperit; toties in ſuos codicillos, & aduerſaria tranſcripſit, vt ad vniuerſum pœnitentiæ genus referret. Quoties verò de Pœnitentia Laicorum priuatâ ſermonem fieri animaduertit, toties aut diſſimulauit, aut aliò detorſit.

Quare eo ſophiſmate laborat argumentatio Arnaldi, quo ſi quis à parte ad totum, à ſpecie ad genus, argumentum duceret. Et probare inſtitueret, omne animal eſſe Diſciplinæ capax, quia homo eſt animal ad Diſciplinam natum. Quis ergo non cernat vel hac vnâ animaduerſione neruos omnes teſtimoniorum præcidi, quæ ad huius Dogmatis confirmationem in librum de frequenti Communione congeſta ſunt. Nam cùm inſtat Sriptor, Diuum Auguſtinum, cæteróſque Eccleſiæ Patres affirmare pœnitentem ab Euchariſtia remouendum eſſe per Sacerdotis Miniſterium antequam reconcilietur; accipiendum eſt de eo qui Pœnitentiæ Publicæ ſuijciendus erat, ex more præſcriptóque illorum temporum, in quibus propriè Pœnitentes dicebantur illi, qui ob crimen cum ſcandalo & offenſione cæterorum commiſſum, à Sacramentorum Communione reſecabantur.

NVMERVS III.

TERTIA FALLACIA.

TERTIVM genus fallaciæ admiſit Scriptor libri de frequẽti Cõmunione *in figura Dictionis*. ita enim Philoſophus appellat, quando res ſub diuerſo ſtatu, quaſi eadem permaneret, aſſumitur. Vt ſi quis ludicrè cum alio contenderet, crudas carnes ab illo comeſtas fuiſſe, quoniam quas emit, comedit. Atqui emit incoctas. Tale eſt ſophiſma Tertium, quod Arnaldus hunc in modum concinnat. Omne genus peccati mortiferi continetur in Decalogo; cum ergò omne peccatum mortiferum quod Decalogus complectitur, ſuppoſitum fuiſſe excommunicationi Sacerdotali aſſerant [a] Auguſtinus [b] Fulbertus & Iuo Carnutenſis, ſequitur vt id genus Excommunicationis fuerit omni peccato mortali commune.

[a] Lib. de frequenti Com. 3. part. cap. 6 pag. 277.
[b] Ibid. cap. 5. pag. 268.

At hæc fraus ſophiſtica ſic diluitur. Cùm peccata lethifera Decalogo incluſa, duos habere ſtatus poſsĩt, veluti ſi foras prodeant ad aliorum offendiculum & perniciem, vel ſi intus in animo & arcana tantùm meditatione concipiantur, Dico omnia quidem crimina

in Decalogo comprehenſa,fuiſſe olim per Sacerdotis Excommunicationem coercita,quando in aliorum peſtem & ruinam eruperant. Secus, ſi nihil ſcandali peperiſſent.

Atque vt in aliquo exemplo rem conſtituamus; textum è Fulberto hunc adducit Arnaldus. *Si permanſiſſemus in illa munditiâ quæ nobis per Baptiſmum data eſt, verè felices eſſemus. Sed non permanſimus: cecidimus enim per noſtram culpam,non ſolùm in peccata, ſed etiam in crimina, propter quæ peccatores ab Eccleſia ſeparantur. Qualia ſunt homicidia, adulteria, fornicationes, ſacrilegia, rapinæ, falſa teſtimonia, ſuperbia, inuidia, auaritia, diutina iracundia, ebrietas aſſidua.* Ex hoc textu colligit omne genus peccati mortalis pro pœna adiunctam habuiſſe ſuſpenſionem Euchariſtiæ, quæ per poteſtatem clauium imponeretur immeritò ſanè; quis enim credat ob virus inuidentiæ, aut iracũdiæ lethiferum quidem, ſed penitus in animo incluſum, pœnitentes *ab Eccleſia fuiſſe ſeparatos?* Itaque nihil aliud quàm commemorat, eo loco Fulbertus claſſes illas ad quas reuocantur ea vitia, quæ cùm in magnam Eccleſiæ turpitudinem, damnúmque Chriſtianæ Diſciplinæ extrinſecus prodierant, Excommunicationis pœnâ plectebantur.

Hanc eſſe Fulberti ſententiam, ipſa eius verba ſatis indicant, cùm ait, *cecidimus enim per noſtram culpam, non ſolùm in peccata, ſed etiam in crimina, propter quæ peccatores ab Eccleſia ſeparantur.* Vox enim criminis, etſi quandóque apud Sanctos Doctores promiſcuè ad omnem Lethalem noxam extenditur, propriè tamen actus externi Abſolutionem denotat, tum maximè cùm à peccato, vt hoc loco, diſtinguitur. *Peccatum enim* (Inquit Iſidorus) *cogitatio concipit, crimen verò non niſi actus oſtendit.* Imò vt quamlibet actionem mortiferi peccati externam, oſtendat Fulbertus non ſufficere ad conflandum crimen Excommunicatione Eccleſiaſtica dignum, *ebrietatem* in cenſu criminum mortalium non poſuit, niſi ſi eſſet *aſſidua*, cùm tamen ipſa quoties admittitur lethaliter animum vulneret. Teſte Diuo Auguſtino his verbis. *Etiamſi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur, aut bibas, aut morieris. Melius erat, vt Caro tua ſobria*

Iſidor. Apolog. p. 737.
D. Auguſt. Serm. 232.

occide-

occideretur, *quàm per Ebrietatem anima moreretur.* Ecce actum in foro conſcientiæ mortiferum, qui tamen in foro Pœnitentiæ non ſubiacet Excommunicationi, neque morte canonica plectitur, niſi cùm Pœnitentem aſſiduitate relabendi efficeret Eccleſiæ oculis importunum & indilata Abſolutione indignum. Vnde concludimus, quòd idem peccatum contra Decalogi præcepta commiſſum, aliquando ſubiaceret Excommunicationi Euchariſticæ aliquando minimè; atque ita fraudem *in figurâ Dictionis* ab Arnaldo factam detegimus.

NVMERVS IV.

QVARTA FALLACIA.

QVARTVS fallaciæ locus ita nectitur à Scriptore libri de frequenti Communione. Docent Sancti Patres Occultis etiam criminibus inflictam eſſe à Sacerdotibus Excommunicationem antequam Abſolutionem impertirent Pœnitentibus. Sequitur ergò, omne genus peccati mortiferi ſubiectum huic excommunicationi fuiſſe, quandoquidem ne occulta & arcana quidem, ab ea lege eximerentur.

Ad diluendam huius ſophiſmatis fraudem. Obſeruo peccatum varijs modis occultum dici poſſe. Primò, quod nunquam in actum externum prodijt, ſed ſola voluntate conceptũ eſt. Secundò, quod extrinſecùs quidem commiſſum eſt, ſed probari non poteſt. Tertiò, quod probari etiam poteſt, ſed in paucorum ſcientia & cognitione verſatur. Obſeruo præterea duobus modis imponi ſolitam fuiſſe pœnam excommunicationis Euchariſticæ, non ſecùs ac publicam pœnitentiam, cuius hæc erat pars præcipua. Altero, cùm infligebatur ob manifeſtum ſcelus; Altero, cùm pœnitens ſuapte ſponte inductus ob crimen etiam occultum, illam poſtulabat.

Quibus poſitis. Primùm dico, nullum in libro de frequenti Communione teſtimonium, ſed ne veſtigium quidem è monumentis Sanctorum Patrum referri; quo probetur peccata ſolius voluntatis, &

nullo actu externo patefacta, pœnã excommunicationis adiunctam habuiſſe. Addo ampliùs & contendo, nihil eiuſmodi afferri potuiſſe, quo propoſitum ſuum Alnaldus efficeret. Vbi enim, quæſo, præſidia ſuæ cauſæ erat reperturus? niſi apud D. Baſilium, qui priſcos pœnitentiæ canones ex omni ſuperiore memoria diligenter, vt ipſe teſtatur, indagauit. Datis ad Amphilochium Epiſtolis, quas eam ob cauſam Canonicas vocant. Atqui in tam varia támque multiplici collectione canonum, quos Magiſter ille veteris diſciplinæ & integritatis recenſet, quibus etiam declarat quænam eſſent pecata, quæ excommunicatione caſtigarentur. Nullius peccati meminit excommunicatione tacti, quod in ſolo voluntatis, animíque motu poſitum eſſet. At certè, ſi quod tale aut reperiſſet, aut reperiri vſpiam poſſe putaſſet; omittere non debuit, vt potius publicare debuiſſet. Et hanc profectò legem de omni genere peccatorum mortalium, per Abſtinentiam Euchariſtiæ coercendo, promulgaſſet in fronte, vel in calce ſuarum inſtitutionum de Pœnitentiâ Canonicarum. Ne deeſſe officio docendi rationem adminiſtrandæ Pœnitentiæ, de qua conſulebatur ab alijs Epiſcopis, videretur.

Secundò dico, Decreta Patrum quibus vtitur Arnaldus, vt probet occultis peccatis indictam olim excommunicationem fuiſſe, partim accipienda eſſe de illis peccatis quæ dicebantur occulta, quia in paucorum ſcientiam venerant, partim de occultis quæ Pœnitens nulla lege adſtrictus, ex abundantia tamen & feruore pietatis, Publicæ Pœnitentiæ iugo ſubijciebat. Ex omnibus teſtimonijs, facilè vnum eſt quod præ cæteris in ſententiæ ſuæ Confirmationem ingerit. Nos in eo refutando, cæterorum ſpecimen dabimus.

Liu. freq. Comm. 1. part. ch. 13. p. 53 item 2. part. ch. 3. pag. 243.

Illud, ex Diui Ambroſij libro primo de Pœnitentia, capite decimo ſexto vſurpauit. *Si quis igitur occulta crimina habens, propter Chriſtum tamen, ſtudioſè Pœnitentiam egerit; quomodo iſthic recipit? ſi ei Communio non refunditur.* Ex his verbis infert Scriptor libri de frequenti Commu-

nione Pœnitentes *ob crimina occulta* fuiſſe à Communione Corporis Chriſti ſeparatos. At quis eſt qui non videat vtrúmque reſponſionis noſtræ caput accommodari huic Diui Ambroſij dicto conuenientiſſimè poſſe. Nam ſi contendero illic ſermonem eſſe de pœnitente qui nulla lege adactus, vberiore quodam charitatis impulſu id genus Pœnitentiæ flagitaſſet, dicam quod verba ipſa præ ſe ferunt, in quibus particula (tamen) quam Arnaldus in verſione Gallica ſubtiliter eliſit, hanc ſententiam facere videtur, quam confirmat dictio (ſtudiosè) ſimul illi particulæ adiuncta. Ait enim. *Si quis occulta crimina habens, propter Chriſtum tamen, ſtudiosè Pœnitentiam gerit.* Quaſi diceret, ſi quis conſcius occultorum tantummodo criminum, cùm exlex ſit, nullóque præcepto teneatur ſeipſum Pœnitentiæ Publicæ tradere, nihilominus tamen ſtudio quodam & ardore Chriſto Domino placendi inflammatus, eam peragat; quo tandem pacto præmium incenſæ ac ſtudioſæ voluntatis ab Eccleſia feret, ſi ab Eccleſia non reconciliatur? Hic ſanè ſenſus Arnaldo non erit incredibilis, ſi cogitet D. Ambroſium, eò loci de Pœnitentia Publica diſſerere, addit enim. *Volo veniam reus ſperet, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus.* Quam Scriptor ille pœnam, non audet affirmare penitus arcanis ſceleribus, ſub tempora Diui Ambroſij, ex decreto & lege fuiſſe conſtitutam.

Altera reſponſio eſt, quòd per occulta crimina D. Ambroſius intelligat ea, quæ in paucorum cognitione verſabantur, neque erant probata aut manifeſta. Si quis igitur eiuſmodi crimina habens, *propter Chriſtum tamen, ſtudiosè Pœnitentiam egerit.* Hoc eſt, accuſatione & condemnatione non expectatâ, vltrò ſe Pœnitentiæ vinculis conſtringendum dediderit; hæc porro interpretatio magnam habet, tum in antiquo more Pœnitentiæ, tum in hoc D. Ambroſij contextu, cauſam probabilitatis. Certè conſuetudo & diſciplina Eccleſiæ poſtulabat, vt nemini Pœna publica indiceretur, niſi (vt ait poſt D. Auguſtinum Hincmarus) *aut publicè ſponte confeſſo, aut apertè conuicto.* Quam in ſententiam Hincmar. præced. Sect. citat.

Innoc. Ep. 3. part. 4. ſcripta ſub initium quinti Sæculi.

nihil illuſtrius afferri poteſt, quàm quod Innocentius Tertius ſummus Pontifex, Exuperio Toloſano Epiſcopo Interroganti cur viri qui in eâdem adulterij culpa cum vxoribus eſſent, non in eadem pœna cum illis conuenirent, ſcripſit. *Super hoc Chriſtiana Religio adulterium in vtróque ſexu, pari ratione damnat; ſed Viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant; & non habent Latentia peccata vindictam. Viri autem liberiùs vxores adulteras apud Sacerdotes deferre conſueuerunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, Communio denegatur. Virorum autem latente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus ABSTINETVR. Qui vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur. Cùm ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.* Ita deſcribit ſupremus Eccleſiæ Pater, morem proceſſúmque Iudicialem pœnitentialis fori, in quo Abſtinentia Euchariſtiæ pro ſupplicio erat propoſita illis, qui vel faterentur crimen, vel de eo conuincerentur. Quod ſi crimen erat obſcurum, neque vllius confeſſione aut denunciatione patefactum, ſuſtinebat Eccleſia ſententiam. Itaque ſi quis ardens ſtudio pietatis, ſcelus ſuum quamuis ſilentio propter difficultatem probandi inuolutum, ſponte proderet, petitâ Pœnitentia Publica, ille eſt cum quo melius agi in hoc Pœnitentiæ negotio iubent [a] Canones, & quem D. Ambroſius hac ſua oratione commendat, eíque anteponit, qui non niſi accuſationum vi, teſtimoniorúmque euidentia compulſus, & Eccleſiaſticæ vindictæ veluti virgâ quâdam perſtrictus, ſegregari ſe, & in ordinem pœnitentiæ compingi patitur. [b] *Venit in virga, quia à Communione Sacra conuictum remouit.*

a Can. 76. Eliber. Conci. 61. 71 & 74. ex Ep. Canon. ad Amphil. & alij infiniti.

b Ambro. Ibid. c. 14

Ad hæc ſi quis adijciat, tractare D. Ambroſium de eo Pœnitentiæ genere, quàm [c] *ſicut vnum Baptiſma, ita vnam* eſſe affirmat, [d] *& quæ ſi ſemel fuerit vſurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert vſum poſterioris.* An non iniuſtus erit illius ſententiæ & truculentus vexator, potiùs quàm interpres, quiſquis, de qualibet noxa lethali, quæ animum momordit, non niſi ſemel locum pœnitentiæ, & quidem publicæ & luctuoſiſſimæ reliquiſſe dixerit? accipienda igitur eſt

c Ide. l. 2. de pœni. cap. 10.

d Lib. 1. de pœnit. cap. 11.

noſtrarum explicationum alterutra, quæ cuiuſque iudicio commodiſſima iudicabitur.

Huc vſque quatuor hallucinationum ſophiſmatúmue nodos diſſoluimus. Ex quorum explicatione per ſe ſe ſatis eluceſcit nouitas illius Dogmatis, quod vniuerſo operi de frequenti Communione ſcripto, pro fundamento ponitur. jn Traditione & vſu duodecim ſæculorum fuiſſe, vt ſingula quæque peccata mortalia non aliter apud Chriſtianos expiarentur, niſi impoſito, priùs vinculo excommunicationis, quàm Pœnitens reconciliaretur. Etſi verò ſingula teſtimonia non diſcuſſimus, quæ ad conciliandam ſuæ opinioni fidem in libro de frequenti Communione Arnaldus inuexit; effecimus tamen aliquid, & ſtudio lectoris iucundius, & compendij facilitate præſtantius; vt ad quatuor primaria capita ſic tanquam ad proprias ſedes reuocarentur omnia, quæ ſingulatim ſi exponantur, nimia prolixitate diffluunt, & ſæpiùs repetita, legentium faſtidio adhæreſcunt.

Ne quid tamen defugere difficultatis in hac controuerſia velle videremur, ad ſingula Capita fallaciarum, appoſuimus Capitalia exempla, in quibus ſcriptor libri de frequenti Communione ſpes ſuas habebat defixas. De cæteris autem hoc præſtare poſſumus, nullum in toto opere de frequenti Communione locum, de hoc genere quæſtionis notatum eſſe, qui non ſit cum aliqua ex quatuor illis Claſſibus affinitate coniunctiſſimus, & in quo enodando, non liceat in alicuius è propoſitis exemplis formam, penitus intueri.

SECTIO VIII.

QVAESITVM TERTIVM.

AN ORTHODOXE AVTHOR LIBRI de frequenti Communione ſcripſit, Praxim Pœnitentiæ quam molitur inducere, à Chriſto Domino fuiſſe inſtitutam & præſcriptam. Et an id, ex Diui Leonis teſtimonio benè confirmet.

EIVSDEM eſt argumenti hæc diſquiſitio atque præcedens, *Sanctiſſime Pater*, ſed maioris momenti ad pacem animis ex libro de fre-

quenti Communione vehementer offenſis, tranquillitatémque reddendam. Tãgitur enim maiori religione populus, cùm de re aliqua facienda audit legem à Chriſto latam, quàm cùm audit Maiorum inſtituto & traditione eſſe acceptam. Quare vt hæc etiam remoueatur popularis offenſio, ſcitamur ex *Sanctitate tuà*, An rectè ſentiat qui cum Arnaldo dixerit [a] *Inſtituto præſcriptoque Chriſti Sancitum eſſe*, vt is ordo ad expianda quælibet peccata mortalia in Sacramento Pœnitentiæ ſeruaretur. Primò, Confeſſio & petitio pœnitentiæ. Secundò, Impoſitio Pœnitentiæ, quæ adiunctam haberet excommunicationem. Tertiò, Expletio Pœnitentiæ per iuſtum temporis interuallum. Quartò, Abſolutio, quam ſtatim exciperet communio.

[a] *Ordonnance de Ieſus Chriſt meſme, &c.* Textus integer idiomate gallico relatus eſt ſuprà ſect. 2. huius cauſæ.

Cauſæ Expoſtulandi grauiſſimæ ſunt, partim ex Antiquorum, partim ex noſtrorum temporum rationibus ductæ. Eas quæ ex Antiquitate ſumuntur, hic non repeto, ſatis eſt oſtendiſſe in præcedenti tractatione, ordinem & formam huiuſmodi Pœnitentiæ, non niſi publicè Pœnitentibus, & de aliquo crimine quod offendiculo fuiſſet, confeſſis vel conuictis conueniſſe. Rationes verò quæ præſentem Eccleſiæ ſtatum attingunt, in Chriſtianorum omnium oculos ſtatim incurrunt. Quis eſt enim qui non illicò videat, hoc pronunciato inſimulari Eccleſiam violatæ legis à Chriſto poſitæ? Sacerdotes ſummóſque Miniſteriorum ſacrorum Præfectos & Duces, perduellionis accuſari? Totam denique hodiernæ pœnitentiæ diſciplinam labis & pudendæ corruptelæ coargui? Hæc autem tam atrocia & infanda, an æquis auribus animiſque ferre debeamus, *Sanctitatis tuæ* Iudicio conſultum eſſe petimus.

Quod vnum modò reſtat, in quo aliquod operæ pretium ſit, oſtendo quàm incertis & fallacibus argumentis libri de frequenti Communione ſcriptor, in hac parte dogmatis ſui tuendâ innitatur. Ille ergo vt hanc à Chriſto dictam eſſe legem probet, vnius Diui Leonis Authoritatem adducit in hæc verba. [b] *Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœnitentiæ*

[b] Suprà, ſect. 2. huius cauſæ.

medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui Regenerationis donum violaſſent, proprio ſe Iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent. Sic Diuinæ Bonitatis præſidijs ordinatis, vt Indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt confitentibus, actionem Pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum, per ianuam Reconciliationis admitterent.

Non ſum ego ſatis perſpicax & oculatus, vt videam quomodo in his verbis Arnaldus inueniat [c] *ſancitum* eſſe hunc ordinem à Chriſto, vt primo loco, peccatores ſua peccata confiteantur; ſecundo loco, pœnitentiam accipiant; tertio expleant; quarto denique abſoluantur; fateor quidem ſignificari à D. Leone traditam à Chriſto, Dei hominúmque mediatore, poteſtatem Præpoſitis Eccleſiæ fuiſſe, vt hoc Ordine & ritu pœnitentiæ vterentur; Sed nuſquam lego hunc Ordinem à Chriſto mandatum, præſcriptum, lege lata conſtitutum. Aliud enim eſt tradere rei gerendæ poteſtatem, aliud iubere, ſancire, ſtatuere vt fiat. Præterea cùm idem ille Scriptor hanc D. Leonis ſententiam, ad omne genus peccati mortalis quantumcunque arcani & intimi, dilatat diffunditque, id ex gloſſemate ſuo addit.

c *L'Ordre de Ieſus-Chriſt eſt premierement qu'ils confeſſent, &c.* Totus textus antea citatur. ſect. 2. huius Cauſæ.

Itaque in huius loci explicatione, duo mihi omninò præſtanda eſſe intelligo, nempe vt demonſtrem formam illam Pœnitentiæ non ita fuiſſe à D. Leone deſcriptam, quaſi ex iuſſu decretóque Chriſti emanaſſet. Præterea vt eam non pertinere ad vniuerſum peccati mortalis genus, ex eiuſdem D. Leonis teſtimonio conuincam. Porro vtrumque aggredior, quæ ſic ambo connexa ſunt, vt viciſſim ſibi lucem præbeant. Oſtendo de publicè pœnitentibus D. Leonem loqui tantùm. Oſtendo pariter de Eccleſiaſtica Diſciplina, & Regula ei ſermonem eſſe; atque ex verbis eius, quæ prætermiſit Arnaldus, cùm tamen ad rem maximè facerent, & proximè antecederent ea quæ citauit, deduco. Sic ille habet. *Sed vt quoquo modo inſtruatur ambiguitas conſulentis. Quid de Pœnitentium ſtatu Eccle-*

D. Leo. Ep. 91. ad Theod.

ſiaſtica habeat regula, nõ tacebo. Multiplex miſericordia Dei, &c. Ecce vt *de Pœnitentium ſtatu* ſpondet ſe dicturum, quid *Eccleſiaſtica Regula* contineat. Quis eſt quæſo pœnitentium ſtatus? An non ille qui publicè Pœnitentes comprehendit? pro quibus dicit, *Indulgentiam Dei, ſupplicationibus Sacerdotum* exorari. Quo dicto ſignificat ea quæ fiebant in tertio gradu Pœnitentiæ publicæ, cùm ſe in faciem proſternerent pœnitentes, atque ita ſub manu Sacerdotis poſiti tandiu conſiſterent, dum in eos certas preces Sacerdos effunderet, eiſque manus imponeret.

Non igitur de toto genere noxarum lethalium, ſed de ijs tantum quæ ſubijcerentur pœnitentiæ publicæ intelligenda eſt D. Leonis ſententia, niſi fortè non aliam pœnitentiæ ſpeciem, quàm quæ publicos pœnitentes capiebat D. Leoni cognitam, acceptámque putabimus? At ille hanc à nobis cognitionem longiùs repellit alterâ Epiſtola, quam ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ſcribit. In qua pœnitentiæ cuiuſdam meminit, quæ ſine ſolenni manuum impoſitione, & Sacerdotum ſupplicatione daretur. *Alienum eſt*, inquit, *à conſuetudine Eccleſiaſtica, vt qui ex Preſbyterali honore, aut in Diaconij gradu fuerint conſecrati, ij pro Crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem, remedium accipiant pœnitendi; quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit. Secundùm quod ſcriptum eſt. Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde eiuſmodi lapſis, ad promerendam miſericordiam Dei, priuata eſt expetenda ſeceſſio, vbi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.* Habemus ergo genus Pœnitentiæ priuatæ, quod vt erat conceſſum, honoris causâ, Sacerdotibus & Diaconis in graue crimen prolapſis, ita Laicis, ſi quid peccaſſent mortiferum quidem, ſed nihil offendens aliorum oculos, minimè negabatur. Vt nos ipſi iampridem multis Argumentis extricauimus.

D. Leo Ep. 92. part. 2.

Fruſtrà igitur pugnat Arnaldus, hæc verba D. Leonis, quæ in medium adduxit, accipienda eſſe [a] *vniuersè de remedio neceſſario quò in ſpem redeant æternæ vitæ, qui ſacræ Regenerationis fœdus violarunt.* Quanquam hæc Arnaldi commentatio, ſi caderet tantùm in Subſtantiam Remedij, vt Theologicè loquar, non autem in Ordinem

[a] *Il parle generalement du remede neceſſaire &c.* Textus integer, ſuprà, relatus. Sect. 2. huius Cauſæ.

&c.

& Diſpoſitionem partium illius, admitteret ſenſum dicto Diui Leonis percommodum, quem nos ipſi poſteà amplectemur: at iſtam Interpretationem à ſe ſtatim abdicauit,[b] dum ex illo Diui Leonis contextu in conſequentiam densè & cõfertim ruens ita colligit. Ergo, ſi ſtamus teſtimonio Diui Leonis, neceſſe eſt, primo loco confiteri. Neceſſe eſt, ſecundo loco Pœnitentiam accipere. Neceſſe eſt, tertio loco Pœnitentiam exequi. Neceſſe eſt, quarto loco Reconciliari. Quæ punctis notata, numeriſque diſtincta oratio, deſignat illam partium Pœnitentiæ diſtributionem, quam ſolito more loquendi, ORDINEM ANTIQVÆ POENITENTIÆ, Arnaldus vocitat. Sanè is eſt ORDO, pro quo in integrum reſtituendo,[c] totus liber de frequenti Communione militat, vt in principio huius cauſæ liquidò declarauimus.

Quin etiam in quadam Apologia, quam recentiſſimè ſcripſit, & falſo nomine, pro defenſione Illuſtriſſimorum Galliæ Præſulum inſcripſit, cùm ſua Dogmata penè diſſimulauerit omnia, iſtud tamen Capitale non eſt auſus abnegare,[d] ſed profeſſus eſt ſe ita mentem Diui Leonis interpretari, vt in hac deſcriptione & collocatione partium Pœnitentiæ, quam paulò antè ſubiecimus, *Remedium vniuersè neceſſarium* ad gratiam cum Deo reconciliandam collocauerit. Attamen ex verbis D. Leonis integrè, fideliterquè recitatis, vt hîc recitauimus, clariſſimè intelligimus, *Sanctiſſime Pater*, Diuo Leoni ſermonem eſſe *de ſtatu Pœnitentium*, hoc eſt, de ijs tantùm qui Publicâ Pœnitentiâ defungebantur.

Iam verò cùm Sanctus Leo, Regulam Eccleſiaſticam ſe promere in hoc Pœnitentiæ inſtituto, conceptis verbis pronunciet, ſignificat alterum è duobus quæ propoſui, nempe non agere ſe de Lege & Inſtitutione Chriſti, hac in parte. Et miror certè, cur, pro *Eccleſiaſtica Regula*, quæ verba ſunt Diui Leonis, ipſe, *Inſtitutum præſcriptùmque Chriſti*, verterit? quaſi inter Regulas Eccleſiaſticas & præſcripta Chriſti, nihil interſit? quantùm autem interſit; nemo ignorat qui Canonum ab Eccleſia conditorum ſcientiam vel pri-

b Suprà refertur ad verbum & vernacul lè totus contextus Arnaldi Sect. 2. huius Cauſæ;

c *Que l'Ordre de la Penitence pour tous les pechez mortels ſelon les Peres, eſt premierement &c.* Suprà, Sect. 2. huius Cauſæ.

d Deffenſ. de Meſſeign. 2. par. p. 59.

moribus labris deguſtarit; & varias commutabiléſque quorundam figuras, cum immutabili Legum Diuinarum conſtantia menſus fuerit.

Atenim dicet aliquis. Quid eſt ergo, quod D. Leo de *Chriſto Dei & Hominum Mediatore* pronunciat? *Hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidiſſe poteſtatem, vt confitentibus actionem Pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione, purgatos ad Communionem Sacramentorum per ianuam Reconciliationis admitterent.* Equidem non inuitus, huius loci explicationem aggredior, & offerri mihi gratulor, vnde plurimum claritatis naſciturum ſimilibus locis qui in libro de frequenti Communione inſeruntur, dubitare non poſſim, & admirabilis quædam inter vetus inſtitutum Pœnitentiæ & noſtrum conſenſio apparebit. Sed ante omnia vnum ponendum eſt. In Sacramento Pœnitentiæ, vt in alijs diſtingui duo poſſe, ſubſtantiam ſcilicet & accidentia. Subſtantiam voco in Sacramento Pœnitentiæ, poteſtatem ligandi & ſoluendi, cum tribus pœnitentis actibus coniunctam. Accidentia autem appello, variam quandam partium Pœnitentiæ diſpoſitionem & collocationem, quam Chriſtus Dominus Eccleſiæ liberam permiſerit. Quo conſtituto, ſic progredior. Poteſtas ligandi & ſoluendi, ſeu remittendi & retinendi peccata; Actus quoque Pœnitendi, pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ, ex Inſtituto Chriſti & lege per ipſummet data, penitus irreuocabili. At verò partium Pœnitentiæ ſitus & diſpoſitio quædam, verbi gratiâ, quòd ſatisfactio præcedat Abſolutionem, vel ſequatur; quòd excommunicetur Pœnitens antequam ad Reconciliationem admittatur, vel quòd omiſſa excommunicatione ſtatim abſoluatur; non eſt aliquid ex præſcripto Criſti, ſed ex Eccleſiæ poteſtate, arbitrióque profectum, quæ ſiue vno, ſiue altero modo fiant, nihil quidquam detrahunt aut mutant de ſubſtantia Sacramenti.

Hanc itaque viam ſi quis nobiſcum ineat, teſtimonium D. Leonis, & ſimilia, quæ ex Innocentio I. & D. Gregorio in eodem contextu libri de frequenti Communione leguntur, expeditiſſimè ſoluet. Nihil enim aliud ſignificãt, niſi per Legiſlatorem Chriſtum

conditam eſſe Sacramenti Pœnitentiæ, rem & ſubſtantiam, quo minus verò Eccleſia partes ipſas Pœnitentiæ vario ſitu diſponere & collocare poſſit, prout opportunum viderit, nihil vetant. Imò D. Leonem in eo nobiſcum ſenſu iudicióque eſſe teſtantur hæc eius verba, in eâdem Epiſtola. *His autem qui in tempore neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia, præſidium Pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda. Qui miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire; apud quem NVLLAS PATITVR VENIÆ MORAS VERA CONVERSIO.*

Ad hæc accedit multiplex huius à nobis conſtitutæ Regulæ Confirmatio. Primùm ex D. Auguſtino, qui docet non omnia quæ ad Sacramentorum tractationem, Diſciplinámque pertinent, Chriſtum præcepiſſe, exempli causâ, *quo deinceps ordine ſumeretur Euchariſtia; vt Apoſtolis per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum.* Quod ille de Apoſtolis, hoc de ſummi, Pontificibus qui in Apoſtolicam ſedem ſucceſſerunt; dictum accipimus. Nam cùm adhuc in dubio eſſet D. Auguſtini temporibus, *vtrum certo die per annum,* vt ait, *quo ipſam Cœnam Dominus dedit, tanquam ad inſigniorem commemorationem, poſt cibos offerri & accipi liceret corpus & ſanguinem Domini,* timidè & diffidenter reſpondet *honeſtius eſſe,* vt eo etiam die Euchariſtia à ieiunis ſumatur; quod nunc tamen Eccleſiæ legibus omninò fixum & ratum eſt.

D. Auguſt. Epi. 118. cap. 6.

Secunda ratio ad Regulam noſtram confirmandam, ex eo ducitur. Quòd nulla potentior, exiſtat ad Elidendos Nouatorum pleróſque errores ratio, quàm illa quâ ſubſtantiam Sacramenti, ab ordine & figura accidentali illius ſecernimus, Hoc enim telo repelluntur, qui trinam in Baptiſmo merſionem ex antiquitate reportare volunt. Qui Communionem, exemplo Chriſti poſt Cœnam celebrare. Qui Euchariſtiam ſub vtrâque ſpecie Populo diſtribuere affectant. In his enim, rem Sacramenti à Chriſto inſtitutam, & perpetuo iure ſtabilitam eſſe dicimus. Rei verò Sacræ adminiſtrandæ modum, aut tempus & cæ-

hæc non ad inſtitutum fori purè Sacramentalis, ſed CANONICÆ RECONCILIATIONIS, formam pertinere? Mirum tamen eſt, quantas Tragœdias agat, in hac Scenâ Nouitatis, Perſonata D. Gregorij authoritas, tantò ſpecioſior ad fallendum, quantò magis in ſe vno rerum omnium ſcientiam contraxiſſe viſus eſt. Ex Patricio, Præfectus Prætorio, ex Prætore Monachus, ex Monacho Cardinalis, ex Cardinali Legatus, ex Legato ſummus Pontifex creatus.

Suprà Sect. 2. huius Cauſæ totum Textum retulimus.

QVÆSITVM QVINTVM. An Orthodoxè ex teſtimonio Innocentij Papæ, Scriptor libri de frequenti Communione colligat; *Hunc Ordinem ex perpetua Eccleſiæ Traditione tenendum eſſe Sacerdotibus, vt non abſoluāt Pœnitentes niſi cùm pœnas peccatis congruentes penderint.*

CAVSÆ expoſtulandi ſunt. Primò, quia magnum hæc Doctrina rumorem excitat apud Sacros Clauium Miniſtros Sacerdotes. Multi enim, altiùs non repetentes huius enunciati fidem, neque cum Innocentij textu hanc falſam conſequentiam componētes. Tum ipſi vanis quibuſdam verborum iſtorum præſtigijs deluduntur, tum etiam Pœnitentes ſuos inuſitatis difficultatibus & moleſtijs diuexant; & iugum Sacramenti inſolito more aggrauant, dum excommunicare præſumunt, omnes qui mortaliter peccauerunt, & pœnas ab eis repetere, antequam abſoluant. Secundò. Apertum eſt, quòd ille locus Innocentij accipiendus ſit, de ijs dumtaxat Pœnitentibus, qui aliquid Pœnitentiâ Publicâ dignum commiſerunt. Hoc enim facilè quiſque aſſequetur, ſi decretum illud Innocentij non mutilum & truncum, vt proponitur in libro de frequenti Communione, ſed integrum & perfectum legerit; ſumma autem & extrema, Scriptor illius operis, ſolitâ vafritie amputauit, atque abruptam ſententiam ab his verbis inchoauit (cæterùm de pondere æſtimando delictorum) neque deducere ad extremum vſque noluit, ne fraus eius pateret. Sic eſt igitur, ſicque incipit decretum illud. *De Pœnitētibus verò, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus Pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, Quintâ Feriâ ante Paſcha eis remit-*

Innoc. Ep. 1. ad Decentium.

tendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat: Cæterùm de pondere æſtimando Delictorum, Sacerdotis eſt iudicare; vt attendat ad Confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas Corrigentis. Ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationem venerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſeculo abſque Communione diſcedat. Rudis eſt profectò Canonum, qui non videt hanc conſuetudinem Abſoluendi feriâ quintâ ſanctioris hebdomadæ, referri ad ea peccata quæ ſolennibus pœnis, & interdictione publicâ Communionis plectebantur. Quæ feria nomen [a] Abſolutionis ab hoc ritu publico, hodiéque retinuit. Quid eſt enim Pœnitentiam gerere, in ore & conſpectu Eccleſiæ, niſi Publicam agere Pœnitentiam, vt ſæpiùs dicere meminimus?

[a] Ieudy Abſolu.

Quia verò inter peccata quæ publicè plectebantur, erant alia alijs grauiora, vt docet D. Auguſtinus in illa diuina prorsùs Homilia, quam de Pœnitentia ſcripſit; quædam enim coram omni populo plangenda: quædam verò docet in cœtu minus frequenti deprecanda fuiſſe. Idcircò hæc, leuiora vocat Innocentius; alia autem grauiora, ſed vtriuſque generis publica. Nam niſi ſuſceptum eſſet publicè peccatum, Communio publicè non adimebatur, ne dum pœnitentia publica imponebatur, vt pridem ex præclariſſima certiſſimáque Diui Auguſtini, Hincmari, Iuonis, aliorúmque Patrum regulâ patefecimus.

Itaque ſatiùs erat, ſi Scriptor libri de frequenti Communione, pro regula ſui operis & Conſilij ſecutus fuiſſet Conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, vt ſequendam eſſe docet Innocentius ijs verbis quæ fortè Arnaldum referre puduit, quia imitari pigebat. Quod genus documenti Vir ille ſummus, in eâdem illa Epiſtola tradit vniuerſis Chriſtianis amplectendum, quoties de ſacris rebus ritè vſurpandis, informari cupiunt; *Oportet eos ſequi*, inquit, *quod Eccleſia Romana cuſtodit. Ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere.* Cùm ergo, mos ille non vigeat in Eccleſia Romana, vt ob quamcumque lethalis peccati labem contractam, ſummoueatur pœnitens à Com-

munione iubeatúrque pœnas expendere, priuſquàm & venia & Abſolutio ei tribuatur; an non illam regulam ſummi Pontificis deuicit & perfregit Arnaldus? Cùm verò idem ille ſupremus Paſtor & Chriſti Legatus eodem loco præſcribat ad Apoſtolicam Sedem deferri eorum nomina, *qui aut Nouitates inducunt, aut alterius Eccleſiæ quàm Romanæ, exiſtimant conſuetudinem*

Ib. Innoc. Ep. 1.

eſſe ſeruandam. Nunquid nos huius decreti ſanctitatem religioſè ſeruamus? cùm eos indicamus *qui*, vt iterùm vſurpem verba illius ſummi Paſtoris, *à Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errant.*

SECTIO X.

CONFIRMATVR CAVSA COMMOTIONIS PRÆDICTA, EX EO quòd Scriptor libri de frequenti Communione, non ſolùm dixit Praxim Antiquæ Pœnitentiæ, à Chriſto inſtitutam præſcriptámque fuiſſe, & ab omnibus Concilijs Sancitam, ſed etiam addiderit, nulla vnquam legitima authoritate antiquatam eſſe.

HACTENVS in hac ſecunda Cauſa Commotionis ita operam noſtram poſuimus, *Sãctiſſime Pater*, vt quid ab Arnaldo dictum ſit, quid ſcriptum, quid in libro de frequenti Communione exaratum de Regula Traditionis, & illius ad Pœnitentiam applicatione, fideliter & ex ipſo Codice referremus. Nunc occurrimus cuidam Reſponſioni, quam contra tam clara, & tam manifeſta teſtimonia obtendere ſolet in Appologijs, aut ipſe Arnaldus, aut aliquis alius ex eadem arena gladiator, iam rude donatus. Sic enim ille. Agit [a] Arnaldus de priſcis temporibus; Tu, de noſtris? vetus inſtitutum Pœnitentiæ commemorat; Tu, ad hodiernum refers? Ille, quid factum, Tu, quid Iuris, recenſes? Eſto, dixit Arnaldus ORDINEM POENITENDI, hunc eſſe à Chriſto præſcriptum, vt ſeparentur ab Euchariſtia per Sacerdotem, quicũque mortaliter peccauerunt poſt Baptiſmum Chriſtiani? Dixerit etiam, HVNC OR-

a Deffen. de Meſſ. 2. par. ch. 9 pa. 59. & alibi paſſim.

ORDINEM, eſſe remedium vniuersè neceſſarium omni Pœnitenti, qui amicitiam cum Deo diſſoluit? At non dixit, hanc legem eſſe fixam. Hoc remedium eſſe perpetuum. Neque enim rectè ſequitur, vt id omne quod neceſſarium eſt, ſit idem conſtans & immutabile. An cùm Apoſtoli in Concilio congregati, ita decernunt; *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc NECESSARIA, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, ET SANGVINE ET SVFFOCATO & Fornicatione.* Propterea interdictum eſſe vſu ſanguinis, & præfocatæ carnis, in perpetuum voluerunt; quia tunc temporis, *neceſſarium* eſſe ab illis abſtinere, pronuntiarunt? hoc eſt reſponſum Apologiſtæ. Aduerſus quem ſic concurro. Fige gradum in arena, quiſquis es Arnaldi defenſor; fige inquam, & dum pedem cōfero, ne huc aut illuc diſcurre. Scito igitur, hanc eſſe conditionem certaminis, vt librum de frequenti Communione eiurare propugnanti non liceat; Arnaldus ſcripſit de ORDINE POENITENTIÆ (de quo hîc agitur) dictam eſſe à Chriſto legem, hoc fateris. Et hoc eſt, quod primum expoſtulamus. Scripſit Arnaldus, HVNC ORDINEM vniuerſim neceſſarium eſſe; neque hoc negas. Sed ais ab Arnaldo referri ad priora Sæcula, non ad noſtra. Ego verò contendo neque ab Arnaldo ad antecedentia tempora referri vniuerſim debuiſſe. Et nunc etiam ad noſtra referri, affirmo. Quorum duorum altero, iam mihi videor abundè perfunctus Sectione ſexta & ſeptima huius Cauſæ Commotionis, alterum etiam confeci Sectione quintâ tam euidēter ex Regula Traditionis, ad ORDINEM POENITENTIÆ APPLICATA, & adiunctâ vt neminem niſi cæcutientem latere poſſit. Nunc illud ipſum pro huius loci ratione rurſus expediam breui argumento, cui alia deinceps ſuccedent plurima ex conceptis libri de frequenti Communione verbis conflata, oſtendéntque, quàm hæc Arnaldi Reſponſio non ſolùm aliena & conficta ſit, ſed etiam ridicula, ſi cum libro de frequenti Communione componatur.

Act. 15.

Interim limites præſentis Cauſæ non tranſgrediar,

ſed inſiſtam in exemplo quod ab aduerſario ſubiectum eſt, *de Abſtinentia ſanguinis & ſuffocati*, ab Apoſtolis præcepta. Quæro enim, *Sanctiſſime Pater*, ſi quis hanc legem ita latam eſſe ab Apoſtolico Conſeſſu profiteretur, vt nulla vnquam vel authoritate, vel legitimâ conſuetudine fuiſſet abrogata. An non ille meritò conuinceretur dixiſſe, eam legem eſſe fixam & perpetuam? Quid ſi inſuper adderet, omnia Patrum decreta, & omnes Conciliorum Canones ſemper, ne abrogaretur, reſtitiſſe? Hæc ambo ſcripſit Arnaldus, de ORDINE ILLO pœnitendi, & ſanè luculenter. Veniamus ad Scriptas Tabulas? liber de frequenti Communione conſulatur? Verba de Codice recitentur?

Eius libri inſigne teſtimonium quoddam eſt, quod pro fundamento ponitur initio Præfationis ad diſcrimen ſtatuendum inter duos Ritus Pœnitentiæ, hodiernum ſcilicet, in quo ſatisfactio Abſolutionem vſu communi ſequitur; & Priſcum, in quo anteiret Abſolutioni Communionique cumulata ſatisfactio. Sic habet. *Et ſi Ritus Peragendæ Pœnitentiæ qui HODIE EST ORDINARIVS apud fideles, alius ſit ab eo quem aliàs obſeruabat Eccleſia; Is tamen notari temeritatis non debet, vt prætendit Author ille, imò hic Ritus pro Sanctiſſimo habendus eſt, quippe cui authoritatem omnis Antiquitas, vſus pluſquam duodecim Sæculorum, Doctrina Patrum omnium, denique Canones Conciliorum omnium dederunt, qui de Pœnitentia aliquid vnquam decreuerunt.*

Cette Regle de la Tradition *m'a rendu l'entrepriſe de cet Ouurage d'autant plus aiſée, qu'elle decide d'abord vne Queſtion, qui ſembloit deuoir faire le plus de peine à ceux qui le liroiét, qui eſt, Qu'encore que la maniere de faire Penitence qui eſt MAINTENANT ORDINAIRE parmy les fidelles, ſoit differente de celle qu'on faiſoit autresfois dans l'Egliſe on ne peut pas neantmoins condamner comme temeraire, ainſi que pretend cet Autheur, mais au contraire, on doit reuerer comme tres-ſaincte, CELLE qui eſt authoriſée par toute l'Antiquité, par la pratique de plus de douze Siecles, par la Doctrine de tous les Peres, & par les Canons de tous les Conciles qui ont ordonné quelque choſe de la Penitence.*

Quibus verbis, quæ pauca ſunt, triplex compendium Arnaldus edit trium rerum maximè diffuſarum; Nempe ſæculorum plus duodecim; Totius Bibliothecæ Patrum; & omnium Doctorum, quæ vaſtiſſimis Conciliorum codicibus includuntur, idque eo fine facit, vt Ritui Pœnitentiæ antiquæ, maximam legis authoritatem conciliet. Nunc videndum eſt vtrum de huius legis ſanctiſſimâ authoritate, aliquid exiſtimet vnquam eſſe iure relaxatum.

Pergit. *Cum nuſquam ille Ritus aut vllo Sæculo, aut vllo Concilio, aut vllo Decreto damnatus vel reiectus fuerit, ſed potiùs ex aduerſo conſpiratum ſit ab omnibus vt obſeruaretur cùm vigeret, vt reſtitueretur cùm ceſſaret.* Hæc ille de Praxi an-

tiquæ Pœnitentiæ ſecundùm quam præciſi tenebantur ab Euchariſtia pœnitentes, vt verba proximè ſequentia indicant; quibus ait [a] *Quare in decurſu huius operis planum faciemus, quâ fretus audaciâ Author ille ſcripto ſuo edere non ſit reueritus, nunquam in more Eccleſiæ poſitum fuiſſe, vt plures dies ante Communionem in pœnitentia ponerentur; hac Dilatione nos non effici magis apparatos, neque per abſtinentiam Communionis hoc ſpiritu ſuſceptam, plus honoris exhiberi ſanctiſſimo Sacramento.*

Ex hoc itaque liquidiſſimo teſtimonio conſtat non ſolùm à Scriptore libri de frequenti Communione, Ritui antiquæ Pœnitentiæ vim legis eſſe tributam; ſed etiam vim eiuſmodi, de qua nihil vllo vnquam ſæculo detractum ſit, per legitimam decretorum vel contrariæ conſuetudinis authoritatem. Duo enim, neque plures modi ſunt, quibus antiquari lex ſcripta poſſit. Nimirum quando vel lege contraria refigitur, vel contrario vſu, & inſtituto aboletur. Cùm Arnaldus ait, eam *nullo Sæculo, nullo Concilio, nullo Decreto, fuiſſe reiectam.* Primum tollendæ legis excludit. Cùm verò addit, *Ex aduerſo conſpiratum eſſe ab omnibus vt obſeruaretur, ſi quando intermitteret, vt conſeruaretur cùm vigeret, vt reſtitueretur cùm ceſſaret*; ſignificat aduerſus hanc legem, legitima conſuetudine non potuiſſe præſcribi. Effatum enim ex iure conſtans iſtud emanauit. *Conſuetudo contra legem non valet, ſi lex reſiſtat.* Cui conſonat Pontificium iſtud [a] *Conſuetudo quæ Canonicis obuiat inſtitutis, nullius debet eſſe momenti.* Quin ipſe Arnaldus in Dogma ſuum de Renouanda Pœnitentia intentus, hanc vtriúſque iuris Regulam ad inſtitutum arbitriúmque ſuum, non conformauit modò, ſed etiam inflexit his verbis. *Quando inducuntur Conſuetudines (Priſcis Canonibus contrariæ) etiamſi eas plurimorum hominum ſuſtentet Authoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus (ab Eccleſia) non habentur pro vſu, ſed pro abuſu.*

Cùm ergo ſemper obſtitiſſe Concilia & ſummos Legiſlatores, ne derogaretur huic Pœnitentiali praxi à Chriſto Domino præſcriptæ, totus ſit Arnaldus vt doceat; affirmétque hunc Ritum ſicubi iaceret, erectum; ſi remitteret excitatum; ſi exularet poſtlimi-

SANS QVELLE ait iamais eſté, ou condamnée, ou reiettée, ny dans aucun Siecle, ny dans aucun Concile, ny dans aucun Decret, tous conſpirans au contraire à la faire obſeruer, lors qu'elle ne l'eſtoit pas, à la conſeruer, lors qu'elle l'eſtoit; & à la reſtablir, lors qu'elle a ceſſé de l'eſtre.

Pref. p. 9. & 10.

a *C'eſt pourquoy nous ferons voir dans la ſuitte de cet Ouurage, auec qu'elle hardieſſe cet Autheur a compoſé ſon eſcrit, n'ayant pas craint de dire. Que ce n'auoit iamais eſté la Couſtume de l'Egliſe, d'eſtre pluſieurs iours à faire Penitence auant de Communier Que le deſlay ne nous rend pas plus diſpoſez; & Qu'en s'abſtenant de Communier auec cet Eſprit, on ne rend pas plus d'honneur au Sainct Sacrement.*

Ibid. p. 10.

a Can. ad Audien. de Conſuetud.

Et certes le Concile nous a fait voir combien l'Egliſe ſe trouue obligée à l'obſeruance des antiens Canõs. Nous teſmoignant par cette action, que quelque grand nombre qui s'y oppoſe elle veut touſiours qu'ils ſoient obſeruez, & que lors qu'il s'introduit des couſtumes, qui leur ſont contraires, quand bien elles ſeroient ſoûtenuës de pluſieurs, comme elles eſtoient alors, & qu'elles euſſent

nio reuocatum fuiſſe, & procedente tempore, omnium Patrum conſpiratione, omniúmque Conciliorum aſſentione confirmatum. Nemo certè eſt, qui ex his antecedentibus ita poſitis, non intelligat neceſſitatem legis in retinenda antiqua pœnitentia, perpetuam concludi.

Atque vt in eandem Sententiæ partem quam priorioribus Sæculis affingebat, noſtram ætatem pertraheret, ſcripſit in quodam Titulo, [b] *Infixum eſſe animo Eccleſiæ hoc deſiderium perpetuum, vt Peccatores Pœnitentiam peragant, ſecundùm Regulas à Sanctis Patribus præſcriptas.* Tum vt ſignificet ſe loqui de ORDINE POENITENDI toties decantato. Subiungit. *Quòd abuteretur Indulgentiâ quam poſtremis temporibus Eccleſia conceſſit, ſiquis damnaret temeritatis eos, qui ex propoſito ſatisfaciendi Deo, ſectari vellent ORDINEM VNIVERSALEM, quem ipſa tot Sæculis obſeruauit, neque vnquam decreto vllo vel Canone retractauit.* Eadem habet in alterius Capitis Inſcriptione, nempe, [c] *Quòd, hodiéque Eccleſia, idem penitùs ſentiat de Pœnitentia, atque aliàs.*

Imò etiam Concilij Tridentini ſuffragium eblandiri alio quodam loco tentauit. [e] *Cui cum obfuiſſet* (vt ipſe loquitur) *temporum calamitas quibus coactum eſt, hominúmque durities de qua queritur, ne in integrum vendicaret* (Antiquæ Pœnitentiæ formam) *Nihilominus in hanc rem, tum Pœnitentiam Publicam pro peccatis Publicis repoſuit, tum ſex ſeptémue vias multiformes patefecit, quibus antiquas Pœnitentiæ regulas in vſum reuocaret.* His verbis declarat ſuſtentari adhuc Iudicio Oecumenici Concilij quod celebratum eſt vltimum, illas antiquæ pœnitentiæ regulas; quamuis inerti & infracto conatu ob impenetrabilem animorum Duritiem. Eodem refertur, quod aſſerit idem Scriptor à Concilio Tridentino. [f] *Renouatos omnes antiquos Canones eſſe, qui Clericos ſpectant.* Quos inter, in opere ſuo tradit [g] *extitiſſe plures, qui Clericos adſtringerent obligatione ſeruandi vigorem antiquæ Diſciplinæ,* quam poſitam fuiſſe in ſuſpenſione Abſolutionis Communioniſque ferendâ aduerſùs eos, qui accedebant ad Confeſſionem peccatorum mortalium poſt Baptiſmum admiſſorum, toto libro conteſtatur.

déià duré beaucoup d'années, elle ne les tient point pour des vſages, mais pour des abus.
Pref. p. 66. & 67.

CHAP. XVIII.
[b] *Que l'Egliſe retient touſiours dans le cœur, le deſir que les Pecheurs faſſent Penitence, ſelon les Regles Sainctes de tous les Peres, & que c'eſt abuſer de l'Indulgence dont elle a vſé dans les derniers temps, que de condamner de temerité ceux, qui, dans le deſſein de ſatisfaire à Dieu, voudroient ſuiure L'ORDRE VNIVERSEL, qu'elle a obſerué durant tant de Siecles, & lequel elle n'a iamais retracté par aucun Decret, ou Canon.*
2. Part. pa. 452.

CHAPITRE XLI.
[c] *Que l'Egliſe a encore auiourd'huy les meſmes ſentimens, touchant la Penitēce, qu'elle a eu autrefois.*
Ibid. p 576.

[f] *Le Concile neāmoins n'a pas laiſſé de rappeller tous les anciens Canons, qui auoient eſté faicts pour les Clers.*
Pref. p. 66.
[g] *Et deplus il eſt ordonné aux Preſtres, par les Canons de les ſçauoir tous, & de les auoir touiours en memoire, afin*

Quapropter cùm tandiu vigeat legis ſanctio, neque vlla aduerſus eam, vel morum conſuetudine, vel temporis præſcriptione excipere poſſimus, quandiu legis reclamat Authoritas; neceſſe eſt ſtare adhuc, hodiéque permanere robur integrum Antiquæ praxeos pœnitendi, pro lege à Chriſto præſcriptæ; cui conſeruandæ, ætatum omnium Concilia, penes quæ, Poteſtas Eccleſiæ in condendis, interpretandiſque legibus ſumma eſt, tam impenſè, tam ſollicité, támque conſtanter inſtiterunt. Exiſtat iam Arnaldus, aut aliquis Arnaldo fœderatus, qui dicat nobis ORDINEM POENITENTIÆ, in libro de frequenti Communione pro neceſſario quidem poni, at non pro ſtato, fixo, & immutabili, neque ad noſtra tempora, illius neceſſitatem vindicari? quæ vtinam nec dixiſſet, ſed ne cogitaſſet quidem, neque enim expoſtulare cogeremur, vt facimus modò, quid in hac doctrinarum & rerum miſerandâ confuſione tenendum ſit, & an aſſentiri Arnaldo debeamus, aſſerenti Ritum Antiquæ Pœnitentiæ, quem alium eſſe dicit ab eo, *qui eſt hodie Ordinarius apud fideles.* Authoritate & ſuffragio *omnis Antiquitatis, vſu pluſquam duodecim ſæculorum, Doctrina Patrum omnium, denique Canonibus Conciliorum omnium, qui de Pœnitentia aliquid vnquam decreuerunt,* eſſe munitum.

de s'en ſeruir aux occaſions, pour la conſeruation de la Diſcipline; Entre leſquels Canons dont ils doiuent eſtre informez, il y en a pluſieurs qui les obligent de garder la vigueur de cette Diſcipline, que vous conteſtez à l'endroit de ceux qui venoient ſe confeſſer des pechez mortels commis apres le Bapteſme.

2. par. cap. 2. p. 472.

Cauſa expoſtulandi aperta eſt. Nam ſi ita eſt, *Sanctiſſime Pater*, O nos ergo non ſolùm miſeros! qui caremus *hoc ordine Sacerdotibus tenendo in adminiſtranda Poteſtate clauium, & hoc remedio ſalutis neceſſario*, vt loquitur Arnaldus, ſed etiam ſacrilegos! qui violamus Sanctorum Patrum, qui vnquam extiterunt, religioſiſſimas regulas. Omnium Pontificum ſanctiſſima Decreta. Omnium Conciliorum firmiſſimos Canones de Pœnitentiæ Ritu conſtitutos. Qui pro Ritu Ordinario, vſurpamus illum, quem vix in exceptione quadam ſingulari vrgentis & præcipitantis fati, poſuerunt, Orbis Chriſtiani Principes & Magiſtri; nempe vt abſolutio, ſatisfactione non antegreſsâ, concedatur.

Hæc eſt cauſa Commotionis noſtræ ſecunda, quæ ſi iuſta eſt, ſi grauis, ſi neceſſaria ad incolumitatem re-

rum Sacrarum conſeruandam, ad odia, diſſidia, nouitates, factionéſque diſſipandas; enixè rogamus & ſupplicamus, vt quantum intereſt Reipublicæ Chriſtianæ, tantum in hac noſtræ Commotionis causâ perpendendâ, rationis habeatur.

CAVSA TERTIA COMMOTIONIS.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE, affirmet Eccleſiam eſſe in moribus & diſciplina corruptibilem.

AXIOMA è libro de frequenti Communione Alterum, in hac Causâ Commotionis Tertia, beneficio Analyſeos eruimus, itidem vt prius, principale, *Sanctiſſime Pater*, in quo, tanquam in altero Cardine, finis libro de frequenti Communione propoſitus vertitur, regitúrque: Porrò finis ille qualis ſit principio diximus. Is eſt enim, vt pro omni noxa mortali Pœnitens Communione, nec non etiam Abſolutione abdicetur, donec impoſitam pro noxa pœnam, Deo dependerit. Quid ita verò? quia iubet Traditio; inquit Arnaldus, quæ eſt regula fidei vnica, & immutabilis. Huc vſque modò, Analytica diſcuſſio proceſſit. Atenim, ſi quis Arnaldum roget, quo tandem fato contigerit, vt quod erat Traditione tam firma ſancitum & fixum; ab Eccleſia ampliùs non ſeruetur? in hoc vado hærere hominem oporteret, niſi ad ſecundum quoddam effatum confugeret. Iſtud verò eſt, quo ſtatuit, *Eccleſiam in Diſciplina & moribus eſſe corruptibilem.* Quo recepto facile diſſo-

luit interrogationem. Omnis enim Diſciplina quæ corrumpi poteſt, fluxa eſt, ac proinde ab inſtituto quamuis religioſiſſimè ſanctiſſiméque præſcripto, labilis. Inde factum eſſe vult, vt Eccleſia, ex illo florenti & primæuo Pœnitentiæ ſtatu deciderit.

Itaque, vt paucis aperiam *Sanctitati Tuæ*, quid ſit in hac parte Doctrinæ, quod animos noſtros commoueat: Quatuor verba ſunt, quæ nòs non modicè tangunt, & popularium noſtrorum aures grauiter ſauciant. Ea ſunt quibus dixit Arnaldus Eccleſiam *Alterari*, *Deficere*, *Corrumpi*, *Occidere*. Primum quidem, huic pronunciato inſeruit, grandioribus litteris ad Marginem libri ſui inſcripto, vt extaret magis. a *Eccleſia, incorruptibilis quidem eſt in fide, corruptibilis verò in moribus & Diſciplinâ.* Quod in ipſo contextu probare inſtituit, & ſtatim impingit Cardinali Perronio. At falsò. Nam ille non dixit Eccleſiam, ſed Priuatos qui in Eccleſia degunt, corrumpi moribus poſſe. Vt legenti teſtimonium, vel in ipſo etiam libro de frequenti Communione probabitur. Certè Cardinalis Perronius Diſciplinam Eccleſiæ non modò corruptibilem eſſe non dixit, vt contraria omnia, & ſenſerit & ſcripſerit in eadem illa ad Regem Magnæ Britanniæ, quam Arnaldus allegauit, data Reſponſione. Nam in libro I. illius elegantiſſimi operis, probare ſereniſſimo Regi contendit, Eccleſiam tum in fide, tum in Diſciplina eſſe immortalem. Quare vt id efficiat, diſcrimen ponit inter *Diſciplinam*, & *Praxim Diſciplinæ*. Et fatetur Praxim Diſciplinæ, deprauari quidem poſſe, Diſciplinam verò non poſſe acriter pugnat. Sic loquitur. b *Hæc Poſtulata, quæ ante exortas poſtremis temporibus in Eccleſia diuiſiones edita ſunt, de Reformatione in Capite & membris, Facta non ſunt de Reformanda Doctrina fidei, aut Sacramentorum, aut Rituum Vniuerſalium Eccleſiæ. Sed morum, & PRAXEOS DISCIPLINÆ Eccleſiaſticæ.* Tum paucis pòſt verbis, ſubiungit. *Nam quando CORRVPTIO, quod per Hypotheſim dictum ſit, graſſatur in Doctrinam, vel in Sacramenta, vel in Ritus Vniuerſales Eccleſiæ, nemo in Eccleſiæ Communitate preſtare poteſt, qui in illius contagionis partem non veniat. Iam verò ipſa, cùm in moribus & in PRAXI DIS-*

a *L'Egliſe eſt incorruptible dans ſa Foy, mais* CORRVPTIBLE *dans les Mœurs.* Pref. p. 123.

b *Ces demandes de Reformation au chef & aux membres, propoſées auant les dernieres diuiſions, de l'Egliſe, ont eſté demandées de Reformation, non en la Doctrine de la Foy, & des Sacremens, ou Ceremonies Vniuerſelles de l'Egliſe. Mais aux Mœurs & en la pratique de la Diſcipline Eccleſiaſtique.*

Car quand la Corruption, pour parler par hypotheſe, eſt en la Doctrine ou aux Sacremens, ou aux Ceremonies Vniuerſelles de l'Egliſe, nul ne peut demeurer en la Communion de l'Egliſe, ſans participer à cette contagion.

Mais quand elle eſt aux meurs & en la pratique de la Diſcipline, Ceux ſeulement qui commettent les fautes, en ſont coupables. Et non les autres qui les tolerent.

Cardi. du Perron Reſp. liu. 1. c. 83.

CIPLINÆ reſidet; hi ſolùm qui culpas admittunt Rei ſunt, minimè autem illi, qui tolerant. Ecce, vt iterum *Praxim Diſciplinæ*, à Diſciplina diſcriminat, quòd Diſciplina, Mores communitatis; Praxis verò Diſciplinæ, mores Priuatorum duntaxat ſignificet. Quo fit, vt familiæ aut ſocietatis alicuius ſolutam eſſe Diſciplinam nemo dixerit, quandiu in eâ communiter viuitur ſecundùm proprias leges & inſtituta illius; quantumuis aliqui non deſint, qui licentiùs viuant.

Quàm igitur dubiâ fide Arnaldus, Perronium faciat Aſſertorem ſui Dogmatis, planum eſt. Quippe ſicut Praxis à Doctrinâ, ſic à Diſciplinâ, multùm differt; poteſt enim aliquis optimâ eſſe inſtitutus diſciplinâ, qui tamen eam vitio ſuo peruertat. Porrò quid per Diſciplinam Eccleſiaſticam intelligat, oſtendit ſatis, cùm meminit Sacramentorum, & Rituum qui in vniuerſam Eccleſiam fuſi & dilatati ſunt: ad quos, inquit vir ille præſtantiſſimus, ſi quæ corruptela adhæreſceret, (quod quidem ſtatim deprecatur) hæc labes in ſingula Eccleſiæ membra dimanaret. Ecce quomodo Arnaldus, id quod deprecatur & abhorret Perronius, quaſi pro dicto Perronij amplectitur oſtentâtque? Nam vt probet Ritum Pœnitentiæ qui hodie in Eccleſia ordinarius & vniuerſus eſt, deprauatum eſſe; aſſumit pro effato, *Eccleſiam in moribus & Diſciplinâ eſſe corruptibilem.*

Hîc autem aduerto Sanctos Patres hanc reuerentiam & religionem aduerſùs Eccleſiam adhibuiſſe, vt non tam dicerent Eccleſiam in Priuatis, quàm Priuatos qui ſunt in Eccleſia, corrumpi. Quæ duo enunciata inter ſe diſcrepant. Nam altero ſignificatur Eccleſiam conſortem eſſe corruptionis, cum ſuis membris, altero autem declaratur quòd Eccleſia diuino præſidio fulta & munita, ex morbo & ſanie membrorum computreſcentium, nihil vnquam labis admittat. Quòd ſi quis quærat quo pacto fiat, vt corpus ſit ſanum & integrum, membris eius aliquot, tabo & carie vitiatis? Egregiè reſpondet Ioannes viceſimus ſecundus Pontifex Maximus; *quia glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam Chriſtus dilexit, pro qua*

Ioan. 22. Conſt. 3.

ſente-

ſemet-ipſum tradidit, vt ipſam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ. In qua velut in Arca, animalia munda atque immunda ſeruantur, ſicut in arca frumenta paleis permiſcentur. Quemadmodum in ſagena boni piſces & mali coeunt. Vt in agro zizania & triticum ſimili germinatione ſuccreſcunt. NEC TAMEN IPSAM membrorum INFIRMANTIVM IMMVNDITIA POLLVIT. Extollit leuitas, corrumpit nequitia, inſolentia ſcindit: ſed manens integra atque perfecta, adoptionis filios fide generat, Verbo nutrit, Authoritate defendit, POENITENTIA purgat, Patientiæ virtute ſupportat. Ex quo tam luculento teſtimonio conficitur, Eccleſiam neque corruptibilem in moribus, neque in Diſciplina, eſſe nominandam. Propriè verò non ipſam in membris, ſed membra quæ in illa ſunt, ſordes accipere.

Cum his, certè non conſentit hæc Arnaldi Propoſito. *L'Egliſe eſt incompatible dans ſa Foy, MAIS CORRVPTIBLE DANS SES MOEVRS ET DANS SA DISCIPLINE.* Préf. p. 123.

His tamen omnibus titulis Eccleſiam corrumpi non dubitauit dicere Arnaldus; imò longius etiam progreſſus affirmauit, c *Eccleſiam paulatim degeneraturam à natiua puritate, quò propiùs verget in occaſum mundi.* Et quoniam inſolens hoc dictum videbatur, illuſtrat exemplo *familiarum Religioſarum*, quæ de ſtatu ſuo pedetentim declinant; rursúſque ille emblematis inſtar in Margine libri ſui apponit hæc verba. d *Relaxatio Religioſarum familiarum Particularium, Imago eſt Relaxationis quæ in generali Religione contingit.* Itáne verò, *Sanctiſſime Pater, generalis Religio*, hoc eſt, Religio Catholicorum, Religio Apoſtolorum, Religio Chriſti, non ſtat firmiùs, *quàm Religio Particularis*? Hoc eſt Eccleſia, quàm familia Religioſa, quæ cadere omninò & à primis inſtitutis ſuſdéque verti poteſt?

c *Et qu'elle degenerera touſiours peu à peu de ſa premiere pureté, à meſure qu'elle s'auancera vers la fin du monde.* Pref. p. 123.

d *Le Relachement qui arriue dans les Religiōs particulieres, eſt vne image de celuy qui arriue dans la generale.* Pref. p. 135.

Ecquid vnquam Luciferiani, Donatiſtæ, Pelagiani turpius in Eccleſiam, aut flagitioſius iactitarunt? Cùm eam paulatim vetuſtate deteri & conſumi pronunciabant; contra quos ex aduerſo, vna vox, conſtánſque Patrum depugnabat Aſſertio; *ſacrilegum eſſe*, vt ait Diuus Auguſtinus, id ſentire. Cuius rei rationem ſubijcit. Quia *certum eſt Eccleſiam permanere.* Quippe illam ſibi ſponſam duxit Deus; fidem illi ſuam oppignerauit, non deſeret, diuortium non faciet, neque vllo vnquam vitio laxari vincula huius tam indiuidui Sacra-

Aug. Ep. 48.

menti ſinet, per quod, omne aliud Coniugium, ſacrum & indiſſolubile redditur. Idem D. Auguſtinus, pro vnitate & impeccantia Eccleſiæ, contra Epiſtolam Petiliani certans; cauſam, cur Eccleſia nihil ſiue in Doctrina, ſiue in Diſciplina maculæ aut rugæ contrahere poſſit, hanc refert, quòd ipſa ſit corpus Chriſti. *Corpus eius*, inquit *Eccleſia de qua dicitur, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi*. At quomodo Corpus Chriſti, Eccleſia ſit. Paulò pòſt docet, his verbis. *Totus Chriſtus, Caput & Corpus eſt. Caput, vnigenitus Dei filius; & Corpus, eius Eccleſia. Sponſus & ſponſa. DVO IN CARNE VNA.*

Lib. de vnit. Eccle. c. 2? c. 4.

Pergit tamen, vt ire cœpit Arnaldus, & Eccleſiam annis iam grauem, ac ſenio propè confectam præcipitare in interitum denunciat, his verbis. [c] *Eccleſia non tantùm ſpectanda eſt ſecundùm præſentis temporis rationem, quod eſt tempus ALTERATIONIS Eccleſiæ & ſenectutis, ex Gregorio VII. atque DEFECTIONIS ET OCCASVS, ex Diuo Bonauenturâ.* Continere ſe ampliùs non potuit Arnaldus, quin Eccleſiam ad *Occaſum* & ad funus deduceret, per *Alterationem*, quæ via eſt ad interitum certiſſima, non eſt auſus tamen proprio nomine hoc funus indicere; quid ergo? Interpoſuit alienum, nempe Gregorij Papæ, & Diui Bonauenturæ. Quâ fide? quâ ſolet imponere ſanctis Patribus, quoties dictum aliquod audacius efferre cupit. Legantur enim, & reuoluantur horum duorum monumenta Doctorum, in illis nec vocula, ne apex quidem eſt, qui denotet *Alterationem, Defectionem*, aut *Occaſum* Eccleſiæ.

c *Auſſi nous ne deuons pas ſeulement conſiderer l'Egliſe en ce temps preſent, qui eſt le temps de ſon ALTERATION & de ſa vieilleſſe, ſelon Gregoire VII. & de ſa DEFFAILLANCE, & de ſon COVCHANT ſelon S. Bonauenture.* Pref. p. 117.

Appellant illi *finalem & ſeneſcentem*, hoc eſt poſtremorum temporum *Eccleſiam*. Eique maturitatem ætatis & granditatem adſcribunt, certè vitia ætatis effœtæ, & inclinationem, aut interitum non adſcribunt. Audiatur inter cæteros D. Auguſtinus, qui contra Fauſtum Manichæum acriter diſputans, Eccleſiam cum Sarâ comparat, de cuius pulchritudine & formæ præſtantia, nihil ſenectus delibarat. Quæ quo annoſior, tantò auguſtior. En quomodo ſeneſcentem Eccleſiam Patres vocant? Vis ſcire (Arnaldum compello) quo pacto *finalem* appellent? eo certè, quo gratiam Theo-

D. Auguſt. contra Fauſt. Manich. l. 22. c. 38.

logi finalem', quæ in exitu vitæ datur, cognominant. Quin etiam D. Auguſtino iterum auſculta? eius enim doctrinâ te mirabiliter capi non ignoro. Ipſe Author eſt, omne tempus quo diſſeminatur Euangelij doctrina, extremum & vltimum appellari poſſe. *Tempus ipſum*, inquit, *quo Euangelium prædicatur, quoúſque Dominus reueletur, hora hæc eſt, Nouiſſimi dies, & fines ſæculorum.* An propterea ſingulis temporum momentis inſtare ruinam Eccleſiæ, & Euangelij, ſignificare voluit? D. Cyprianus Fortunato denuncians ſupremum orbi Chriſtiano diem inſtare, his verbis. *In fine atque conſummatione mundi, Anti-Chriſti tempus infeſtum, appropinquare nunc cœpit.* An propterea Eccleſiam moribus & Diſciplinâ perditam & profligatam eſſe occentabat? D. Aug. de Doct. Chriſt. l. 1.

D. Cyprian. Ep. 53.

Ad hæc, ſi ſpectemus quoúſque *Alterationis, Defectionis, Corruptionis, & Occaſus*, quatuor funeſtiſſimorum Satellitum, vim ac poteſtatem Arnaldus in Eccleſiam intentet, *Sanctiſſime Pater*, multò grauiùs hæc cauſa doloris expoſtulationíſque recrudeſcet. Extendit enim ad Sacramentorũ generalem Diſciplinam, vt eam in vſu communi & ordinario Pœnitentiæ, frangi & extingui poſſe doceat. Intuendus tantùm eſt Arnaldi finis, in quem hoc effatum dirigit. Finis illi propoſitus eſt inſtaurandæ Pœnitentiæ. Debuit ergo eam collapſam eſſe, probare; quod vt præſtet, pro Theſi ponit, *Eccleſiam in moribus & Diſciplina eſſe corruptibilem.* Nemò autem neſcit ſub Theſi contineri hypotheſim debere, vt proceſſus ille rationis, qui ex vniuerſo genere ad ſubiectam partem fertur, aptâ concluſione terminetur. Itaque niſi Eccleſia ponatur eſſe corruptibilis in communi & ordinaria Sacramentorum Diſciplina, nunquam inde conficiet Arnaldus, quod vnum ſibi deſtinauit, reuocandam eſſe Diſciplinam Pœnitentiæ ſacramentalem, eò, *vnde dilabi*, (verba eius ſunt) *vertente duodecimo Sæculo cœpta eſt.*

Le douzieſme Siecle; qui eſt le temps ou la Penitence a commencé a ſe relâcher. Pref. p. 48.

Non hærebo diutiùs in hac pronunciati vniuerſalis cum particulari demonſtranda coniunctione, quam ſequens cauſa ante oculos clariſſimè collocabit, & totæ libri de frequenti Communione paginæ repræſentant. Nunc quærimus an hæ propoſitiones anteà no-

tatæ pro Orthodoxis habendæ ſint.

Prima. *Quòd Eccleſia corruptibilis ſit in moribus & Diſciplina.*

Textus ſuprà, integrè, & vernaculè recitati.

Secunda. *Quòd Eccleſia paulatim degeneratura ſit à natiua puritate, quo propiùs verget in Occaſum mundi.*

Tertia. *Quòd Relaxatio Religioſarum familiarum Particularium, Imago ſit Relaxationis quæ in generali Religione contingit.*

De his rationes expoſtulandi dedimus, quibus hoc Poſtulatum addimus; An Gregorius VII. Papa, Eccleſiam *alterari*. Bonauentura, *deficere & occidere*, dixerint.

[f] Application de la Cenſure du Pacifique au liure de la frequente Communion.

Denique Iudicium quoque *Sanctitatis Tuæ*, [f] de hac quarta propoſitione petimus, cui ſimilem prorſus, Cenſura Pariſienſis nuper notauit. *Quòd Eccleſia primorum Sæculorum decurſu acceperit, quidquid perfectionis ex Dei Conſilio præſcriptóque erat habitura.* Hac enim enunciatione vtitur Arnaldus, vt probet formam perfectionis, ita primis temporibus impreſſam Eccleſiæ fuiſſe, vt eadem omnino ad conſequentes ætates tranſmittenda ſit, neque quidquam de ea detrahi poſſit, quin ſimul aliquid perfectionis detrahatur. Ex quo infert, praxim hodiernæ Pœnitentiæ pro imperfecta & vitioſa habendam eſſe, quippe quæ ab illa intactæ & incorruptæ Eccleſiæ natiua pulchritudine, vt ipſe quidem arbitratur, immaniter deflexerit.

Le Corps de l'Egliſe a receu dans le cours de ſes premiers ſiecles, toute la perfectiō qu'il deuoit auoir, ſelon le deſſein, & l'Ordonnance de Dieu.

Pref. p. 114.

Quàm dignius de Eccleſiæ Maieſtate ſentiebat ſacrorum ille Canonum Interpres & Cuſtos Diuus Baſilius, ſcripta ad Amphilochium Epiſtolâ Canonicâ, quâ illum, & cum illo, vniuerſos gregis Chriſtiani Paſtores optimis documentis erudiret. Ille tantùm abfuit, vt ſcriberet Eccleſiam procedente tempore *Alterari, Corrumpi, Deficere, Occidere.* Vt affirmaret eam in dies magis magíſque confirmari.

Can. 2.

ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, προϊοῦσα ἡ ἐκκλησία κραταιοτέρα γίνεται.

QVARTA CAVSA COMMOTIONIS.

SECTIO I.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE, RITVM & Ordinem Pœnitentiæ qui eſt hodie in vſu communi Eccleſiæ, oppoſuerit Praxi Originali, Praxi Apoſtolicæ, Praxi omnium Patrum, Praxi Vniuerſæ Eccleſiæ per duodecim circiter Sæcula obſeruatæ;

In hac Cauſa refutantur ea quæ ſcripta ſunt in capite 12. ſecundæ partis libri qui inſcribitur, Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

QVOD tres Cauſas illius Ritus & Ordinis adduxerit, ſcilicet duritiem Cordium, inſcitiam ac deſidiam Miniſtrorum Eccleſiæ; Ipſius denique Eccleſiæ Indulgentiam & Conniuentiam.

Reſellitur quoque caput decimum quartum eiuſdem operis. Item & decimum ſextum.

QVOD efficientiam illius Ritus & Ordinis propriam eſſe dixerit, fauere Impœnitentiæ Generali omnium hominum;

EX his autem Antecedentibus Principijs meritò conuincitur, Notam Abuſus, hodierno Ritui & Ordini Pœnitentiæ inuſſiſſe.

ANALYSIS, diuinus quidam eſt in puluere Theologico radius, *Beatiſſime Pater*, qui poſtquàm ex intimis actuoſæ Doctrinæ viſceribus finem eduxit, & occultas illius extruendæ, vias ac regulas in lucem protulit; deinceps aditum in quamlibet obſcuros & latentes receſſus mirabili quâdam facilitate præbet. Huiuſce eximiæ virtutis & poteſtatis exempla dabim⁹ in hac Cauſa primùm,deinde in quinta. item in ſexta. Quas eodem Filo ſermonis intexemus. pandunt enim Dogmata quædam ex vtroque antea per Analyſim extracto & euulgato axiomate dimanantia.

Itaque vt qualis ſit inſtituti mei non ſolùm ſuſcepta

ratio, ſed etiam inſtituta progreſſio, & quem curſum teneat oratio mea planum faciam *Sanctitati tuæ*, ſimúlque meam in dicendo fidem, diligentiam, & integritatem probem; moneo me hactenus in hac Analytica deſcriptione tres gradus confeciſſe. Primus eſt, in quo finem libro de frequenti Communione propoſitum detexi, eum ſcilicet, vt abſtinentes & ſecluſi à ſacra Communione, ante Abſolutionem teneantur Pœnitentes. Secundo loco, primarium Axioma expoſui de traditionis vi, atque conditionibus; quo vtitur Arnaldus ad praxim illam veteris pœnitentiæ quam ſibi confinxit, in mores noſtros reuehendam. Tertio loco, alterum eiuſdem libri effatum, in medium adduxi, quo idem Scriptor Arnaldus, Eccleſiam, tum in moribus, tum in Diſciplina contendit eſſe corruptibilem. Quo effato ſatisfacit tacitæ quorundam petitioni, qui poſtularent, quomodo factum eſſet vt Eccleſia priſcum morem pœnitendi, quam in Traditione ponit Arnaldus, deſeruiſſet. Deſeruiſſe enim credibile fit, ſi credatur eius Diſciplina eſſe fluxa, & caduca. Hæc tria gradatim, & veluti ſingillatim perſecuti ſumus; nunc quid ex illis vnâ coniunctis complicatíſque liber de frequenti Communione profuderit; quémue inde doctrinæ partum extulerit, in tribus conſequentibus cauſis oſtendemus.

In præſenti quidem causâ commotionis, quid comprehenſum ſit, Titulus indicat. In tres enim partes conſumitur, quæ explicant quid de Ritu Pœnitentiæ qui hodie eſt in Eccleſia ordinarius, ſentiat Arnaldus. Prima, de illius Ritûs affectionibus; Secunda, de Cauſis è quibus ortus ſit; Tertia, de efficientia quam ei Arnaldus adſcribit, ſermonem inducit. Has verò ſiue Affectiones, ſiue Cauſas, ſiue efficiendi virtutes recenſet in quodam capite operis ſui ſingulari; quod eſt numero quadrageſimum ſeptimum ſecundæ partis, cohærétque cum præcedenti per quandam abrupti ſermonis continuationem. Poſtquàm enim Arnaldus ſub finem capitis quadrageſimi ſexti, in vnam ſummam omnia authoritatum momenta contraxiſſet, quibus reliquiæ quædam conſopiti ac pene extincti

apud nos moris antiqui in pœnitendo, videbantur excitatæ ab eximijs poſteriorum temporum recuperatoribus, ſic caput ſequens inchoat, & quaſi anteà paululùm remigaſſet tantùm, iam paſſis velis, omníque ſtrepitu pulſúque remorum, in Aduerſarium inuehitur.

Deſine tandem aliquando tibi fingere & cum temeritate affirmare, id ab Eccleſia non ampliùs vſurpari, quod nunc etiam vſurpatum, tot ponderibus Authoritatum oppreſſus vides? quódque ipſum, nulli non conceſſum eſt Sacerdoti factitare, non modò dicam liberè, ſed ipsâ etiam Eccleſiâ, vt quod maximè in votis habet, omnino probante. His verbis, Scriptor veluti claſſicum ſonat ad redintegrationem veteris Ritus pœnitendi, cùm nihil optatius votis Eccleſiæ accidere poſſe teſtetur. Tum nullis interpoſitis ſubiungit.

Quippe, hæc Praxis ORDINARIA, quam nobis obiectas, non eſt totius Eccleſiæ, ſed multorum in Eccleſia priuatorum, aut certè vt verius dicam, altera eſt Eccleſiæ Praxis, (quam conſtanter tenuit quibuſdam in caſibus dumtaxat particularibus) cùm nihil abuſionis illi admiſcetur, vt admiſceri plurimum poſſe, Diuus Carolus obſeruat. Atenim neque ſola eſt, neque vna Eccleſiæ praxis, vt vt eſſe poſſit hodie Communiór, ita quidem, QVIA OMNIVM HOMINVM IMPOENITENTIÆ GENERALI FAVET, nemo enim eſt qui confiteri non velit, at qui pœnitentiam peragere velit, prope Nemo. Neque tamen illa eſt aut præſtantior, aut ſecurior, aut magis connexa cum primaria quadam Eccleſiæ notâ, Antiquitate ſcilicet, & ſucceſſione doctrinæ. SIQVIDEM introducta eſt per Indulgentiam & Condeſcenſum quendam Eccleſiæ. Cùm ex aduerſo Praxis altera, Originalis ſit, Praxis Apoſtolorum, Praxis *omnium Sanctorum Patrum, Praxis vniuerſæ Eccleſiæ per duodecim ferè ſæcula. Quæ quidem Praxis etſi quingentis abhinc annis ſenſim defluxit ob DVRITIEM animorum. De qua Concilium Tridentinum expoſtulat, nec non OB INSCITIAM INCVRIAMQVE ECCLESIASTICORVM; quas ſummus Pontifex Gregorius VII. Diuuſque Bernardus tot locis notant complorántque. Nihilominus, ſalua permanſit in multis occaſionibus, non ſine præcipuo quodam diuinæ prouidentiæ beneficio; quin & poſtremis ſæculis renouata magis ſpeciatim eſt per decreta Conciliorum Epiſcoporúmque, pérque ſcripta virorum*

Ceſſez donc de vous imaginer, & d'aſſeurer temerairement que l'Egliſe ne fait plus ce que par tant d'authoritez vous voyes qu'elle fait encore, & ce que ſuiuant ſes ordres, tous les Preſtres peuuent faire, non ſeulement auec vne pleine liberté, mais auſſi auec ſon entiere approbation, comme eſtant ce qu'elle deſire le plus.

Ainſi cette PRATIQVE ORDINAIRE, que vous oppoſez, n'eſt qu'vne Pratique de beaucoup de particuliers de l'Egliſe, & nô pas la Pratique de toute l'Egliſe; ou pour mieux dire, c'eſt l'vne des Pratiques de l'Egliſe (qui l'a touſiours fait en quelques cas particuliers) lors que l'on n'y meſle point d'abus, cõme S. Charles a remarqué qu'il s'y en pouuoit gliſſer beaucoup. Mais ce n'eſt pas la ſeule & vnique Pratique de l'Egliſe. Elle peut eſtre aiourd'huy la plus commune, parce qu'elle fauoriſe l'impenitence generale de tout le monde, tout le monde voulant bien ſe confeſſer, & perſonne preſque ne voulant faire penitence. Mais ce n'eſt pas, ny la plus excellente ny la plus ſeu-

ſanctorum, Theologorúmque monimenta, vt antea demonſtraui.

Hæc de verbo ad verbum, ex Arnaldi proprio Idiomate reddimus, *Beatiſſime Pater*, atque vt hactenus fecimus, neque porrò hac mente deſiſtemus, incorruptè. In quibus tria præſtat quæ in titulo commemorauimus. Primùm, Affectiones hodierni Ritus aggreditur factâ illius contentione cum Antiquo, ſtatuitque hodiernæ Praxi cum antiquâ, hoc eſſe commune, vt ipſa quoque Eccleſiæ Praxis dicenda ſit, non ſine hac clauſula tamen quam interpoſuit (*in caſibus dumtaxat particularibus*) quâ ſatis indicat eam praxim ordinariam quam tenemus, Abſolutionis munus ſtatim à Confeſſione largientes, non eſſe pro Eccleſiaſtica habendam extra proprios & ſingulares caſus, extremæ ſcilicet neceſſitatis, quos in a *quæſtione facti*, ex Arnaldo notauimus. Exĩde verò quàm vtraque illa Praxis cõtrariè procedat, oſtendit ſciſſis bifariam Eccleſiæ temporibus; & primæuo Eccleſiæ ſtatu finibus quidem quàm hæretici noſtri ſolent laxioribus, intra duodecim plus minùs ſæculorum ſpatia conſtituto, florentem illam æui integerrimi partem, totam aſſignat antiquæ Praxi, quam ideo *Originalem Apoſtolicam, omnium Patrum, vniuerſæque Eccleſiæ Praxim nominat.* Quod inde verò reliquum eſt temporis, quod defloreſcentis Eccleſiæ tempus, imò b *tempus Alterationis, ſenij, corruptionis, defectionis, & occaſus Eccleſiæ* appellat, id hodiernæ Praxeos proprium eſſe tradit, cui non antiquitas, non ſucceſſio doctrinæ, quæ eſt inſignis Eccleſiæ nota; ſed nouitatis nomen, quod ſuſpectum in ſacramentorum tractatione ſemper fuit, adhæreſcat.

Huc vſque Affectiones vtrique Ritui conuenientes recenſuimus: nunc Cauſas huius conuerſi Ordinis ex eiuſdem ſcriptoris mente refero, quas tres omnino conſtituit nimirum, duritiem Cordium; inſcitiam & deſidiam Eccleſiæ Miniſtrorum; & Eccleſiæ ipſius Indulgentiam & Conniuentiam. Totidem enim ab illo ponuntur. Prima, his verbis. *Quæquidem praxis etſi quingentis abhinc annis defluxit, ob duritiem animorum de qua Concilium Tridentinum expoſtulat.* Secunda, verbis ſequentibus exprimitur. *Nec non ob inſcitiam incuriámque*

Eccle-

re, ny la plus liée à l'vne des principalles marques de l'Egliſe, qui eſt l'Antiquité, & la ſucceſſion de la Doctrine, puis qu'elle ne s'eſt introduite que par l'indulgence & la condeſcendance de l'Egliſe, & que l'autre eſt la Pratique Originale, la Pratique des Apoſtres, la Pratique de tous les Peres, la Pratique vniuerſelle de l'Egliſe durant prez de douze Siecles: Et qui bien qu'elle ſoit diminuée peu à peu depuis cinq cens ans par l'endurciſſement des cœurs dont le Concile de Trente ſe plaint, & par l'ignorance & la negligence des Eccleſiaſtiques, marquées & deplorées par le Pape Gregoire VII. & par Sainct Bernard en tant de lieux, s'eſt neantmoins conſeruée en beaucoup de rencontres par vne particuliere prouidence de Dieu, & a eſté meſme plus particulierement renouuellée dans les derniers Siecles, par les Ordonnances des Conciles, & des Eueſques, & par les Eſcrits des Saincts, & des Theologiens, ainſi que ie vous l'ay fait voir.

2. par. p. 627.

a Suprà Causâ 2. Sect. 3.

b Suprà Causâ 3. huius operis.

Eccleſiaſticarum, quas ſummus Pontifex Gregorius VII. Diuuſque Bernardus tot locis notant complorántque; Tertiam cauſam complectuntur hæc verba. *Siquidem introducta eſt per indulgentiam & condeſcenſum quendam Eccleſiæ.*

Nihil ſcitari moror *Sanctiſſime Pater*, cuius trium culpa ſit ex Arnaldi iudicio grauior, & in quo crimen hæreat magis, in Subditorum peruicacia, in Miniſtrorum ſtupore, in Matris facilitate: ob quam idem ille in Eccleſiam hoc Cenſuræ ſuæ funeſtiſſimum carmen occinit. *Quod Eccleſia in moribus & Diſciplina ſit corruptibilis, & paulatim occaſura*: nam, quod habet in ſe conceptas corruptionis cauſas neceſſe eſt, vt tandem intereat, inquiunt omnes Philoſophi.

Textus integer ſuprà citatus. Cauſâ 3.

Id ipſum verò corruptelæ genus ex triplici illa Principiorum complexione natum & inſitum, cùm referatur ad vſum & Diſciplinam ordinariam Sacramentorum in toto libro de frequenti Communione. Dici non poteſt, *Sanctiſſime Pater*, quàm altè hoc verbum foderit Orthodoxa pectora. Neque dubito quin eodem telo cor Patris conuulneret, quo filios, quo Matrem ipſam. Eccleſiam dico, fidei & Sanctitati tuæ & Tutelæ traditam, non modò tanquam Matrem cum cæteris qui Chriſtum colunt communem, ſed tanquam Corpus Chriſti Sacroſanctum & aſpectabile, ſub Deo regendum, Deique nutu flectendum,

Ex cauſis vnde ortus eſt hodiernus Ritus, ad eius efficientiam Arnaldus progreditur, eámque ſuis natalibus dignam proponit. Ait enim eſſe in eo poſitam, vt faueat omnium hominum impœnitentiæ generali, eius verba ſunt, *vt vt eſſe poſſit hodie Communior, ita quidem, quia omnium hominum generali impœnitentiæ fauet.* Auertat Deus immortalis vt hoc dictum *SANCTITAS TVA*, inculpatum ſinat, quod tam fœdum támque formidoloſum Scriptori etiam ipſi apparuit, ſtatim ac ſe deprehenſum ſenſit, vt oblitteraret; poſtea verò quàm ſilentio *SANCTITATIS TVÆ* ſuâ aluit & confirmauit audaciam, rurſus tam glorioſum ad ſui Dogmatis defenſionem illi viſum eſt, vt tum editis denuò exemplaribus repræſentaret, [b] tum libello pro ſe ſcripto, fidenter tutaretur. Quippe, vt ait ille vir

b *Scriptor libri de frequent. Commun. Dictum quod expunxerat, reſtituit libro inſcripto.* De la Tradition.

O

in dicendo ſummus. *Imbecillis eſt Magiſter pudoris timor, ſi quando paululùm aberrauerit, ſtatim ſpe impunitatis exultat.*

Hoc non eò dico, vt à propoſito meo digrediar, *Sanctiſſime Pater*, ſed cùm inſtitutum mihi ſit oſtẽdere, quàm grauiter Arnaldus de inſtauranda veteri pœnitentiæ Praxi, déque abolenda eâ quæ nobis in vſu eſt, præceperit; id ego contendo, nihil à quoquam iactari inhoneſtius potuiſſe, quàmhoc dictum, quò Praxis hodierna in contemptum fugámque Chriſtianorum omnium vocaretur. Nam cùm rerum quæ ad bonos fines comparatæ ſunt, illæ cenſeantur optimæ quæ nos eò & certiùs dirigunt, & maiori efficientia conducunt, ſic è contrà neceſſe eſt eas peſſimè malas videri, quæ non modò nihil iuuant inertià ſuâ, nihílque promouent ad præſtitutum finem honeſtatis aſſequendum, ſed ab eo nos longiſſimè in contrarium abducunt.

Sic eſt de Remedio ad medendum animis Pœnitentium inſtituto, ſi quod eſt eiuſmodi per improbitatem duriſſimorum hominum, pérque inſcientiam & ſocordiam eorum qui res ſacras adminiſtrant, inuectum; quod *faueat omnium hominum generali Impœnitentiæ.* Quis eſt ſanæ mentis homo, qui non illicò iudicet illam eſſe omnium quæ ad Pœnitentiam adornari poſſunt, viam periculoſiſſimam & infideliſſimam? quæ cùm nos ſpe appellendi ad portum pœnitentiæ ſalutarem prolectet; ad infelicem ſcopulum Impœnitentiæ allidat; in quo naufragium ſalutis æternæ certiſſimum nos manet.

Nihilominus hoc monſtrum erroris quod propriâ manu deleuerat ex ſuis codicibus Arnaldus, excitare rurſus in lucem, vbi impunitatem ſperauit, & fallaci ratione conſtabilire in alio quodam [c] libro ſollicitè laborauit; nam vt diſſimulet quanta Ritui Pœnitentiæ ignominia irrogetur, quando hominum generali impœnitentiæ fauere dicitur, aſſumit quiddam ſophiſticè dictum; nempe quædam eſſe in bonis numeranda, quæ rebus malis fauere queant; & hoc exemplum affert; Nunquid animorum creatio ex ſe ipſa bona eſt? inquit, atqui ea Pelagianorum errori fauet ta-

Liur. de la Tradit. pref. p. 63.

men, qui labem originis ex Adamo traduci negant in poſteros, quoniam anima non eſt in nobis ex Traduce, hoc eſt, ex impuro vitiatæ ſtirpis Semine Sata & propagata; ſed per Dei manus creata; Illinis, pura, & veluti percolata. Ergo ſimili ratione, etſi Pœnitentiam hodiernam fauere impœnitentiæ vniuerſorum hominum dixerim, nemo me iure reprehendet, aut conuincet turpe & flagitioſum nomen inuſſiſſe Pœnitentiæ.

Hîc ego Concilij Iudiciíque tui ſanctitatem imploro in re tam graui, tam neceſſaria, tam ſacra, *Beatiſſime Pater*, an non cauilletur Arnaldus. An non fugiat lucem veritatis? An non potius manifeſtæ veritati illudat? Sic enim ponimus, id quod efficacitatem habet ei rei generaliter contrariam, ad quam rem efficiendam inſtituitur, eius profecto efficiendæ gratiâ, neć vtile nec bonum eſſe poteſt, ſed naturam habere repugnantem potiùs & huic contradicentem compertum eſt. Quare vt in exemplo Arnaldi hæreamus, ſi Creatio animorum Pelagiano Dogmati fauet, non poterit in argumentum probandæ Originalis noxæ conuerti, quin illico pro vitioſa & ſtulta ratiocinatione reputetur. Vnde hic quidam Scopulus Diuo Auguſtino viſus eſt, tam terribilis, vt eum præteruehi, quâ erat tamen ingenij magnitudine, nunquam ſit auſus; ſimiliter ergo non potuit affirmare Arnaldus de Ritu noſtro pœnitendi, quòd *faueret omnium hominum impœnitentiæ generali*, quin ei generi Pœnitentiæ, vires aduersùs veram pœnitentiam penitùs pugnantes, & ab illa ſalutis ſtatione infinitè repellentes concederet. Hoc igitur eſt quod arguimus, quod indignantur Orthodoxi. quódque Theologi deleri poſtulant lituris melioribus quàm prioribus, hoc eſt ſempiternis.

Tenemus itaque, *Sanctiſſime Pater*, proprias affectiones, Cauſas & efficientiam Ritus Hodierni, vnde hæc Scriptoris ratiocinatio conficitur. Ritus ille cuius proprietates ſunt, vt opponatur *Praxi Originali, Praxi Apoſtolicæ, Praxi omnium Patrum, Praxi Vniuerſæ Eccleſiæ per duodecim circiter Sæcula obſeruatæ.* Cuius Cauſæ tres omninò ſunt, ſcilicet *Duritiem Cordium; inſcitia & incuria*

Miniſtrorum Eccleſiæ; & ipſius Eccleſiæ Indulgentia & Conniuentia. Cuius denique efficientia, in eo verſatur, *vt faueat Impœnitentiæ generali omnium hominum.* Ritus inquam qui eſt eiuſmodi, pro abuſu habendus eſt, atque abijciendus. Atqui Ritus Pœnitendi hodiernus qui eſt Communior, eſt eiuſmodi; Et conſequenter ablegandus, tanquam falſus & Pœnitentiæ pernicioſiſſimus.

Dixi hanc eſſe Arnaldi argumentationem, quia cuius eſt Poſitio principiorũ, eiuſdem ſunt ex illis concluſiones deductæ, atque vt verbo abſit acerbitas, quam ab animo meo procul eſſe, conſcius eſt mihi Deus, ſi quis Hæreticus non palàm, ſed occultè & fallaciter infundere virus erroris iſtius voluiſſet, poterátne ſerpere ſolertiùs, quàm conſtitutis tam fallacibus principijs, vndè inuolutus error erumperet? ſi verò rem ipſam propiùs inſpexerimus, non eam tantùm in cauſis cognoſcendi incluſam, ſed conceptis verbis nuncupatam reperiemus. Quò enim alio ſpectat pronunciatum illud generale quod antea notauimus, in præfatione libri de frequenti Communione tanquam in ſpecula quadam fuiſſe collocatum, [a] *Quando inducuntur Conſuetudines, (priſcis Canonibus contrariæ) etiamſi eas plurimorum hominum ſuſtentet authoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus (ab Eccleſia) non habentur pro vſu, ſed pro abuſu.*

[a] *Suprà, textus Gallicè, & integer relatus.* Cauſâ 2. Sect. 10.

Potuitne Scriptor rem clariùs ob oculos ponere niſi nominaret? *Quando inducuntur nouæ Conſuetudines* (inquit) *priſcis Canonibus contrariæ*, an non hoc refertur ad hodiernum Pœnitendi Ritum? quem ait opponi Antiquo [b] *ab omnibus Canonibus qui aliquid vnquam de Pœnitentia ſtatuerunt, ſancito.* Quem propterea docet, [c] *non eſſe connexum cum primaria quadam Eccleſiæ nota, Antiquitate ſcilicet & ſucceſſione Doctrinæ*, adeóque nouum. Quid ergò hæſitamus quin aduentitio illi & peregrino reliqua verba accommodentur, quæ poſita ſunt aduerſus eos Ritus, qui Canonicos pellunt, vt ſe intrudant; in quos ita decernitur. *Etiamſi eos plurimorum hominum ſuſtentet authoritas, ab Eccleſia non habentur pro vſu, ſed pro abuſu.* Quippe totidem fere verbis hodiernam praxim antè

[b] *Ibid. Integer citatur.*

[c] *Suprà in hac Sect.*

deſignauit, cùm ei circiter *ſpatium quingentorũ abhinc annorũ conceſſit*, quibus ſe in alteriùs locum inculcaret, & eam non eſſe totius Eccleſiæ profeſſus eſt, *ſed multorum qui in Eccleſia priuati agunt.* Denique cùm ad cumulum adiecerit, eiuſmodi eſſe illam Praxim, quæ *omnium hominum Impœnitentiæ generali faueret.* Ex his quid aliud colligi poſſit non video, niſi quod ad extremum pronuntiati ponitur, eam Praxim & Conſuetudinem non eſſe habendam *pro vſu, ſed pro abuſu.* Quin & illius probandi Dogmatis cauſâ excogitatum, & in procemio præfixum hoc axioma fuiſſe; vt ex illo tanquam ex editiore loco, in morem hodiernum Pœnitendi qui ordinarius eſt, Scriptor libri de frequenti Communione irrueret; eúmque abuſionis ſtigmate notaret; Nemo prudens non exiſtimabit, qui totius conſenſionem operis cum Prefatione, & omnium operis partium in hoc vnicum Dogma; quod eſt de Ritu veteris Pœnitentiæ reſtituendo; conſpirationem aduerterit.

SECTIO II.

SVMMA EXPOSTVLATIONIS.

QVÆSITVM PRIMVM. An ſentiendum cum Scriptore libri de frequenti Communione, Praxim ordinariam Sacramenti Pœnitentiæ quæ hodie in Eccleſia viget, *aliam eſſe à Praxi Originali, à Praxi Apoſtolicâ, à Praxi omnium Patrum, à Praxi Vniuerſæ Eccleſiæ per duodecim circiter Sæcula obſeruatæ*? *Sectione præcedente textus integri referũtur.*

QVÆSITVM SECVNDVM. An cum eodem Scriptore ſentiendum ſit, quòd Ordinariæ Praxeos quæ in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento hodie viget, tres Cauſæ exiſtant. Scilicet *Durities Cordium; Inſcitia & deſidia Eccleſiaſticorum. Indulgentia & Conniuentia Eccleſiæ?*

QVÆSITVM TERTIVM. An fas ſit, de illa Praxi Ordinaria quæ vſurpatur ab Eccleſia in Sacramento Pœnitentiæ, docere; *quòd generali omnium hominum Impœnitentiæ faueat*?

Rationes expoſtulandi, tum ſe ipſæ ſatis produnt, tum etiam in complexione præcedentis diſquiſitionis includuntur.

QVÆSITVM QVARTVM. An Orthodoxè Scriptor libri de frequenti Communione dixerit, *Praxim Ordinariam* Pœnitentiæ adminiſtrandæ, *non eſſe totius Eccleſiæ; ſed multorum in Eccleſia priuatorum.*

CAVSA expoſtulandi eſt primò, quia praxis adminiſtrandi Sacramentum quæ in omnibus Imperij Chriſtiani Eccleſijs Orthodoxis, pro *Ordinaria* obſeruatur, meritò Praxis Eccleſiæ totius ORDINARIA nuncupatur. Conſtat autem vbicunque Chriſtus verâ fide colitur, hanc Praxim de qua ſermo eſt ordinariam eſſe, nempe vt pro quibuſlibet noxis mortalibus non excommunicētur pœnitētes à Sacerdote compellantúrque pœnas explere ante abſolutionem. Igitur hæc praxis totius Eccleſiæ appellari debet. Secundò, iniurioſum valde eſt, Summos Pontifices & Matrem omnium Eccleſiarum, Romanam, in ordinem priuatum cogere. Atqui quotquot quadringentis abhinc annis clauum Eccleſiæ tenuerunt, vel ipſo Scriptore libri de frequenti Communione, ſuffragante, hanc praxim tenuerunt, Summi Paſtores & Roma. Quibus addo & Concilia, hoc temporis interuallo congregata, quorum aliqua ſunt generalia: non igitur hæc Praxis eſt multorum tantùm in Eccleſia Priuatorum, ſed Summorum Eccleſiæ Principum, & Romanæ atque adeò totius Eccleſiæ Catholicæ.

Chapitre XIX. Ancienne Pratique de la Penitence conſeruée dans les Egliſes d'Orient.

Pluſieurs témoins oculaires nous enſeignent que dans l'Egliſe du Mont Liban (qui a cet honneur rare deuant Dieu, d'eſtre demeurée ferme au milieu du ſchiſme qui l'enuironne de toutes parts, dans l'ancienne vnion de la charité de S. Pierre) cette Pratique de la Penitence a eſté communement en vſage de noſtre temps; quoy qu'il ſoit vray, que quelques vns de ceux qui y ſont paſſez de l'Occident, y ayent apporté ou voulu

Tertiò infirma eſt Exceptio, ob quam Scriptor libri de frequenti Communione inficiatur hanc Praxim ordinariam, pro Praxi totius Eccleſiæ habendam eſſe. Nam ex eo procedit, quòd Praxim alteram, quam Originalem & Apoſtolicam cognominat, in Eccleſijs Orientalibus nunquam intermiſſam aut interruptam fuiſſe, ſed nunc etiam obtinere contendat. Tractat hoc argumentum Arnaldus perbreui & decurtato quodam Capite, in quo nihil rationis affert ad dictum Lectoribus ſuis probandum, præter fidem teſtium, quos non nominat, vult tamen oculatos (ſuâ vtique fide) exiſtimari, qui narrant *in Eccleſia de Monte*

Libano dicta, priſcam illam, *Pænitentiæ praxim, nunc etiam communiter vſurpari.* Lepidum ſanè commentum! quod tam facile refellitur quàm refertur. *apporter quelque alteration ſous des pretextes ſpecieux.* 2. part. p. 461.

At ego tibi ex aduerſa mundi plaga teſtem, certiorẽ aduoco; cur enim mihi quoq; non liceat ex intima Peregrinitate Regionis Religioniſque Epiſcopum Æthiopem accire? qui in Confeſſione fidei quam edidit ante centum paulò plus annos, ſic loquitur. *In ipſis etiam Synodorum libris conſtitutum eſt à Sanctis Apoſtolis, oportere nos confiteri atque etiam pænitentiam pro magnitudine ſingulorum peccatorum à Confeſſore accipere debemus. Præterea hoc familiariſſimè vtimur, quod ſtatim ad pedes Confeſſoris cùm peccatum admiſſum eſt, acurrimus, & hoc faciunt omnes tam Maſculi quàm Feminæ, cuiuſcunque conditionis ſint, & quotieſcunque confitemur, ACCIPIMVS CORPVS CHRISTI; Quod ſi ſingulis diebus confiteamur, ſingulis quoque diebus ACCIPIMVS VENERABILE SACRAMENTVM.* *Zaga Zabo, Epiſcopus Æthiop. In Confeſ. fid. An. D. 1536.*

Iactet igitur Arnaldus, Eccleſiam Libani, nullo teſte, nullâ fide, nullo obſide, huic etiam *Portu-Regiam*, ſi Lubido eſt, addat. Dum Æthiopia Diui Thomæ ſacro cruore quondam tincta, nobis hæc antiquæ Religionis veſtigia repræſentat; quibus docemur, Pœnitentes nulla Excommunicatione interpoſitâ poſt Confeſſionem, eodem die ad Corpus Chriſti Domini ſumendum dimitti ſolitos. Sed pudet me, ab Allophylis normam Diſciplinæ Chriſtianæ accerſere; memor enim ſum illius pulcherrimi verbi quod ab Optato, acerrimo ſanè rerũ ſacrarum vindice manauit. *Scimus Eccleſias SINGVLARIVM proſtitutas, nullis legalibus Sacramentis, & ſine iure honeſti matrimonij eſſe. Quas non neceſſarias recuſat Chriſtus, qui eſt ſponſus vnius Eccleſiæ.* Optat. aduer. Parmen. lib. 1.

QVÆSITVM QVINTVM. An rectiùs dixerit, ſeipſum veluti corrigens Scriptor libri de frequenti Communione, quòd *Praxis* Pœnitentiæ quæ nunc eſt *Ordinaria*. Sit quidem *Eccleſiæ praxis altera*, ſed *quam conſtanter tenuit quibuſdam in caſibus dumtaxat particularibus.*

CAVSA expoſtulandi eſt, quoniam hæc prioris

ſententiæ correctio videtur eſſe, quàm ipſa ſententia, periculoſior. Cùm enim Praxi quæ eſt apud nos ordinaria, hoc concedit, vt locum habeat inter Eccleſiæ Praxes aliquem, tum verò ea conditione concedit, vt *in caſibus quibuſdam dumtaxat particularibus* id loci obtineat & nominis. Quare ſi hæc Praxis ſupra caſuum quorumdam, quos Arnaldus pauciſſimos notauit, & ad vnum mortis periculum reduxit, fines ſe ſe extulerit, iam non erit *Praxis Eccleſiæ, ſed Praxis priuatorum*, hæc igitur ſimulata & ficta verborum Caſtigatio, venenum à præcedente dicto non tollit, neque veniam conciliat, nam vt ait Hincmarus. *Error Confeſſus & Correctus iam culpa caret, quia veniam habet; Error verò conuictus, nec ſit correctus, & culpam habet, & veniâ caret.*

Hincmarus opuſc. cap. 44.

SECTIO III.

ILLVSTRATVR PRÆDICTA CAVSA COMMOTIONIS EX ALtero textu libri de frequenti Communione.

In hac Sectione, refutatur caput 13. ſecundæ partis li. qui inſcribitur, Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

TEXTVS ille ducitur ex capite decimo octauo ſecundæ partis, in quo mutationem ritus Antiquæ Pœnitentiæ in hodiernum Scriptor flebiliter deplorat his verbis. *Eadem illa hominum durities Eccleſiam ſæpe cogit, vt non ſemel apud vltimum Concilium cõqueſta eſt, eorum remiſſiſſimis ſtudijs indulgere & concedere, non ſine gemitibus arcanis & inenarrabilibus (vt loquitur Apoſtolus) quos in eius animo Sanctus Spiritus excitat ob violationem priſcæ pietatis, quam in liberis ſuis obſeruat. Neque verò alia cauſa eſt cur Eccleſia aliquot abhinc Sæculis mutationes ferat quæ in pœnitentiæ ritum inciderunt, cum oſtendi non poſſit eas eſſe profectas aut ab eius capite, qui eſt Summus Pontifex in Concilio Priuato, neque ab eodem capite in Vniuerſo Senatu Eccleſiæ, quem Concilia repræſentãt. Quocirca diligendi cura & cautione in his & ſimilibus opus eſt, ne cum legum præſcriptis, ſolutiones legum; cum inſtitutis, remiſſiones permiſceantur; néue id ad quod neceſſitas vi quâdam adigit, confundamus cum ijs, quæ liberâ ſponte fierent.* Conſtat enim (inquit) Pontifex verè

C'eſt cette meſme dureté des hommes, qui contraint ſouuent l'Egliſe, cõme elle ſe pleint en ſon dernier Concile plus d'vne fois, de condeſcendre, & de s'accommoder à leurs relaſchemens, auec vn gemiſſement ſecret & inenarrable (comme dit l'Apoſtre) que le ſainct Eſprit excite en elle, à cauſe du dereglement de la pieté ancienne, qu'elle remarque en ſes enfans. Et c'eſt la ſeule raiſon qui fait que l'Egliſe depuis quelques ſiecles ſouffre les changemens qui ſont arri-

Sum-

Summus, id quod pro remedio ac neceſſitate tem-" poris ſtatutum eſt, primitus non fuiſſe, quia aliud eſt" ORDO LEGITIMVS ALIA VSVRPATIO" quam ad præſens fieri, tempus impellit. "

Hæc ille, quæ ſi non extarent in eius monumentis ſcripta & obſignata, fortè exiſtimari poſſent ad criminandum gratis eſſe conficta; quid enim ad arrogandam vim legis, Priſco Ritui Pœnitentiæ aduersùs noſtratem, dici potuit capitalius? nam quantùm extollit granditate loquendi alterum, tantùm vilitate contemptúque dictionis deprimit alium, & commutationem illam antiquiſſimi Ordinis cum hodierno, inſinuat non probari, ſed *tolerari ab Eccleſia*, neque vſquam fuiſſe aut ab Eccleſiæ Capite, qui ſummus eſt Pontifex de ſella & tribunali ſuo, pronunciante, aut ab eodem præſidente Comitijs Eccleſiæ generalibus factam. Tum ſic deinde grauiter & cenſoriè admonet; *Quocirca diligenti cura & cautione in his & ſimilibus opus eſt, ne cum legum præſcriptis, legum ſolutiones; cum inſtitutis, remiſſiones permiſceantur: néue id ad quod neceſſitas vi quadam adigit, confundamus cum ijs quæ liberâ ſponte fierent.*

nez dans la Pratique de la Penitence, ſans que neantmoins l'õ puiſſe monstrer qu'elle les ait fait, ny par le chef, qui eſt le Pape, dans ſon Conſeil particulier, ny par le meſme Chef, dans le Conſeil & le Senat general de l'Egliſe, qui ſont les Conciles.

De ſorte qu'il faut bien prendre garde de ne confondre pas en cecy, comme en toutes choſes ſemblables, les Diſpenſes & les Loix, les Condeſcendences & les premieres Inſtitutions; ce que la neceßité fait faire comme par force, & ce que l'on feroit par vne volonté libre. Il eſt certain, dit vn grand Pape, que ce qui n'a eſté eſtably que pour remede, & à cauſe de la neceßité du temps, n'a pas touiours eſté, & qu'autre choſe eſt, l'Ordre legitime, autre choſe le relaſchement, que le temps fait faire.

2. part. cap. 18. p. 455.

Porrò opus eſt hic oculis tantùm, neque illis admodum perſpicacibus, vt videamus his verbis comparationem inſtitutam, inter veterem pœnitentiæ Ritum, & hodiernum. Nam vt amicè te compellam, Arnalde, an ſperaſti poſtea quàm duos Pœnitentiæ Ritus totis paginis deſcripſiſſes, & ijſdem coloribus depinxiſſes, quibus nunc vagum aliquod vacuúmque ſimulachrum adumbras, ſperaſti inquam, nos in hoc ſchemate pictam faciem vtriuſque Ritus, expreſſámque formam non viſuros? Quæſo memineris, cui, Praxim Antiquæ Pœnitentiæ non dico comparaueris, ſed adæquaueris? An non Legi? an non Regulæ generali? an non Praxi Primæuæ, Originali, Apoſtolicæ, Praxi totius Eccleſiæ per duodecim ſæcula ſeruatæ? Memento etiam, quas notas Praxi hodiernæ, quæ eſt *Ordinaria*, appoſueris. An non, quòd per hominum duritiem, per inſcitiam Eccleſiaſticorum, per Eccleſiæ indulgentiam, & condeſcenſum (malo enim minùs latinè, quàm tecum minùs loqui) importata

ſit? Et meminiſti ſanè; Meminiſti inquam, cùm in mediâ vtriuſque Ritus contentione, quàm toto vno capite libri tui tam ardenter inſtituebas, diceres, [a] *Eò refert plurimùm vt Regulam generalem ab exceptionibus priuatis, Legem ab Indulgentiâ; Vſum Communem & Ordinarium ab Immunitatibus extraordinarijs & ſingularibus diſcernamus.* Hic erat paries intergerinus, vtramque Praxim ſeparans, quem nunc etiam maiori opere & munitione ædificas. Parúmne fuit tam multas Vibices Ordinariæ Praxi quam tenemus, impoſuiſſe, niſi ad cumulandam eius infamiam, dictum illud ex oraculo quodam Eccleſiæ abſtuliſſes? *Aliud eſt Ordo legitimus, alia Vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.*

[a] *Tota verba referuntur proprio Idiomate in* Cauſa 2. Sect. 3.

Ad rem reuertor, *Sanctiſſime Pater*, potuítne Scriptor libri de frequenti Communione luculentiùs declarare, & conteſtari pugnaciùs, nos tum priſco Pœnitentiæ Ritui recipiendo, tum etiam noſtrati deponendo, Lege obligari; quàm cùm ſententiosè & veluti ex Cathedra Patrum pronunciat; Vt Lex differt à ſolutione legis; Inſtitutum à Remiſſione; Labefacta Diſciplina ab integra; Ordo legitimus ab vſurpatione iniuſta. Similiter, veterem Ritum Pœnitendi diſtare à Noſtro, qui ordinarius eſt.

CAVSA QVINTA COMMOTIONIS.

In hac Cauſa referuntur ea quæ ſcripta ſunt in capite vndecimo ſecundæ partis, libri qui inſcribitur. Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

SECTIO I.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE Conceptis verbis affirmet Doctrinam Ordinis Antiquæ Pœnitentiæ, perinde immutabilem eſſe atque Deus ipſe eſt, vnde ſequitur Ordinem quoque illum eſſe iure quodam immutabili fixum.

SATISNE dictum, *Beatiſſime Pater*, vt liquidò de mente & Conſilio Arnaldi conſtet, in Antiqua Pœnitentiæ Praxi, qualem ſibi ipſe inſtruxit, reponendâ, noſtrate verò tanquam ſpuriâ, & ſacris Canonibus ipsíque Pœnitentiæ inimicâ, procul ablegandâ? Satíſne dictum, vt intelligat *SANCTITAS TVA*, non fruſtra in Eccleſiæ Caſtris trepidatum eſſe? Atqui non vnam callet artis ſuæ rationem Arnaldus, quare aliud ex alio ſpecimen damus; & hoc quidem alijs omnibus quæ hactenus, quamuis certa & manifeſta deprompſimus, adhuc luculentius. In eo enim Arnaldus non iam ex inſidijs & per cuniculos, ſed aperto marte pugnare pro ſuo Dogmate videtur, dum contendit, *Doctrinam* Ordinis antiquæ Pœnitentiæ, æquè eſſe ac ipſe Dei ſpiritus eſt, immutabilem. Locus ille petitur ex Capite Decimo octauo, cui titulus hic poſitus eſt. *Quod in animo Eccleſiæ ſemper infixum ſit deſiderium, vt peccatores pœnitentiam agant ſecundum regulas à ſanctis Patribus mandatas. Et quòd abuteretur Indulgentia qua poſtremis temporibus vſa eſt, ſi quis temeritatis damnaret eos, qui ex propoſito ſatisfaciendi Deo, cuperent ORDINEM VNIVERSALEM ſectari, quem ipſa tot ſæculis tenuit, quíque nullius vnquam Decreti aut Canonis authoritate antiquatus eſt.*

CHAP. XVIII. Que l'Egliſe retient touiours dans le Cœur, le deſir que les pecheurs faſſent Penitence, ſelon les Regles ſaintes de tous les Peres; & que c'eſt abuſer de l'indulgence dont elle a vſé dans les derniers temps, que de condamner de temerité ceux, qui, dans

Titulus iſte indicat ſermonem eſſe de Ordine illo

veteris pœnitentiæ, in ſatisfactione abſolutioni vniuerſim præponenda, vt pòſt paulò clarius etiam conſtabit. Iam verò ſic ipſe caput exorditur. *Etſi certum eſt Eccleſiam immutari moribus et externis actionibus poſſe, nihilominus vt de ſenſu ſuo demoueatur, tam fieri non poteſt, quàm vt deſinat eſſe columen veritatis; quis enim non videt ſententiam mutari non poſſe niſi ab eo qui obnoxius errori ſit, atque adeò ſi in Eccleſia ſitum eſſet ſua dogmata retractare, quòd non modò in errorem induci poſſet, ſed etiam ipſa ſe damnaret erroris, & ius prærogatiuæ illius amitteret, per quam ſapientis Architecti domus dicta eſt, cùm iam ſe non in ſolidà immobilíque petrà, ſed in ſolo inſtabili fundatam eſſe ſciret. Aliunde verò ex fidei noſtræ regulis manifeſtum eſt, Doctrinam quæ eſt eiuſmodi, vt vno conſenſu Patrum tradatur, quæque ab illis non vt dubia res, ſed vt certa & indubitata Catholicis omnibus proponitur quam tenuerint, crediderint, obſeruarint omnes orbis regiones; quæ ab Apoſtolis ducto originis ſuæ principio, in vniuerſas Eccleſiæ partes ſe ſe propagauit, non ex hominum inuentis conſtare, ſed Dei inſtinctu; quòdque conſequens eſt ÆQVE AC SPIRITVM, QVI ILLAM AFFLAVIT, ESSE IMMVTABILEM: qui quidem ſtabit ſemper; Cœlum & terra defluant licet.*

Hæc Scriptor de doctrina interdicendæ Abſolutionis Communioniſque, donec fuerit cumulatè pro peccatis ſatisfactum, vt docent verba proximé ſequentia, quæ ſunt eiuſmodi.

Quæ cùm ita ſint, vt nemini Catholico dubitare licet, poſtquam demonſtrauimus ſententiam illam, quam audire non ſuſtines, DE SVSPENSIONE COMMVNIONIS INTERPONENDA IIS, qui ſe peccato mortali obſtrinxerunt, omnium Patrum ſententiam eſſe, non iam priuatos Doctores agentium, ſed partes teſtium omni exceptione maiorum in PRAXI ET DOCTRINA ECCLESIÆ VNIVERSÆ, quam Concilia pluſquam centum comprobarunt; omnes mundi plagæ obſeruarunt; Apoſtoli ſtabiliuerunt; Documenta Chriſti fundarunt. IMPOSSIBILE EST Eccleſiam non eſſe hodie in eodem ſenſu, in eóque non perſeuerare vſque ad mundi finem.

Habemus, *Sanctiſſime Pater*, ex affirmatione Scriptoris hoc Enunciatum, Doctrinam de ſuſpẽſione Communionis & Abſolutionis, (quas ſemper in hac re

le deſſein de ſatisfaire à Dieu, voudroient ſuiure l'Ordre Vniuerſel, qu'elle a obſerué durant tant de Siecles, & lequel elle n'a iamais retracté par aucun Decret ou Canon.

Il eſt certain que l'Egliſe peut bien quelquefois changer d'vſages & d'actions exterieures; mais il eſt auſſi peu poſſible qu'elle change de ſentimens, qu'il eſt impoſſible qu'elle change d'eſtre la colomne de la verité. Car qui ne voit qu'il faut eſtre capable de faillir, pour eſtre capable de ſe retracter, & que ſi l'Egliſe ſe pouuoit dedire de ſes maximes elle ne ſeroit pas ſeulemẽt ſuſceptible d'erreur, mais elle s'en condanneroit elle-meſme, & perdroit ainſi l'auantage qu'elle a, d'eſtre la maiſon du ſage Architecte, & la retraite aſſeurée des ames fideles, ſe trouuant baſtie ſur l'inſtabilité du ſable, ſur l'immobilité de la pierre.

D'ailleurs il eſt manifeſte par les pricipes de noſtre Foy; qu'vne Doctrine que tous les Peres enſeignent vnanimement, & qu'ils ne propoſent point comme vne choſe douteuſe, mais comme certaine & indubitable parmy tous les Catholiques, comme tenuë, creuë, & obſeruée par toutes les Regions de la terre, & qui ayant pris ſon Origine des Apoſtres, s'eſt reſpanduë par toute l'Egliſe; ne ſçauroit eſtre eſtimée vne Do-

pares & indiuiduas facit) interponenda ijs, qui ſe nōxa lethali aliqua inquinaſſent, perinde immutablilem eſſe, atque ipſe eſt Diuinus Spriritus, à quo profluxerit; ex quo infertur, Praxim illius Doctrinæ, conſtitui quoque perinde immutabilem, Iure ipſo duntaxat, atque Deus eſt. Dico iure ipſo, quâ voce viam ſubterfugiendi obſtruo, quam Arnaldus quæſiuit; cùm enim vrgeretur hoc textu, reſpondit Eccleſiam mutari poſſe ritu & actione externa, ſed non doctrinâ Pœnitentiæ; an verò illa ritùs externi mutatio, ſolius eſſet facti, an iuris etiam; ſeu an per fas aut nefas facta ſit, prorſus ſubticuit; nempe, ne vel ſibi contradicere, vel erratum ſuum prodere cogeretur; conſequens eſt enim ex hoc eius effato, praxim veteris pœnitentiæ, æquè eſſe immutabilem iure ipſo, ac doctrinam illius praxeos.

…ctrine de l'inuention des hommes; mais de l'inſpiration de Dieu; & par conſequent auſſi immuable que l'eſprit qui l'a inſpirée, ce qui ne paſſera iamais, quoy que le Ciel & la terre paſſent.

Celà eſtant ainſi comme aucun Catholique n'ē peut douter, & vous ayant fait voir que les ſentimens que vous ne pouuez ſouffrir, touchāt le delay de la Communion pour ceux qui ont peché mortellement, ſont les ſentimens de tous les Peres, non point parlās comme Docteurs particuliers, mais comme teſmoins irreprochables de l'Vſage & de la Doctrine de toute l'Egliſe, confirmée par cent Conciles, obſeruée par toutes les parties du Monde, eſtablie par les Apoſtres, & fondée ſur les enſeignemēs de Ieſus Chriſt. IL EST IMPOSSIBLE que l'Egliſe n'ait encore aujourd'huy ces meſmes ſentimens, & qu'elle ne les conſerue iuſques à la fin des Siecles.

2. part. p. 452.

Quod vt breuiter conficiam; repeto ex Iuriſprudentia ſcitum quoddam certum atque ſolenne. Doctrinā legis nihil aliud eſſe, præter rationem obligandi quæ ineſt legi, quam vocant animam & ſpiritum legis; quæ quandiu nihil immutatur, ſemper tenet, atque eâdem vi ad agendum impellit; at neque ſine ſcelere violari poteſt. Vnde ſtatim colligitur, quòd cuiuſcunque legis doctrina ponitur immutabilis & fixa, eiuſdem quoque praxis iure immutabili ſanciatur. Neque enim alia nota eſt qua ſacrarum Legum Anteceſſores, Doctrinas & Inſtitutiones morum perpetuas & inuariabiles ab alijs ſegregant, quæ pro temporum aut rerum varietate mutationem pati poſſunt. Imò ex illo capite diſtinctio manauit duplicis generis poſitarum à Chriſto Domino inſtitutionum, vt eruditiſſimè Cardinalis Perronius ad ſereniſſimum Britanniæ Regem data reſponſione declarat; *quarum aliæ ſunt quæ non ſubijciuntur poteſtati Eccleſiæ, vt demutentur; aliæ verò permittuntur eius arbitrio, vt cùm oportunum eſſe loco, temporiue iudicabit, eas relaxet diſſoluátque.* Poſtremi generis exempla ſunt in Ritu eiuſdem ſacræ Communionis poſt cœnam celebrandæ; in ritu trinæ immerſionis in baptiſmo tenendæ, quæ profectò inſtitutiones nihil aliud ſunt quam quædam Doctrinæ

Cardin. Perron. Repliq. ch. de la Communi. ſous les deux eſpeces.

morales quas nemo dixerit immutabiles, &c. in æterno Eccleſiæ deſiderio remanere, præter heterodoxos, quibus cum pugnat hoc telo defenſor Eccleſiæ inuictiſſimus; Qui etiam ad primum genus immutabilium ex inſtituto Chriſti doctrinarum, refert eas, quæ ritum præſcribunt cum ſubſtantia Sacramenti ſic implicitum, vt abſque eo Sacramenti Ratio non conſtet. Quare non potuit Arnaldus Doctrinam veteris pœnitentiæ, cui antea vim authoritatémque legis, á Chriſto omnibúſque Concilijs conditæ dederat, ſtatuere *immutabilem & perpetuò in ipſis Eccleſiæ ſenſibus & deſiderijs infixam*, quin ſimul ſtatueret vſum qui ab illa lege recederet, prophanum eſſe atque ſacrilegum. Hodiernus ergo Pœnitentiæ Ritus, quo Eccleſia ordinario vtitur, damnatur erroris & ſacrilegij per hæc verba libri de frequenti Commuuione. Quippe qui ab illa legis *immutabili doctrina* deflectat.

Etenim quia in hac vocula *Doctrinæ*, ludum facit Arnaldus ei ſimilem quem Pelagio D. Auguſtinus obiectat, iuuat exclamare. Arnaldus *veretur intelligi, & tamen latere ſe putat, cùm alijs atque alijs locutionibus verſat ſignificationem Legis atque Doctrinæ*. Mirum! ſi non cauſetur hoc tantùm nomine Doctrinam veteris Ritus à ſe dictam immutabilem fuiſſe, quòd in mente Dei notionibus conſignata ſit ſempiternis; Egregium porrò argumentum ad Praxim Antiquæ Pœnitentiæ tam magnificè támque gloriosè cõmendandam? Nam ille ſcopus eſt huius loci, vt titulus indicat, & *Praxim* expreſſa voce Scriptor nominat; & eius reſtitutioni totus inſudat. Vt ſi quis ad praxim legalium ceremoniarum populo Iudaico à Deo datarum hortaretur, quia earum doctrina in mente diuina ſcripta eſt, nullis vnquam lituris obliteranda. Vel ſi quis alius probare ſuſciperet, tangi Eccleſiam ſenſu intimo recuperandi Ritus cum trina immerſione baptiſandi, tot ſæculis obſeruati; quia doctrinam illius Ritus, in ſpiritu diuino exaratam videt, notis ad immortalitatem ſempiternis. Quod quàm inſulſum ſit, cogitare piget.

Hoc autem, *Sanctiſſime Pater*, fatale eſt omni Dogmatiſtæ, vt cùm ab ingenuitate diſcedit, in pueriles ine-

ptias incidat. Igitur operam in defenſione veritatis non perdidimus ſi eò hominem pepulerimus, vt iam ridiculus videri malit, quàm Hæreticus. Interim verò dum, pleniſſimo *Sanctitatis Tuæ* Magiſterio erudiatur, diſcat ex Diuo Auguſtino nullam ex Idearum diuinarum immortalitate rationem duci poſſe, ad conciliandam rebus creatis firmitatem, aut iuris perpetuitatem. Docet ille omnes in mente Dei perinde res deſcriptas eſſe, ſiue caducæ ſint & fluxæ, ſiue ad æternitatem factæ. *Neque enim*, inquit, *Multæ ſed vna ſapientia eſt, in qua ſunt immenſi quidam atque infiniti Theſauri rerum intelligibilium, in quibus ſunt omnes inuiſibiles atque immutabiles rationes, rerum etiam viſibilium & mutabilium, quæ per iſtam factæ ſunt. Quoniam Deus non aliquid neſciens fecit; quod nec de quolibet artifice rectè dici poteſt.* Quare vt ſumma totius Cauſæ colligatur, ponimus. D. Auguſt. l. 11. de Ciuit. cap. 10.

QVÆSITVM PRIMVM. An Scriptor libri de frequenti Communione Orthodoxè dixerit [a] *Doctrinam* Ritus Antiquæ Pœnitentiæ *eſſe immutabilem æquè ac Spiritus Dei eſt.* a *Suprà.*

CAVSA expoſtulandi eſt; quia Doctrina Ritus Antiquæ Pœnitentiæ, eſt Doctrina quædam, moralis, practica, & legalis. Eiuſmodi autē Doctrinæ non dicuntur immutabiles, niſi cùm morum Diſciplinam, & praxim, iure quodam inuariabili deuinciunt. Vnde conſequens eſſet, nos adhuc teneri lege & Praxi antiquæ Pœnitentiæ, qualem Scriptor libri de frequenti Communione in opere ſuo delineauit.

QVÆSITVM SECVNDVM. An Orthodoxè dictum ſit à Scriptore libri de frequenti Communione [b] *Quòd impoſſibile ſit Eccleſiam non eſſe hodie in eodem ſenſu, in eóque non perſeuerare vſque ad mundi finem.* b *Suprà.*

CAVSA expoſtulādi eſt. Quia *ſenſus* ille quē affingit Eccleſiæ, eſt *de* [c] *ſuſpenſione Communionis interponenda ijs, qui ſe peccato mortali obſtrinxerunt.* Hæc enim diſerta expreſſaque illius loci verba ſunt. Cùm ergò hunc Ritum ſuſpendendæ Communionis, quoties contracta erat noxa lethalis, Arnaldus olim pro lege, præſcriptóque Chriſti habitum & iudicatum ab Eccleſia c *Suprà.*

demonſtrare contenderit: nunc verò firmiter aſſerat, *Impoſſibile eſſe, vt Eccleſia non eundem ſenſum retineat.* An non ex hoc antecedente pronuntiato infertur, nunc etiam hunc Ritum Pœnitẽdi, pro lege præſcriptóque Chriſti ab Eccleſia cenſeri? Violat igitur Eccleſia legem Chriſti, quam, ampliùs non obſeruat, quod impium eſt cogitare, & noſtros omniúmque animos vehementer commouet, qui cum nomine Chriſtiano, Dignitatem Incolumitatémque Eccleſiæ ſeruatam volunt.

SECTIO II.

CAPTIOSA QVÆDAM HVIVS LOCI DEFENSIO ET EXPLICATIO REFELLITVR.

NIHIL aduersùs tam aperta, tam confeſſa, tam cõuicta teſtimonia opponi ſentio poſſe, niſi hoc fortaſſis vnum, quod variè admodum & diffidenter inſinuat Scriptor illius Apologiæ quam refutamus modò. Ita quidem viſum eſſe Eccleſiæ, vt ordinem illum veteris pœnitentiæ in vſura communi neceſſarium eſſe duceret currentibus à prima inſtitutione duodecim ſæculis? at verò cõſequentibus, expeditum & liberum feciſſe à vinculo neceſſitatis, & ad particulares tantùm caſus valiturum.

Reſponſum accipio, *Sanctiſſime Pater*, quòd quàm contradicat ſuprà dictis quæ ex libro de frequenti Communione retulimus, exploratum eſt, vbi vidimus vim legis huic Ritui attributum eſſe, quæ à *nullo ſæculo, nullóque decreto reuocata ſit*, ſed nec vlla legitimæ conſuetudinis præſcriptione ſublata. Quod etiam ipſum multò liquidiùs intelligemus, ſi modò id reſponſi dantes ſic interrogemus. Dicite, cùm, informabatur Magiſterio Chriſti naſcens Eccleſia, ſenſúſque intimos in ipſo fonte perbiberet, quibus ſacrorum Diſciplina inſtitutióque continebatur, quale tum Iudicium eſſet Eccleſiæ de neceſſitate Ordinis quo

Suprà, Cauſâ 2. ſect. 10.

mor-

relegantur à Communione Pœnitentes, pro noxis mortalibus? Eúmne in communi vſu & adminiſtratione pœnitentiæ neceſſarium iudicabat? eâ tamen conditione, vt poſtremis temporibus, iure relaxaretur. An verò, vt non niſi deprauatione morum aliquando diſſolueretur?

Hic eſt Cardo totius cauſæ, *Sanctiſſime Pater*, ad hanc quæſtionem ſi iubeas præciſè reſponderi, quam omni fuga & tergiuerſatione eludunt, non dubito quin ſentias illico periculoſam & præcipitem Dogmatis nouitatem. Nam è duobus alterum fatebuntur, aut tale iudicium exorientis Eccleſiæ fuiſſe, vt exiſtimaret hanc Ordinis in Vſu communi neceſſitatem, poſtquam duodecim Sæcula cucurriſſent, contra ius fáſque relaxandam; quod ſi dixerint, Ritum hodiernum corruptelæ & abuſionis notant, tenentúrque criminis quod illis intenditur. ſin verò ad alterum ſe recipiãt, malíntque profiteri, hoc Iudicio imbutam in exordio ſuo Eccleſiam fuiſſe, vt crederet Ordinis illius neceſſitatem iure & authoritate legitima remittendam inclinatis iam temporibus ſoluendámque fore. Sibi prorſus contradicunt: quippe qui negant iure & Authoritate legitima laxatam fuiſſe Ordinis illius antiqui Legem & Diſciplinam, [a] ſed hominum duritie & pertinaciâ, & eorum qui res Sacras adminiſtrãt ſocordiâ, Eccleſiæque ad remiſſiſſima ſuorum ſtudia deſcendentis, & vi quadam adactæ, Indulgẽtiâ, & toleratione.

[a] Suprà Causâ 4. Sect. 1. & 3. fusè & amplè.

Quare id mutationis genus ab Eccleſia non factum, [b] Sed toleratum & extortum, Arnaldus affirmat; & Pignus illud Antiquitatis amiſſum impatiẽtiſſimè ab Eccleſia ferri, & in eius æterno deſiderio, & votis, & lacrymis, & gemitibus qui enarrari non poſſint, eſſe denunciat. Quis autem non videat hæc ſimul confligere, vt dicat, quis, Diſciplinæ vinculum iure laxari, & dicat per ſolam Hominum improbitatem & inſcitiam laxari? Ordinem Authoritate legitima diſſolui, & non diſſolui, ſed diſſolutum tolerari? aliquid fieri velle, & nihil magis quàm infectum velle? Quæ profectò vti ſe collidunt inuicem, ita fidem Reſponſionis euertunt.

[b] Eâdem Causâ 4. Sect. 3.

Præterea ſi ſenſus is erat Eccleſiæ dum primos à Chriſto Spiritus duceret, vt Ordinem pœnitendi aliquando iuſtâ poteſtate demutatum iri putaret, poſtquam duodecim Sæcula peruagatus eſſet; quid cauſæ eſt cur Arnaldus hodiernum pœnitentiæ Ritum, qui in communi Vſu poſitus eſt, tam confidenter aſſerat ab Inſtitutione Chriſti non emanaſſe? cur hunc Aduentitium,degenerem,& tanquam ingraueſcentis ætatis proiectam ſobolem repræſentat? qui eodem, ſatu inſtitutionis ortus ſit, eodémque gremio exceptus. Cur ex imperitia & duritie cordium intractabilium, hunc ſuccreuiſſe fruticem toties increpat? cùm iam inde ab Authore Chriſto conſtitutus, & Eccleſiæ præmonſtratus fuerit.

Quapropter, ſicut Hæreticis, cùm eiuſmodi probra in morem Baptiſandi hodiernum, qui aſperſione fit, iactant; quòd per triplicem immerſionem antiquitus hæc luſtratio fieret; reſpondent Orthodoxi, vtriúſque ritus formam pariter à Chriſto fluxiſſe, qui aliam alio tempore pro ſapientiæ modo,aut deſignauit, aut certè Eccleſiæ ſuæ poteſtati permutandam, cùm tempus eſſet, reliquit: haud aliter ſtatuere de gemino adminiſtrandæ pœnitendi Ritu & Ordine Arnaldus debuiſſet, ſi legitimam vnius in alterum mutationem eſſe factam crederet. Cùm igitur contraria omnia adſtruat, quid ſupereſt, niſi vt id ſentiat & dicat quòd è duobus antea propoſitis alterum primo loco poſuimus; Eccleſiam ſiue cum primos Chriſti hauriret afflatus, ſeu adoleſceret iam exculta, ſeu confirmaretur ætate,ſeu grandior natu ad nos perueniret, hunc ſemper infixum in animo ſenſum habuiſſe,quòd Ritus Ordinarij in pœnitendo per duodecim Sæcula religiosè & conſtanter obſeruati, cum noſtrate Ordinario facta Commutatio, pro Corruptela & abuſu tenenda ſit.

Rem quoque iſtam colligere facili quadam argumentatione ex nudis libri de frequenti Communione teſtimonijs poſſumus. Sumantur enim ex Capite tertio hæc verba Scriptoris, quibus aduerſarium ſuum alloquitur [c] *hoc tibi formaliter affirmo omnes Patres cre-*

didiſſe, quòd generaliter pro omnibus peccatis mortalibus neceſſe eſſet per plures dies pœnitentiam exequi ante communionem, illud verò ipſum eſt quod ferre nequis. Hoc autem vocetur pœnitentia publica necne, nihil ad rem noſtram. Affirmat *omnes Patres* in hoc ſenſu & iudicio *neceſſitatis* fuiſſe, vel ergo nulli poſterioribus quinque ſæculis Patres in Eccleſiâ extiterunt, quod ſine crimine dici non poteſt, vel idem de hac neceſſitate pœnitendi iudicium habuerunt.

c *Textus natiuo idiomate poſitus eſt in* Cauſa 2. *ſub initium* Sectionis 6.

In capite nono pene eadem pronunciat in hunc modum d *Itaque cõcludamus, quandoquidem PATRES OMNES neceſſitatem ſatisfaciendi Iuſtitiæ diuinæ per veros pœnitentiæ fructus, præſertímque per humilem & reuerentem Euchariſtiæ præciſionem fundant in grauitate peccatorum quæ gratiam baptiſmi corrumpunt. NECESSE ESSE, vt in hac obligatione generali quodlibet peccati lethalis genus includatur, vnumquodque ſcilicet pro ſuo gradu, cùm vnumquodque creet hoc damnum quod ſatis digno pretio æſtimari non poteſt, qua ratione nullum eſt quod vocari non poſſit Abnorme Crimen, ſiquidem ex animi tui ſententia, nemo obligatur pœnitentiæ lege, niſi reus eiuſmodi criminis*, Quibus verbis iterum *omnes Patres de eadem neceſſitate* iudicantes introducit.

d *Concluons donc, quẽ puis que tous les Peres fondent la neceſſité de ſatisfaire à la Iuſtice de Dieu, par de vrays fruicts de Penitence: & principalement par vne humble. & reſpectueuſe ſeparatiõ de l'Euchariſtie, ſur la grandeur des pechez, qui ruinent la grace du Bapteſme. Il eſt neceſſaire d'enfermer dans cette obligation generale à la Penitẽce, toutes ſortes de pechez mortels, chacun ſelon ſon degré, puis qu'ils cauſent tous cette perte ineſtimable, & que pour cette raiſon, ils peuuẽt tous à bon droit eſtre apellez Crimes enormes, puis que, ſelon vous, il faut en auoir commis pour eſtre obligé à penitence.*
2. part. cap. 9. p. 304

Ne quis verò ſermonem eſſe de ijs tantùm putet, qui prioribus ſæculis floruerunt, fieri de omnibus, hæc Scriptoris verba declarant quæ capite decimo tertio appoſuit. e *Sicut Clerus Romanus teſtatur eos hanc Diſciplinam & Doctrinam, tam ſanctam (quod plures dies ponendi ſint in pœnitentia ante Communionem obeunda, quando aliquis peccato mortali ſuſcepto, ius amiſit quod baptiſmus ei comparauerat, ad communicandum corpori & ſanguini Chriſti) ab Apoſtolis accepiſſe, ita Dei ſpiritus in illorum ſucceſſores transfudit; cum liquidò conſtet, ſi infra deſcenderimus in ſeriem Traditionis Eccleſiaſticæ, nos & ſpiritum eumdem, ET EADEM SENSA reperturos.*

e *Il doit donc demeurer pour indubitable, qu'au temps de S. Cyprien, ſelon le ſentimẽt & l'eſprit de toute l'Egliſe (qui ne peut eſtre diuiſee de l'Egliſe de ce temps que par les ſeuls heretiques, & ne le peut eſtre ſans ſacrilege & ſans violer ſon vnité) il faut eſtre plusieurs iours en penitence auant que de com-*

Hæc ſanè verba, ſi componantur cum ijs quæ ex eodem libro de frequenti Communione præfiximus titulo huius capitis, quibus dicitur, *Impoſſibile eſſe vt Eccleſia hodiéque eadem ſenſa non habeat*, neceſſitatem quoque eiuſdem Ritus pœnitentialis, in hoc Iudicio Eccleſiæ perpetuo incluſam eſſe euidẽtiſſimè conficient.

hant autem Arnaldus ipſe conſequentiam, eodem capite decimo tertio ſic attexit. *Exinde conſequenter patet ſi ſpiritu Patrum duci volumus, eum hominem, qui peccata mortalia admiſit, DEBERE primùm confiteri, ſeriam ſolidamque pœnitentiam deinde exequi, antequam ſe præbeat Eucharistiæ.*

Iuerat in eandem conſequentiam, ipſo iam capite vndecimo, his verbis. g *Sancti Patres explanatè docent, vt ius habeamus expectandæ à Sacerdotibus remiſſionis Peccatorum, oportere priùs ſatisfactionem à nobis conuenientem, & grauitati culparum reſpondentem explere. Exuendum eſſe veterem hominem cum omnibus eius actibus, & induendum nouum. Nóſque præſtandos eſſe dignos per frugem ſatisfactionis ſalutaris, qui per Iudicis inuiſibilis ſententiam abſoluamur.*

Ex his, de libro frequentis Communionis, fideliter collectis textibus & ad verbum recitatis, quæſo & obteſtor, *Sanctitatis Tuæ* fidem, & Religioſiſſimam integritatem, vt iudicet, an non clarè, diſertè, & vt verbo Arnaldi vtar, *formaliter*, neceſſitas ſatisfactionis ante Abſolutionem obeundæ, in omne Eccleſiæ tempus, & æquè in Hodiernum, atque in Antiquum imponatur? Qua Authoritate? *Omnium Patrum*; Qua ſeriè? *Totius Traditionis*; Quo Spiritu? *Dei Spiritu, qui in Apoſtolorum Succeſſores transfuſus eſt*; Verba ſunt Arnaldi, quæ retulimus, & ſenſa, quæ liber illius inſpirat: de quibus, Deus eſt teſtis, quòd non obtrectandi animo, ſed vt Rei Chriſtianæ cõſulamus, Iudicij Tui Sanctitatem imploramus.

munier, lors qu'on a perdu par les pechez mortels, le droit qu'on auoit acquis par le Bapteſme au Corps & au Sang de Ieſus Chriſt.

Et cõme le Clergé de Rome témoigne, qu'ils auoient receu cette ſaincte Diſcipline de la doctrine des Apoſtres, l'Eſprit de Dieu l'a fait paſſer dans leurs ſucceſſeurs; eſtant tres vray, que ſi nous deſcendons plus bas dans la ſuite de la Traditiõ, nous ne trouuerons que le meſme Eſprit, ET LES MESMES SENTIMENS.
2. part cap. 13. p. 392.

f *Et par conſequent il eſt clair que pour ſuiure l'eſprit des Peres, qu'vn hõme qui a commis des pechez mortels DOIT premierement s'en confeſſer, & puis en faire vne bonne & ſolide Penitence, auant que de ſe preſenter à l'Euchariſtie.*
Ibid. p. 394.

g *Ainſi nous voyons que ces ſaincts Peres de qui nous auons receu la Doctrine de noſtre Foy, eſtoient bien eſloignez de croire (cõme quelques vns font auiourd'huy) qu'il n'y euſt autre choſe à faire, pour obtenir le pardon des plus grands crimes que de ſe ietter aux pieds d'vn Preſtre, & luy raconter ſes deſordres. PUIS QU'ILS ENSEIGNENT ſi nettement, que pour auoir droit d'attẽdre des*

CAVSA SEXTA COMMOTIONIS.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE Regulas quibus continetur Ordo veteris Pœnitentiæ magis inuiolabiles & immutabiles eſſe dixerit, quàm Hippocratis rationes & naturæ proprietates, imò & ſtatutum Dei appellet.

Preſtres la remiſſion de nos pechez, il faut qu'auparauant nous en faſsions vne Penitence conuenable, & proportionnée à la grandeur de nos fautes, que nous nous rẽdions dignes par les fruits d'vne ſatisfaction ſalutaire, d'eſtre abſous par la ſentence du Iuge inuiſible. 2. part. cap. 11. p. 331.

In hac cauſa, refellun tur ea, quæ ſcripta ſunt in capite decimo ſecundæ partis libri, qui inſcribitur Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

POSTQVAM Ritus & Ordinis in Pœnitendo antiqui Doctrinam, cum Diuino Spiritu de Immutabilitate certantem, *Sanctiſſime Pater*, induximus, Arnaldo Iudice, & Authore contentionis; minùs quidem mirabimur, quòd eiuſdem Ordinis Regulas Hippocraticis rationibus & placitis firmiores, atque etiam naturæ proprijs affectionibus magis ſacras & inuiolabiles faciat. Sed tanto etiam faciliùs & certiùs comprehendemus cupiditatem Arnaldi inexplebilem deformandi deturpandíque Ritus hodierni, & alterius quem Auitum & Primigenium eſſe putat, inſtaurandi. Quis eſt autem prudens rerum ſacrarum, & ſtudioſus aſſectator. Quis eſt inquam, qui non huius enunciati iuſtiſſimâ offenſione commoueatur? illique obſiſtendum voce, ſtylo, priuatis publicíſque admonitionibus; omni denique genere contentionis non exiſtimet?

Extat porrò locus ille, verbis clariſſimis expreſſus in Capite viceſimo ſecundo, vbi de integranda pœnitentia ex Concilij Tridentini mente, ſic diſputat ſcriptor Arnaldus.

a *Vnum porro ex præcipuis fundamentis quo* (Concilium Tridentinum) *tam ſanctam Doctrinam conſtituit, iſtud eſt, quòd ſine ſcelere contemni, aut INVERTI hæc ſatisfactio ſalu-*

a *Et l'vn des principaux fondemens ſur lequel il eſtablit cette Doctrine ſi ſaincte,*

C'eſt que l'on ne peut ſans crime meſpriſer OV RENVERSER CETTE SATISFACTION ſalutaire que tous les Peres ont perpetuellement recommandée aux Fideles, auec tant de ſoin. Iugeant auec grande raiſon, que puiſque c'eſt le meſme Dieu, qu'on offence; que c'eſt le meſme crime que l'on commet, comme autrefois, il eſt bien raiſonnable que le meſme Homme ne ſatisfaſſe le meſme Dieu, du meſme crime, dans la meſme Egliſe, que de la meſme maniere, Et que ſi les playes du Corps ſe gueriſſent en ce temps de la meſme ſorte qu'il y a mille & deux mille ans, Il faut auec plus de ſuiet garder inuiolablement dans la gueriſon des playes de l'Ame, les meſmes regles, de Ieſus-Chriſt, que les Apoſtres & leurs Succeſſeurs, nous ont enſeignées, comme eſtans encore plus immuables, que les raiſons d'Hyppocrate, & les proprietez de la nature.

2. par. ca. 12 p. 473

taris non poſſit, quam ſancti Patres omnes, tanto ſtudio fidelibus commendatam eſſe voluerunt. Quare non ſine magno rationis momento iudicauit. Cùm eadem ſit Dei Majeſtas quæ nunc offenditur, idémque crimen atque aliàs quod committitur; æquum eſſe profectò, vt idem homo non aliter ſatisfaciat eidem Deo, in eadem Eccleſia, quàm Ritu eodẽ. Quamobrem ſi corporis vulnera nunc temporis non alijs curationibus ſanãtur, quàm abhinc annis mille, aut bis mille, TANTO NECESSE EST MAGIS VT INVIOLABILES EXISTANT REGVLÆ, A CHRISTO POSITÆ, ET PER APOSTOLOS EORVMQVE SVCCESSORES TRADITÆ. Quippe quæ, IMMVTABILES magis ſint, quàm rationes Hippocratis, aut naturæ proprietates.

Hæc diſertè Scriptor, in quibus, ne apex mutatus quidem. Hæc verò ſunt, quibus ea plaga imponitur Eccleſiæ luculenta, quam antè deſignaui. Quænam enim iſtæ regulæ ſint, quas ait magis inuiolatè cuſtodiendas eſſe, quàm Hippocratica decreta, ita peruium & patens eſt vt latere non poſſit, niſi nos excæcare volumus. Nimirum illas eſſe quæ toties in quæſtione facti, cui, hæc altera iuris quæſtio, reſpondet; iactatæ ſunt ſub ijſdem titulis & nominibus, quibus hîc notantur, quòd ſcilicet *à Chriſto poſitæ & per Apoſtolos, eorúmque ſucceſſores traditæ fuerint.*

Quas enim habere notas illarum aut illuſtriores, aut certiores poſſumus, quàm has duas. Ingredior igitur cum illis in eam partem libri de frequenti Cõmunione, in qua quæſtio facti pertractatur, vt explorem quænam ſint iſtæ *regulæ à Chriſto poſitæ, & per Apoſtolos eorúmque ſucceſſores traditæ*; quandoquidem; hæc controuerſia in facto poſitá eſt. Neque verò obſcurum aliquem aut minutum locum conſector; ſed eum, qui in toto opere maximè clarus & illuſtris eſt de hoc argumento conſcriptus. Caput totius cauſæ peto, in quo Regulæ pœnitendi, ex trium præſertim ſummorum Pontificum ore, Innocentij Primi, Diui Gregorij, & Diui Leonis, hoc eſt, ex tribus oraculis orbis Chriſtiani celeberrimis depromuntur.

Poſsúmne æquioribus conditionibus ſententiam Arnaldi inueſtigare, aut conſcientiæ meæ candorem

in ſinu *SANCTITATIS TVÆ*, fideliùs deponere? Itaque in ſolenni illo teſtimoniorum, de pœnitentia ritè peragenda, collectorum veluti tabulario, inuenio per regulas Antiquæ Pœnitentiæ, Ordinem præmittendæ ſatisfactionis Abſolutioni intelligi, & in illis propè ſingulariter commendari. Id enim ex Innocentio colligitur à Scriptore, hunc in modum. *Nunquid hæc verba clariſſimè demonſtrant iuxta regulas quas tam ſanctè præſcripſit vniuerſæ Eccleſiæ ſummus ille Pontifex, poſtquam eas ex perpetua eiuſdem Eccleſiæ traditione accepiſſet, HANC LEGEM in adminiſtranda ligandi ſoluendíque poteſtate, à Chriſto tradita, tenendam eſſe; vt NON ABSOLVANT pœnitentes, niſi poſtquam gemitibus & lacrymis indulſerint; atque pœnas peccatis congruentes expenderint.* Reperio idem deduci ex teſtimonio Diui Leonis, in hæc verba. *Hoc itaque vir ille ſanctitate conſpicuus, nos docet, ORDINEM A CHRISTO IESV, ITA ESSE INSTITVTVM, quo peccatores in Communionem Sacrorum Myſteriorum reducantur; vt primo loco, confiteantur peccata; ſecundo loco, pœnitentiam accipiant; tertiò, pœnitentiam expleant; quartò, vt Sacerdotali Abſolutione reconcilientur.* Denique ex Diuo Gregorio prorſus idem confectum inuenio, his verbis, *Quis eſt, qui inde non videat, quàm Summus Pontifex neceſſarum eſſe iudicet, vt peccator pœnitentiam peragat de peccatis non modo antequam communicet, ſed etiam antequam abſoluatur?*

Hæc omnia Arnaldi teſtimonia, pleniſſimè relata ſunt, & Natiuo Idiomate exſcripta, in Cauſa 2. Sect. 2.

Hæc poſtquam comperta & conteſtata ſunt, ex tabulis ſcriptis ſignatíſque. An ſumus temerarij & Calumniatores? Cùm in Regulis, quas Scriptor *inuiolabiles eſſe* peruulgat, *minúſque mutabiles quam Hippocratis rationes, aut naturæ proprietates*; neque alijs notis inſignitas quàm his duabus, *Inſtitutione Chriſti & Traditione Apoſtolorum Patrúmque*, oſtẽtat; contineri Ordinem præ Abſolutione ſatisfaciendi, affirmamus; quem vnum vel maximè illis incluſum eſſe regulis, & intimè coniunctum palàm facimus. An idem qui Scriptor & Sanctorum Patrum Explanator, eodem in opere, & in vnicum dogma intentus, quod totum ex Regulis Sanctorum Pontificum, Doctorúmque conflatum eſſe profitetur; cùm illas in quæſtione facti poſuiſſet,

alias deinde ſubintellexerit in quæſtione iuris, quæ habet fundamentum, & cauſas, & momenta omnia in facto Antiquitatis & Traditionis collocata. At ſi non ſunt eædem, quomodo ijſdem inſignibus in vtráque quæſtione notantur? Video quid rei ſit. Sunt eædem ſi non conuiceris eas eſſe ab Arnaldo dictas inuiolabiles & immutabiles; quodſi conuiceris, non ſunt ampliùs eædem. Sic Arnaldus mox eſt idem, & non idem.

In prænotato Capite libri, qui inſcribitur. Deffence de Meſſeigneurs.

Animaduertit *SANCTITAS TVA*, ſpiſſam huius Dogmatis frontem, quam tandem aliquando perfregimus; Nam cùm hæc verba tam perſpicua, támque explanata ſcriptori obijceremus, ea ipſe ſic interpretatione ſua deliniuit, vt tantùm non retractaret. Indicauit enim, ad vnicam ſatisfactionis regulam ex duabus quas ſemper copulauit, eſſe referenda: nimirum ad eam quæ præſcribit Sacerdotibus vt, conuenientes admiſſis criminibus pœnas imponant. Nollem equidem hanc laudem retractationis illi inuidere, ſi pura & ſimplex eſſet; ſed cùm ad declinationem cenſuræ, & criminationem bonorum inuenta ſit, efficiendum eſt, vt ab ea fucus omnis remoueatur.

In primis ergo liquidum & exploratum eſt, ex quatuor pœnitentiæ regulis in Ritu antiquæ pœnitentiæ concluſis, quas Scriptor ex Innocentio primo, Diuo Gregorio, & Diuo Leone, aliíſque religionis Sacræ Magiſtris & Ducibus exculpſit; vt primùm, Confeſſio & petitio pœnitentiæ; Secundò, impoſito pœnitentiæ; tertio loco, executio pœnitentiæ; denique Abſolutio iuncta Communioni apponatur: in duas totum opus de frequenti Communione incubuiſſe, quæ ambæ cum ſatisfactione colligatæ ſunt; altera enim ſpectat menſuram ſatisfactionis vt cumulata ſit, altera verò ad tempus ſatisfaciendi pertinet, vt anteuertat Abſolutionem ſatisfactio. Quæ poſtrema regula propriè ordinem determinat antiquæ pœnitentiæ à noſtrate diuerſum. De alijs autem duabus regulis nihil quidquam Scriptor habuit, quod expoſtularet.

Cauſa 2. Sect. 2.

Quare, cùm propoſitum ei eſſet, vt in titulo capitis viceſimi ſecundi oſtenditur, diſſerere de pœnitentia conuenienter priſco Ritui adhibenda, argumentum

inſtruit ex ſatisfactione quàm Tridentini conſeſſus Patres, vt congruenter perpetratis ſceleribus præſcriberetur, imperarunt. Itaque ex illa parte & regula antiquæ pœnitentiæ per Concilij authoritatem vindicata, contendit omnes illibatas & inuiolabiles eſſe debere, probatione ducta ab æquabilitate ſeu vnitate rationis, quæ ſic exprimi ſolet, quæ ratio facit pro vnâ, facit pro omnibus. Sic enim argumentatur. *Cùm eadem ſit Dei Maieſtas quæ nunc offenditur; idémque crimen atque aliàs, quod committitur; æquum profectò eſt, vt idem homo, non aliter quàm olim ſatisfaciat, eidem Deo, in eádem Eccleſia.* Quod genus argumentationis quia commune eſt ambabus regulis de ſatisfactione antiquitus poſitis; concludit eas violari aut mutari ſine flagitio non poſſe; his verbis. *Quamobrem ſi corporis vulnera, id temporis, non alijs curationibus ſanantur, quàm abhinc annis mille aut bis mille, tantò neceſſe magis eſt, vt INVIOLABILES exiſtant regulæ à Chriſto poſitæ & per Apoſtolos eorúmque ſucceſſores traditæ.*

Non dixit eandem Regulam, *Sanctiſſime Pater*, ſed *eaſdem Regulas*, quas nempe gemino charactere tùm inſtitutionis Chriſti, tum traditionis Patrum, æqualiter impreſſas eſſe docuerat.

Quin etiam vt hæc tota res intimè peruideatur, nullâque vel minima ſpectantium oculis nubecula obtendatur, duas illas ſatisfactionis regulas, nempe vt plena ſit, & vt antecedat Abſolutioni, in vno eodémque *ſtatuto Dei* fixas ab Arnaldo fuiſſe demonſtro, ac proinde pari neceſſitate obſtrictas, pari iure inuiolabiles; neque enim negabit illud Sacroſanctum eſſe & intemeratum debere, quod à Deo ſtatutum eſt. Sic igitur habet [b] *huius ſanctæ Diſciplinæ vtilitatem agnoſcamus, cui, tot ſummi Pontifices, tot Concilia authoritatem dedere; quæ ſuam traxit originem ex PRÆSCRIPTIONE diuinæ menti infixa, qua ſic STATVIT DEVS tum propter Iuſtitiæ ſuæ rationes, vt peccata in ipſum commiſſa CONVENIENTI SATISFACTIONE expientur; tum etiam pro ſapientiæ ſuæ regulis, vt eiuſmodi SATISFACTIO INTERPONATVR inter Recognitionem criminis & Abſolutionem Sacerdotis; ſicut natura duce & experientia quotidiana docemur, in rebus Ciui-*

b *Recognoiſſons donc l'vtilité de cette Sainćte Diſcipline, autoriſée par tant de Papes, par tant de Conciles, & par tant de Sainćts, & qui a ſon origine dans l'ordre meſme qui eſt dans l'Eſprit de Dieu qui veut ſelon les loix de ſa Iuſtice, que les pechez commis contre*

libus offenſiones reconciliari non ſolere, niſi præmiſſa repræſentatione iniuriarum rebus aut perſonis factarum.

An ego vanus homo ſum, qui vtramque ſatisfactionis regulam in libro de frequenti Communione, pari vinculo decreti diuini nexam demonſtrare pollicebar? an non ambæ in oculos incurrunt notis germaniſſimis expreſſæ? Prima quidem, his verbis, *vt peccata in ipſum commiſſa, conuenienti ſatisfactione expientur.* Secunda, in his verbis, *vt eiuſmodi ſatisfactio interponatur inter Recognitionem criminis & Abſolutionem.* Quid enim per recognitionem criminis intelligitur, niſi criminis Confeſſio cum petitione pœnitentiæ? qui primus eſt obeundæ pœnitentiæ articulus, inter quatuor quos ſæpius deſcripſit his verbis. *Ordo pœnitentiæ pro noxis mortalibus ex Doctrina Sanctorum Patrum eſt; primo loco, Confeſſio & petitio pœnitentiæ; ſecundo, impoſitio pœnitentiæ; tertio, effectio pœnitentiæ iuſto temporis interuallo definita; quarto, Abſolutio.* Ex qua articulorum ſerie, conſtat ſatisfactionem medio loco inter Confeſſionem & Abſolutionem conſiſtere, adeóque nomine *recognitionis* in textu citato, Confeſſionem ſignificari: quod etiam vberius declarat hoc textu: c *Iuſtum temporis ſpatium præſcriptum eſſe debet, quo* (Peccator) *pœnitentiam agat, intra quod ſi communicaret, certè communicaret indignè. ATQVI SPATIVM ILLVD TEMPORIS ANTE CONFESSIONEM SVMI NON DEBET; ſiquidem iuxta conſtantem & immutabilem Eccleſiæ doctrinam, tenetur peccator confiteri peccata ſua Sacerdoti, vt ex illius præſcripto pœnitentiam peragat ab eóque ordinem pœnitendi accipiat.*

Ergo, vtraque ſatisfactionis regula notatur æqualiter *præſcripta, infixa, ſtatuta à Deo*, his verbis *præſcriptione diuinæ menti infixâ, quâ ſic ſtatuit Deus.* Niſi forte *Diuinæ Sapientiæ regulas* quibus Ordinem *interponendæ ſatisfactionis* mandari affirmat, minus immutabiles eſſe, quàm *Diuinæ Iuſtitiæ rationes* putabit Arnaldus, quibus plenam & congruentem ſatiſfactionem imperari docet. quod qui ſentiat non erroris modò, ſed impietatis crimen admittet. Itaque nullus tergiuerſationi locus Scriptori relinquitur, quin regulas quibus Ordo ſatisfactionis ante Abſolutionem explendæ continetur,

luy ſoient expiez par vne ſatisfaction conuenable; & ſelon les Regles de ſa Sageſſe, que CETTE SATISFACTION SOIT INTERPOSEE entre la reconnoiſſance du peché, & l'Abſolution du Preſtre; comme la raiſon naturelle, & l'experience cõmune nous font voir, que pour des fautes ciuiles, & qui ſe commetrent contre les hommes, on ne pretend point la reconciliation auec ceux qu'on a offenſez, qu'en reparant par auance les iniures reelles ou perſonnelles, qu'on a commiſes contre eux.

2. part. cap. 11. p. 345

c *Il doit y auoir vn eſpace de temps raiſonnable durant lequel il faſſe Penitence, & durant lequel il Communiroit indignement, s'il Communioit. Or cet eſpace de temps ne ſe peut prendre auant la Confeſſion, puiſque ſelon la Doctrine conſtante & indubitable de l'Egliſe, le Pecheur eſt obligé de confeſſer ſes pechez au Preſtre, pour en faire Penitence, par ſon Ordonnance, & pour receuoir de luy l'ordre de la ſatiſfaction.*

2. par. c. 13. p. 344

dixerit eſſe inuiolabiles, & magis quàm Hippocratica ſcita, immutabiles, aut quam naturæ proprietates.

An poſſumus aliquid afferre, *SANCTITATI TVÆ*; clarius & conteſtatius, ad ſolidam perſpicuitatem euidentiámque propoſiti Dogmatis exprimendam? Vrgemus tamen adhuc, & Scriptorem etiam proprijs Conſcientiæ ſtimulis pungimus; vt quod in omni diſceptatione ſummum eſt, teſtimonio ſuo conuincatur. Oportet ſimulatorem eſſe memorem, vt in prouerbio dicitur; cùm ergo duas de veteri pœnitentia inſtauranda regulas poſuerit, alteram quæ ad menſuram æqualitatémque pœnæ pro merito noxarum, alteram verò quæ ad tempus ordinémque explendæ pœnæ commeritæ ſpectat, mirabile eſt, *Sanctiſſime Pater*, quòd affirmet Arnaldus tanti eſſe momenti ſecundam præ altera, vt, ſi vel hæc ſola retineatur, poſſit explere vices ambarum, hodiéque ſufficere ad iuſtam pœnitentiæ temperiem inducendam.

Non impingo falſitatem. Verba Scriptoris diſerta ſunt iſta. [f] *Igitur ſi ex omnibus antiquæ pœnitentiæ externis partibus, nihil admodum amplius retineatur, quàm ſeparatio à Chriſti corpore, quæ PARS MAXIMI MOMENTI EST PATRVM IVDICIO, quia priuationem beatitudinis repræſentat, facillima quoque hominibus, quia nemo eſt illius vſurpandæ non idoneus, quæ affligendo animo quàm corpori accommodatior eſt, quæque bonorum operum exercitationi coniuncta, defectum quandóque aliarum pœnarum quæ ſuſtineri nequeunt ſupplere poteſt, cùm ex vero Dei impulſu ſuſcipitur, comitémque habet moderationem, & æquabilem viuendi formam. Quis eſt QVI TEMPERAMENTVM non probet tam iuſtum támque rationi conſentaneum?*

[f] *Tota verba Idiomate ſuo repræſentantur,* Causâ 1. Sect. 1.

An non hic textus facit, vt Arnaldus proprio iudicio conuictus hæreat, & fateatur, quòd hactenus contendimus: ſi vnicam è duabus ſatisfaciendi regulis ſtare voluit inconcuſſam & ſtabilem, quando edixit in alio textu à nobis citato, *Neceſſe eſſe vt inuiolabiles exiſtant Regulæ à Chriſto poſitæ, & per Apoſtolos eorúmque ſucceſſores traditæ, quippe quæ immutabiles magis ſint quàm rationes Hippocratis, aut naturæ proprietates*, id propè ſingulariter dictum eſſe, de regula præſcribente Ordinem & tem-

pus *ſeparationis à Corpore Chriſti* quod idem eſt cum ſuſpenſione Abſolutionis. Nam ſi quæ eſt ex illis quæ immutabilitate donari debet, illa certe quæ *maximi momenti Pars eſſe iudicatur à ſanctis Patribus.* e Illa, *quam Eccleſia ſemper iudicauit conditioni pœnitentis ſatisfactionem eſſe maximè conuenientem; Ieſu Chriſto acceptiſſimam, peccatori denique maximè ſalutarem.* Cogitur ergo eò reuolui, vnde ſe argutijs extricatum putabat. Vt Ordinem ſatisfactionis ante Abſolutionem obeundæ, pro inuiolabili & minùs quam Hippocratica decreta aut naturales affectiones vario & mutabili, à ſe conſtitutum eſſe, fateatur.

e *Car ne monſtrent elles pas clairement combien ces ſages Directeurs ſont louables, qui pour accomplir autant qu'il ſe peut, cette proportion de la ſatisfaction au peché, s'efforcent d'accompagner toutes les auters ſatisfactions de la ſeparation de l'Eucharistie pour vn temps, comme de celle que l'Egliſe a touſiours iugée la plus conuenable à l'eſtat d'vn Penitent; La plus agreable à Ieſus-Chriſt; La plus ſalutaire au Pecheur.*
2. par. c. 23. p 477

Hæc porrò ſententia, ſic connexa eſt cum illa quam tractauimus, in qua Scriptor affirmat *Doctrinam ordinis illius, perinde ac Dei ſpiritum, immutabilem eſſe*, vt vel inde coargui aut contradictionis, aut timidæ diſſimulationis non immeritò, poſſit; Quid enim differt *Doctrina Ordinis ſatisfaciendi, à Regula Ordinis ſatisfaciendi?* aut quid aliud eſt Doctrina Moralis, & Pratica, quàm Moralium collectio quædam & comprehenſio regularum? Itaque qui *Doctrinæ de Ordine ſatisfaciendi* immutabilitatem tribuerat, *Regulis* quoque eundem Ordinem definientibus dare debuit, & reipſa Author libri de frequenti Communione, quiſquis eſt, dedit: ſed idem ille ex Authore factus interpres, ſi tamen idem, quia receſſum aliquem videbat in quem longiùs iret, ſi doctrinam de Ordine ſatisfactionis, immutabilitate donaſſet, id ipſum verò ſi de regulis eiuſdem Ordinis fateretur, nihil videbat quò ſe vltra reciperet, atque ab Anathematis ictu defenderet; maluit à mente ſua videri alienus, quàm malè aſſerti Dogmatis retractator exiſtimari. *Hoc præmittendum eſt*, inquit experientiſſimus Baronius, *quòd peculiare* omnium Dogmatiſtarum *ſemper fuit, nunquam perſtare in eâdem ſententia, ſed pro loco & tempore varias induere formas.*

Baron. ad an. chr. 254. n. 66.

Non ceſſant illi tamen, *Sanctiſſime Pater*, in tanta luce veritatis & Euicti erroris patefactione, Calumniarum nos in vulgus arceſſere, & tanquam iniuſtos fratrum Criminatores plenis faucibus accuſare, qui non niſi aduerſùs eorum nouitates vnquam caſtra moui-

mus. Sed nos, & rectæ Conſcientiæ teſtimonium ſuſtentat, & ſpes erigit recreátque animos noſtros, diſſipatum iri tenebras huius offuſæ noctis, quando extracta vernaculis fallaciarum inuolucris Doctrina, quæ ducit populares animos; in aſpectum *Sanctitatis tuæ* prodierit. Interim verò recolimus illud Diui Ambroſij conſolatorium dictum, & eo mirificè reficimur. *Mens quæ Chriſto Ieſu feliciter nupſit, quæque ei in Crucis Thalamo libens volénſque coniuncta eſt, nihil tam glorioſum exiſtimat, quàm vt Crucifixi ſui iniurias ſecum ferat.* Ambro. l. 2. offic. cap. 37.

SVMMA EXPOSTVLATIONIS.

QVÆSITVM, An orthodoxè ſcripſerit Author libri de frequenti Communione? *Regulas Antiquæ Pænitentiæ*, quas toto opere ſuo ita deſcripſit. Vt 1. pœnitens peccata confiteatur. 2. Excommunicetur accipiátque pœnitentiam. 3. Pœnitentiam expleat. 4. Abſoluatur. *Eſſe inuiolabiles & magis immutabiles, quam rationes Hippocratis aut naturæ proprietates. Et pro ſtatuto quodam Dei* habendas. Et quòd *ſine ſcelere inueri hæc ſatisfactio non poſſit*. Hoc eſt, quòd ſatisfactio poſtponi Abſolutioni, ſine ſcelere non poſſit. *Suprà, fuſè, & vernaculè tota verba relata ſunt.*

Taceo cauſas expoſtulandi, quia per ſe ſatis conſtant; quid enim magis iniurioſum excogitari poteſt Eccleſiæ, quàm vt accuſetur violaſſe regulas inuiolabiles? demutaſſe immutabiles? ſtatutum Dei refixiſſe? denique id inuertiſſe quod ſine crimine inuerti non potuit?

CAVSA SEPTIMA
COMMOTIONIS.

MVLTIPLICES LOCI FALLACIARVM, IN LIBRO DE frequenti Communione deprehenſi.

NVLLVS fere Dogmatiſtes non latere ſtuduit, dum primos Doctrinæ ſuæ ſatus in Eccleſiæ ſinum funderet, *Sanctiſſime Pater*, quippe imitator eſt illius è ſacra pagina ſeminatoris nocturni, qui per tenebras, ſementem malignæ ſegetis in alienum agrum immittit. Siue etiam id fieri dicam, propterea quòd omnis in malum conflata ſocietas timida eſt, donec collectis viribus & copijs confirmata, ſtare per ſeipſam poſſit.

Hoc documentum in ore habuit Eminentiſſimus Cardinalis Richelius, Caluinianarum reliquiarum in Gallia profligator feliciſſimus, dum cauſam percontantibus Viris Illuſtribus, Regnique Proceribus, cur Vergerium de Hauranne, vulgò Abbatem San-Cyranum dictum, Sectæ hodiernæ Ducē & Anteſignanum, honeſtâ cuſtodiâ ſeruari Rex Chriſtianiſſimus imperaſſet; hoc reſponſum dedit. Si Cardinalis Caietanus Lutherum maturè compreſſiſſet, dum per ſpeciem fictæ retractationis, virus reſorbere ſuum videbatur, vt tempus duceret, ſibique & ſocios &, vires & authoritatem, & impunitatem compararet; non ea olim extitiſſent in Rempublicam Chriſtianam luctuoſa mala, quæ tam dirè illam vexarunt, & tantùm non oppreſſerunt. Hæc ille, quæ ab Auditoribus æquiſſimè accepta ſunt. Sic eſt, *Sanctiſſime Pater*, nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm quæ ſub Religionis

D. Bern. ſerm. 66. in Cant.

vmbra latent. Etenim vt ait Diuus Bernardus. *Minùs ſemper malitia palam nocuit, nec vnquam bonus niſi boni ſimulatione deceptus eſt.*

Hæc autem eo à me dicuntur, non vt quemquam inſimulem erroris (id enim mihi non aſſumo) ſed vt ne opus ſit longiùs accerſere exempla,& eruere ex antiquis monimentis eorum nomina, qui verſipelle ingenium in ſerendis Dogmatibus attulerunt. Sanè Priſcillianiſtas,ait D.Auguſtinus,*Hæreſim ſuam non ſolùm negando atque mentiendo, verùm etiam peierando occulendam exiſtimaſſe.* Quæ cauſa fuit cur Doctor ille Maximus, viam tenuerit Analyticæ noſtræ ſimilem, in expiſcandis illorum erroribus. *Vt quid enim*, inquit, *eos tantâ curâ veſtigare atque indagare conamur? niſi vt captos in apertúmque productos, aut etiam ipſos veritatem doceamus, aut certè veritate conuictos nocere alijs non ſinamus.* D. Auguſt. l. 2. retract. c. 60.

Quod igitur occultis primùm Sermonibus & Conuenticulis diſſeminatum in Gallia eſt ab illo Totius Sectæ Coryphæo Abbate, obligatâ fide ſecreti; Erat enim, vt accepimus, pro fœderatorum teſſera, illud Oratoris Romani dictum; Quòd ſectæ ſuæ decreta prodere ſcelus eſt, non minus quàm patriam. Id, cùm non proficeret ex illorum voto ſatis, neque optatam meſſem daret: inter eos deliberatum eſt,vt typis peruulgaretur, aliquo tamen velo obductum, quo ſuam Nouitatem tegerent.

Optimum Religionis velum, viſa eſt Antiquitas; & Traditio Maiorum. Hæc enim faceret, vt nihil fraudis ſuſpicantes oculos caperet, obiecta ſpecie probitatis antiquæ in mores noſtros reportandæ; Interim dum ipſi priuatim publicéque ſuum illud purum putúmque Dogma, quale hactenus ex libro de frequenti Communione hauſimus, non ſegniter proueherent: atque homines nouarum rerum cupidos, Clangor illius tubæ, quæ ſæpius in eo libro perſonat, *Qui habet aures audiendi audiat*; excitaret; totámque plebem tumultuoſis rumoribus impleret. Hæc ita geſta ſunt, vt iam neminem lateant, ſed in omnium oculis poſita, ſint, atque defixa.

Ego verò, velum illud reduco,& omnes artes atque

ſtrophas operis de frequenti Communione concepti explico per Analyſin; quæ non eſt tantùm veri Inuentrix, ſed etiam falſi Inueſtigatrix, & illius omnis artificij, quod ſimulatione veri tegitur, Vltrix ac Vindex. In eum igitur locum venimus, *Sanctiſſim. Pater*, in quo poſt finem libri de frequenti Communione à nobis deſignatum, poſt eiuſdem axiomata vulgata, poſt eductas è proprijs argumentorum ſedibus infidas rationes concludendi; detegendæ fallaciæ ſunt, quibus ita ſua Dogmata inuoluunt & obnubilant nouæ Pœnitentiæ Magiſtri; vt quantum affatim ſatis eſt lucis, dent hominibus qui ſeipſos ad id genus doctrinæ aggregare expetunt. Minimum autem præbere ſe putent ijs, qui errores illos propalare, & in ius forúmque Theologiæ producere ſuſciperent. Verumtamen in hac Dei cauſa, Deus ipſe aſpirabit; cui, cùm omnis diſſimulatio eſt odioſa, tum ea præſertim quæ rerum ſacrarum fidem violat, eſſe ſolet infenſiſſima. Faciet igitur ille veritatis amator & parens, vt in oculis & conſpectu *Sanctitatis tuæ*, omnes libri de frequenti Communione ambages, atque omnium pro illo ſcriptarum Apologiarum verſutias & calliditates enucleatè explicemus.

SECTIO I.

PRIMVM GENVS FALLACIÆ. OBSCVRITAS AFFECTATA Scriptoris libri de frequenti Communione in ſuo de Pœnitentia Dogmate tradendo, duobus exemplis oſtenditur.

INSIGNIS eſt hic vterque locus, *Sanctiſſime Pater*, vt ingenium Scriptoris quale ſit, oſtendatur; oſtensâ autem ingenij & animi indole, artes eius omnes faciliùs patebunt.

Primus locus eſt, in quo Arnaldus per ambages quaſdam ſententiarum, verbis tamen clariſſimis, Ordinem relegandi à Communione Pœnitentes pro qualibet noxa mortali contracta, dictat eſſe neceſſarium;

non

non tam ſuâ quàm Tridentinæ Synodi interiecta Authoritate. Sic enim ait eo capite, in quo Decreta Concilij Tridentini generalia cum particularibus à Diuo Carolo de Pœnitentia editis componit. *Poſt hæc verò, quis eſt qui dubitet, quin ſpiritus ſanctus, qui in Concilijs ſæpe loquitur linguâ ſacræ Scripturæ, hoc eſt, linguâ abbreuiatâ, & includente Sententias ſub littera non tam perſpicuas; dicere poſſit ijs qui ſibi perſuadent* (Concilium Tridentinum) *alio modo quàm antiqua Concilia locutum eſſe DE NECESSITATE POENITENTIÆ QVANTVM SPECTAT ILLIVS CAPVT PRINCIPALE, Quis dubitet, inquam, quin iure merito dicat, quod Chriſtus Ieſus Iudæis, quibus ſe ſimiles diſſolutione morum reddiderunt; Qui habet aures audiendi audiat? Quiſquis enim gratiâ & dono intelligentiæ pollet ad Concilij verba bene capienda, nunquam illi auſcultare deſinet, eíque morem gerere, QVANDO DABITVR OCCASIO IN GRATIAM CVM DEO PER VERAM POENITENTIAM REDEVNDI; poſtquam didicerit ex Diui Caroli regulis, atque etiam ex praxi eius Diœceſeos, quomodo accipiendæ ſint.*

Hæc ille, quibus manifeſtè conteſtatur Concilium Tridentinum non alio modo quàm Antiqua Concilia locutum eſſe *DE NECESSITATE pœnitentiæ, quantum ſpectat illius Caput principale*, Quodnam autem ſit illud Caput principale pœnitentiæ, docuit textu iam ſæpius citato, non eſſe aliud niſi ſeparationem à Chriſti corpore, his verbis, *Igitur ſi ex omnibus Antiquæ pœnitentiæ externis partibus, nihil admodum amplius retineatur, quàm SEPARATIO A CHRISTI CORPORE QVÆ PARS MAXIMI MOMENTI eſt Patrum iudicio.* En quomodo ſeparationem à corpore Chriſti, ſeu ſuſpenſionem ab Euchariſtia, appellat, *partem maximi in pœnitentia momenti à ſanctis Patribus iudicatam*, hoc eſt niſi fallor Caput Pœnitentiæ principale. Itaque de neceſſitate huius partis principalis videndum eſt quid dixerint Concilia, Tridentino, ætate ſuperiora. Id autem fuſiſſimè & ex inſtituto Scriptor declarat toto capite octauo ſecundæ partis cùm præcipuos priſcorum Conciliorum teſtes & promulgatores certiſſimos, vno ore, non tam ſuo quàm totius Eccleſiæ pro-

Apres cela, qui peut douter que le ſainct Eſprit, qui dans les Conciles parle ſouuent le langage des Eſcritures, c'eſt à dire vn langage abregé, & contenant de ſens qui ne paroiſſent pas ſi clairement ſous la lettre, ne puiſſe dire à ceux qui croient qu'il a parlé autremẽt que les anciẽs Cõciles, DE LA NECESSITE DE LA PENITENCE TOVCHANT LE POINT PRINCIPAL. Qui doute, diſie, qu'il ne leur puiſſe dire ce que Ieſus-Chriſt diſoit aux Iuifs, auſquels le relaſchement de leurs mœurs les rend ſemblables: Qui habet aures audiendi audiat. *Parce que celuy qui a la grace & le don d'intelligence, pour bien comprendre les paroles du Concile, ne manquera iamais de l'eſcouter, & de luy obeir aux occaſions, où il s'agira de rentrer dans la grace de Dieu, par vne vraye Penitence, aprés auoir appris par les Regles de ſainct Charles, & par les pratiques de ſon Dioceſe, comment il les faut entendre.*

2. part. cap. 43. p. 586.

nunciantes inducit. *Neceſſarium eſſe vt peccator pœnitentiam agat de peccatis, non modò ante quàm communicet, ſed etiam antèquàm abſoluatur.* In hanc itaque conſequentiam ſuo nutu & pondere ruit oratio, quòd ſimiliter Concilij Tridentini Patres cum alijs præcurrentibus Eccleſiæ Patribus & Magiſtris, in neceſſitatem Capitalis illius & primæuæ partis conſenſerint. Causâ 2. Sect. 1.

Ex hac autem tam luculenta notatione loci, obſeruat *Sanctitas Tua*, Scriptoris artes. Mirabile enim eſt qua verſutia ſermonis eò peruenerit, quò palàm ire metuebat. Primùm fatetur à Concilio Tridentino Dogma ſuum non fuiſſe pleno & rotundo ore expreſſum, ideóque recurrendum ad breuiloquentem linguam Spiritus ſancti & ſcripturarum: præterea, id breuiatum Dogmatis ſui verbum, capi non poſſe denunciat, niſi ab eo qui aures auritas habeat, & oculos oculatiſſimos; tertiò, opus denique eſſe illapſu quodam diuino qui ſi mentem alicuius inceſſerit; profitetur, eiuſmodi hominem nunquam commiſſurum deinceps, vt aliâ viâ *per veram pœnitentiam* cum Deo reconcilietur.

An non ſtylus iſte plenus magnificæ ambagis Dogmatiſten ſapit? Dicant illi qui non aliam dimittendæ Abſolutionis neceſſitatem doceri in libro de frequenti Communione ſuſtinent, præter eam, quæ *in caſibus particularibus*, à Concilio Tridentino notatur; cur huius operis Scriptor hanc neceſſitatem breuiatiatione verbi contractam, ſub litteræ Cortice latitantem, Myſteriíque obſcuritate ſimilem faciat? Adeo vt opus ſit *aures audiendi* habere. Cùm verba Concilij Tridentini *de caſibus particularibus* in hanc rem dicta, per ſe ſe clara ſint & pura, atque etiam per Catechiſmum de eius nomine ſcriptum enucleata.

Nos autem, in quo conſiſtat Verbum Concilij Tridentini abbreuiatum, ex toto contextu libri de frequenti Communione, ex commiſſura omnium partium cum primario illius Dogmate, atque ex illo apparatu Conciliorum Patrúmque, quem ſplendidè Arnaldus inſtruxit ad educendum aliquid minimè peruium & vulgare, explanauimus. Verbùm porro

iſtud eſt, quòd vt Priſca Concilia, ita Tridentinum edixerit, Neceſſarium eſſe in Vſu communi Pœnitentiæ, Reos cuiuſcumque peccati mortalis, diuulſos diſiunctóſque ab Euchariſtia tenere. Sed ita dixerit, vt dixiſſe, niſi diuino quodam Spiritu afflatis, non videatur.

Qua in re, ne quid dubitationis reſideat, reuoluenda tantùm verba ſunt quibus Scriptor periodum ſuam claudit. *Quiſquis enim* (Inquit) *gratiâ & dono intelligentiæ pollet ad Concilij verba bene capienda, nunquam illi auſcultare deſinet, éique morem gerere, QVANDO DABITVR OCCASIO, IN GRATIAM CVM DEO PER VERAM POENITENTIAM REDEVNDI.* Quibus inſinuat, non patere aditum *per veram pœnitentiam* ad Deum reuertendi, niſi ſeruetur pars illa primaria Antiquæ Pœnitentiæ in ſuſpenſione Abſolutionis poſita; & pro neceſſaria, ab omnibus antè Concilijs, ipſóque etiam Tridentino iudicata.

Si nondum denique huic fideliſſimæ interpretationi factum eſt ſatis, reſumatur alius locus iſti reſpondens ex libro de frequenti Communione: vbi Scriptor conatum Concilij Tridentini in redintegranda Pœnitentia abbreuiatum quoque facit, non ſecus atque illius verbum. *Hoc equidem* (Inquit) *ſtudio incenſus, vt documentum aliquod traderem Rectoribus animarum, quo ſanctas & Eccleſiaſticas Pœnitentiæ regulas recognoſcerent; eam in hoc opere delineare inſtitui, qualis in Traditione Eccleſiæ reperitur conſtituta, non modò per Sanctos Patres, & ANTIQVA CONCILIA, verumetiam recens per CONCILIVM TRIDENTINVM, cui cùm obfuiſſet temporum calamitas hominúmque durities, de qua queritur, ne IN INTEGRVM vendicaret, nihilominus in hanc rem, Pœnitentiam publicam pro peccatis publicis repoſuit, tum ſex ſeptémue multiformes vias aperuit, quibus antiquas pœnitentiæ regulas in vſum reuocaret.*

Extat Idiomate Gallico textus, In Cauſa 1. Sect. 1. *expreſſus.*

Ex his nemo non videt, quomodo conatus breuiatus Concilij Tridentini, verbo eiuſdem breuiato reſpondeat ex mente Arnaldi, qui menſuram ſuo Dogmati nullam reperire poteſt niſi abbreuiatam. Alterum eiuſdem obſcuræ & flexiloquæ ambagis exemplum aperio in quodam Epiphonemate, quo Scriptor

libri de frequenti Communione, hanc de Ritu antiquæ pœnitentiæ obſeruando controuerſiam ita dirimit. *Indubitatum ergo manere debet, quòd D. Cypriani temporibus, ex ſenſu & ſpiritu vniuerſæ illorum temporum Eccleſiæ (quæ ab huius temporis Eccleſiâ per hæreticos ſolùm diſiungitur, neque verò ſine ſacrilegio, & non niſi violata eius vnitate diſiungi poteſt) multis diebus ante Communionem in Pænitentia conſiſtendum ſit, ſi quando amiſſum fuerit per mortalia peccata, ius Baptiſmo comparatum, communicandi corpori & ſanguini Ieſu Chriſti.* Quorſum hæc clauſula, de ſeruandâ vnitate Eccleſiæ, in hunc locum tam ſubtiliter inſeritur? Quorſum oratio præteriti temporis, per verbum de præſenti redditur? An non iuuat hîc ſolenne libri de frequenti Communione celeuſma ingeminare? *qui habet aures audiendi audiat*; & intelliget ſanè quid efficere Arnaldus velit. Nempe is ipſe qui Traditionem pro Articulo fidei & regula vnica Diſciplinæ Eccleſiæ poſuit, nunc indigitat hoc Epilogo ſuo, continuatam propoſitæ traditionis ſeriem abſque periculo ſchiſmatis abrumpi non poſſe.

Il doit donc demeurer pour indubitable qu'au temps de S. Cyprien, ſelon le ſentiment & l'eſprit de toute l'Egliſe (qui ne peut eſtre diuisée de l'Egliſe de ce temps que par les ſeuls heretiques, & ne le peut eſtre ſans ſacrilege & ſans violer ſon vnité) il faut eſtre pluſieurs iours en Penitence, auant que de Communier, lors qu'on a perdu par les pechez mortels le droit qu'on auoit acquis par le Bapteſme au Corps, & au ſang de Ieſus Chriſt. 2. part. cap. 13. p. 392.

Itaque memores illius Auguſtiniani dicti, *Pelagius veretur intelligi*. Poſtulamus à *Beatitate tua*: ecquid redoleat affectata libri de frequenti Communione obſcuritas, in *neceſſitate Pœnitentiæ, quantum ſpectat illius caput principale* explicanda? cur *linguam abbreuiatam* hac in parte Concilio Tridentino Arnaldus tribuat? cùm nihil quicquam fuerit à Concilio Tridentino diſertius & articulatius explanatum? Cur *ſub litera, non tam perſpicuam latere ſententiam* affirmet? Cur *aures audiendi*, in re tam certa & explorata deſideret? Quò denique aliò ſpectet interpoſitio clauſulæ in textu D. Cypriani allegando, cum indicatione præſentis temporis, niſi vt noſtra tempora derelicti priſtini moris tacitè inſimulentur, & ſchiſmatis accuſentur? Veluti ſi quis Author eſſe vellet, vt Baptiſmus iterum immerſione perficeretur. Et circumſpectè diceret. Ex ſententia primorum temporum Eccleſiæ (quæ ab huius temporis Eccleſia per hæreticos ſolùm diſiungitur, neque verò ſine ſacrilegio, & non niſi violata eius vnitate diſiungi poteſt) homines extra mortis periculum po-

August. l. de grat. ch. c. 9.

QVAESITVM.

ſiti, trinâ merſione tingendi ſunt, vt efficiantur Chriſtiani. Quis non fraudem odoraretur iſtam? quis non cerneret? Quis non exploderet?

SECTIO II.

SECVNDVM GENVS FALLACIÆ. SEV, DISSIMVLATIO Scriptoris Libri de frequenti Communione, quâ præ ſe fert in Titulis quibuſdam & ſententijs ex compoſito factis, nihil aliud ſe velle quàm commendare vtilitatem & præſtantiam Ordinis Antiquæ Pœnitentiæ præ noſtro, dum toto pondere Authoritatum & tota Argumentationum mole vrget Ordinis illius neceſſitatem immutabilem.

In hac Sectione, referuntur ea, quæ continentur in ſex primis Capitibus ſecundæ partis Libri Apologetici, qui inſcribitur, Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

HÆC ſecunda Fallaciæ forma & ſpecies, affinis eſt priori, *Sanctiſſime Pater*, & in eo verſatur, quòd Arnaldus aliud agit, aliud ſimulat. Nam præ ſe fert nihil ſibi in animo propoſitum eſſe, quàm commendare vtilitatem & præſtantiam Ritus antiqui præ noſtro. Et ab eo remouere ſuſpicionem temeritatis velle, quam ei aduerſarius quidam affinxiſſet, dum ipſe omnem vim authoritatum colligit, omnia rationum firmamenta, omnémque dicendi facultatem explicat, ad aſſerendam illi Ritui neceſſitatem ineluctabilem. Qua fraude, duo ſe conſequi poſſe putat Arnaldus. Primum, vt ab opere ſuo cenſuram depellat. Deinde vt Calumniæ crimen inferat operis ſui reprehenſoribus. *Sed nimis peruersè ſeipſum amat qui & alios vult errare, vt error ſuus lateat.* Inquit Diuus Auguſtinus. *Auguſt. Ep. 2.*

Si non huc vſque argumenta retuliſſemus plurima, quibus pugnaciſſimè certat Arnaldus pro antiqui Ordinis neceſſitate & lege, quam vocat inuiolabilem; ſi non ea coram *Sanctitate tua* feciſſemus luce ſolis clariora, fortè in nobis aliqua huius criminationis hærere poſſet opinio. At poſtquam ſubiecta oculis, explorata ſenſibus, conteſtata ſcriptis, & conuicta res eſt; nihil deſiderari amplius poſſe video, niſi vt inanitas

Recõnoiſſons donc l'vtilité de cette ſaincte Diſcipline, authoriſée par tant de Papes, par tant de Conciles, & par tant de Saincts, & qui a ſon origine dans l'Ordre meſme qui eſt dans l'eſprit de Dieu; qui veut ſelon les Loix de ſa Iuſtice, que les pechez commis contre luy ſoient expiez par vne ſatisfaction cõuenable; & ſelon les regles de ſa ſageſſe, que cette ſatisfaction ſoit interposée entre la recognoiſſance du peché, & l'abſolution du Preſtre; comme la raiſon naturelle, & l'experiẽce cõmune nous font voir, que pour les fautes Ciuiles, & qui ſe commettent contre les hommes, on ne pretend point la reconciliation auec ceux qu'on a offenſez, qu'en reparant par auance les iniures réelles ou perſonnelles, qu'on a commiſes contre eux.

2. part. cap. 11. pag. 345.

illius captioſæ purgationis, appoſitione exempli diſplodatur. Sumo illud ex capite vndecimo, atque ex his illius verbis. *Huius ergo ſanctæ Diſciplinæ VTILITATEM agnoſcamus, quæ ſuam traxit originem EX PRÆSCRIPTIONE DIVINÆ MENTI INFIXA, quâ ſic STATVIT DEVS, tum propter Iuſtitiæ ſuæ rationes, vt peccata in ipſum commiſſa conuenienti ſatisfactione expientur, tum etiam pro ſapientiæ ſuæ regulis, vt eiuſmodi SATISFACTIO INTERPONATVR, inter Recognitionem criminis & Abſolutionem Sacerdotis, ſicut natura duce & experientiâ quotidianâ, docemur in rebus ciuilibus offenſiones reconciliari non ſolere, niſi præmiſſa repræſentatione iniuriarum rebus aut perſonis factarum.*

Hæc ille, quibus ita ſe tueri contra noſtram accuſationem ſolet. Videte (inquit) quemadmodum in ordine antiquæ Pœnitentiæ *vtilitatem* expreſsâ & nuncupatâ voce, non verò *neceſſitatem* prædico? At Ego, contrà, videte vt voce tenus, *vtilitatem*, re verò ipſa, *neceſſitatem* præcipiat? cùm Ordinem illum, *Statutum Dei vocat*, ex *præſcriptione diuinæ menti infixâ natum, propter Iuſtitiæ diuinæ rationes poſitum; ex ſapientiæ diuinæ regulis conflatum; natura duce & experientia ipſa comprobatiſſimum.* Potuitne cauſas & rationes neceſſitatis conſtituendæ excogitare potentiores? Exemplum vnum dedimus, infinita ſunt, præſertim in titulis, quorum pleríque, qui in quæſtione iuris tractandâ poſiti ſunt, verbis ex compoſito factis, ad vtilitatem, aut præſtantiam, aut vindicationem Ordinis antiqui detorquentur: res autem illis ſubiecta, hunc ipſum Ordinem, vinculo perpetuæ neceſſitatis adſtringunt.

Hæ ſunt argutiæ, quibus continuò Scriptor ludit in Apologijs, dum callidè ad ea quæ objiciuntur, reſpondet, exhibendo alia de eodem libro verba, quibus contraria in ſpeciem ſententia retexitur. In ſpeciem dico, quia ſi quis omnes illius Dogmatis angulos exploret excutiátque, vix inueniet aliam contradictionem quàm palliatam, vt cernere eſt in his duobus vocabulis, *vtilitatis & neceſſitatis*, quæ in vnam eandémque rem optimè cadere poſſunt. Nunquam enim Scriptor de frequenti Communione dixit, Ordinem antiquæ

pœnitentiæ eſſe vtilem tantùm; vel eſſe præſtantiorem noſtrate tantùm, ſed cum vtilitate & præſtantia ſummam illius neceſſitatem coniunxit. Sicut enim lex Euangelica, meritò vtilis & præſtans appellatur; vtilior quoque & perfectior ſi comparetur cum lege veteri, nominari poteſt; quæ non impediunt, quo minùs illi ſumma neceſſitas conueniat. Similiter à ſeipſo non diſſentit Arnaldus, tum, cùm Ordini veteris Pœnitentiæ, indiſſolubilem iuris neceſſitudinem apponit, & tamen eundem ſimul ab vtilitate ac præſtantia commendat; Enim verò, etſi duo aduersùm ſe pugnantia, vno in opere idem Scriptor adiunxiſſet; nihil nouum, aut à Dogmatiſtarum more & ingenio diuerſum feciſſe videretur, qui toti ſcatent contradicentibus ſententijs, ſiue quia nihil eſt vnum, & perpetuò conſtans præter verum, à quo illi receſſerunt. Siue id dolosè agunt, vt habeant etiam arma veritatis, quibus falſitatem propugnare ſuam poſſint. Vt vt ſit, neque enim ego cum Arnaldo in eo pugnabo; quo minùs vtrum velit ex his duobus, eligat, excuſationem inde nullam ſibi apud eruditos iudices comparabit. Cenſura, errorem vbi vbi eſt, perſequetur & vindicabit. Veritatem intactam eſſe ſinet.

SECTIO III.

SVMMA PRÆCEDENTIS DISCVSSIONIS.

QVÆSITVM primum, An non verè conſtet; Quod Scriptor libri de frequenti communione per ſpeciem vtilitatis & præſtantiæ, reipſa neceſſitatem Ritui antiquæ Pœnitentiæ adſtruere moliatur?

CAVSA poſtulandi eſt, quia notas neceſſitatis, illi Ritui omnes adſcripſit. Vocauit Traditionem duodecim Sæculorum, & praxim Originalem atque Apoſtolicam, inſtitutum præſcriptúmque Chriſti, & omnium Conciliorum atque Patrum, legem nunquam

Hæc in cauſis præcedentibus demonſtrata ſunt.

abrogatam, Doctrinam immutabilem, Regulam inuiolabilem. Nunc denique *ſtatutum Dei* vocat *ex præſcriptione Diuinæ menti infixa* profectum. Quo nihil dici poteſt ad neceſſitatem importandam potentius.

QVÆSITVM ſecundum. Vtrum Scriptori de frequenti Communione hoc ſaltem concedendum ſit; quod in prætextu ſumit. Videlicet Ritum antiquæ Pœnitentiæ qualem deſignauit, vt Primò, Confeſſio; Secundò Excommunicatio & impoſitio Pœnitentiæ; Tertiò, Effectio pœnitentiæ; Quartò, Reconciliatio exhibeatur: vtiliorem & præſtātiorem eſſe, quàm ſit Ordinarius ille qui nunc in Eccleſia ſeruatur.

Cauſâ 2. Sect. 6. & 7.

D. Auguſt. Ep. 50. ad Bonifac.

CAVSÆ expoſtulandi ſunt. Ritus pœnitentiæ his quatuor articulis deſcriptus, non pertinebat ad omne genus peccati mortalis, vt fusè antea declarauimus; Immerito igitur ingenij ſui figmenta, veris & ſolidis Eccleſiæ ritibus præfert. Deinde, nego fas eſſe homini priuato ita arbitrari de Ritibus ſacris, vt inuſitatum anteponat vſitato, & præſtabiliorem eſſe iudicet. *Cogunt enim*, vt ait D. Auguſtinus, *multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum.* Quondam trinâ immerſione perficiebatur baptiſmus, in quo ritu expreſſior erat mortis in Chriſto abſconditæ, & reſurrectionis per Chriſtum adeptæ ſignificatio; quàm in aſperſione; an propterea licebit etiam nunc, ritum immergendi poſliminio tanquam digniorem reuocare? Ritus ſub vtróque ſymbolo communicandi, magis ad primam inſtitutionem accedit, præbétque non ſolùm cœleſtis nutrimenti copiam, ſed animum quadam diuini potus hilaritate lætificat; an idcirco reducendus? nequaquam. Quia hunc morem mutauit Eccleſia, vtilitatum noſtrarum gnariſſima. Quíque tum erat optimus cùm erat in vſu Eccleſiæ; poſtquam ab Eccleſia fieri deſijt; fit malus.

Tertiò, In admiſtrandis ſuſcipiendíſque Sacramentis optima regula eſt Ritus quem Romana Eccleſia tenet, vt non alio vtamur ordinario quam quo ordinariè vtitur, & quem in Rituum libris probat mandátque. Norunt autem omnes qui ſciunt legere,

hunc

hunc noſtratem, non illum libri de frequenti Communione præſcribi in Ritualibus; hunc inquam, noſtratem eſſe, qui vſurpatur à ſummo Pontifice in Vrbe, & à cæteris Paſtoribus vbique terrarum.

Quo loco, vt omnes animi mei ſinus, *Sanctitati Tuæ*, cui nihil in me clauſum eſſe velim, aperiam replicémque. Ingenuè dicam; nihil eſt, quod me magis afficiat in perplexo & difficili Antiquitatis negotio, quàm Regula quædam, ad quam ego, quaſi ad tutiſſimam ſtationem confugio, quoties in profundam & altè repetitam Patrum memoriam ingreſſus, ex varietate & mutatione rerum quæ ſubinde occurrit, iactari incipio. Ad hanc, inquam, Regulam me totum applico. Hic Anchoram meam figo. In hac conquieſco. Quòd Ritus ille Sacramenti præ omnibus iudicandus eſt Optimus; qui in Eccleſia Catholica ſeruatur; Ea autem Eccleſia, Catholica ſit appellanda, quæ Romanæ tanquam Capiti coniungitur. Intelligo in hac Regulæ præſcriptione duas partes eſſe Conſtitutas. Vnam, quâ diſcernatur, quiſnam ſit ex Iudicio Eccleſiæ, Ritus Sacramenti optimus. Alteram, quæ nos eximat periculo erroris, in vero Eccleſiæ capiendo Iudicio. Et hanc quidem poſtremam pertractare vberiùs, etſi non eſt huius probationis & argumenti, dicam tamen cum voluptate, vnde colligere ſoleo. Annales Sacros à calce percurro, & iam inde ab vltimorum temporum diſſidijs & factionibus, quæ ſchiſmata vocant, paulatim ad ſuperiora illa prouectūs, ad caput ipſum primi diuortij cum Eccleſia facti aſſurgo. Primum ſchiſma, Pœnitentia fecit; cuius artifex Nouatianus. Primum opus obiectum ſchiſmati, liber fuit de Eccleſiæ vnitate ſcriptus, cuius Author Diuus Cyprianus. Tum primum igitur ſciſsâ in duas partes Eccleſiâ & erectis hinc inde Sacræ Tiaræ geminis Apicibus, inter duas Eccleſias, nomen Eccleſiæ quærebatur. Hic innotuit, quod recens hauſtum erat libatæ ab Apoſtolis Doctrinæ, & quod omni poſteritati tranſmittendum erat; In vera & Catholica Eccleſia dignoſcenda, iudicium. Ea, quæ Cornelij Papæ ſedi, tanquam Cathedræ Petri apta- D. Cypr. de vnitat. Eccl.

ta eſſet, Catholicæ & Orthodoxæ nomen retinuit. *Qui Cathedram Petri*, inquit D. Cyprianus Cathedram Cornelij deſignans; *Super quam fundata eſt Eccleſia deſerit. In Eccleſia ſe eſſe confidit?* Hanc deinde Doctrinam in totos ſeptem libros Sanctus Optatus de ſchiſmate Donatiſtarum aduersùs Parmenianum diſputās, transfudit cuius hæc ſunt verba, quibus hoc ſchiſma iugulauit. *Igitur negare non potes, ſcire te in Vrbe Roma, Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam: In qua ſederet omnium Apoſtolorum caput Petrus: Vnde & Cephas appellatus eſt; In qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent, vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedrā, alteram collocaret.* Denique D. Auguſtinus aduersùs *Donatiſtarum pertinaciam*, bellum redintegrans, nullum potentius telum contorquet quàm iſtud, quod defecerint à Communione *Romanæ Eccleſiæ in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus.* Vſque adeò Primis Eccleſiæ Doctoribus & ijs quidem præcipuè tribus qui libros de vnitate Eccleſiæ ſcripſerūt, perſuaſum fuit, & diuinitùs infixum, Eccleſiæ Catholicæ nomine non cēſeri, niſi eam, quæ Romanæ tāquam Capiti inſerta, & aptè coagmentata eſſet.

S. Optat li. 2. de ſchi. Donat ſub initium.

D. Auguſt. Epiſt. 161. cōtra Donatiſtarū pertinaciam.

Ad alteram præſcriptæ mihi regulæ partem venio & illius aſſertorem ac Ducem D. Auguſtinum rurſus aſſumo. Et in ea quidem Epiſtola, quam eum in finem, nēpe ad legitimos Eccleſiæ Ritus ab adulterinis dijudicandos Ianuario interroganti reſcripſit *Ad hæc itaque ſic reſpondemus*, inquit, *vt ſi quid horum ſit faciendum, ſi Diuinæ ſcripturæ præſcribit authoritas, non ſit dubitandum, quin ita facere debeamus, vt legimus. Similiter etiam ſiquid horum tota per Orbem frequentet Eccleſia. Nam & hinc, quin ita faciēdum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.* Hæc ille, quibus duo inſignia tradit ad authoritatem Rituum Eccleſiaſticorum recognoſcendam Prius, ad diuinam ſcripturam; poſterius, ad vſum Communem Eccleſiæ refertur. Atque *ſimiliter* valere ſecundum ac primum, affirmat.

Ex Diuo Auguſtino idem documentum traxere Patres Concilij Conſtantienſis, Decreto quodam in eos dicto, qui falſo ſpiritu & amore Antiquitatis & Traditionis in tranſuectum acti; Communionem ſub vtra-

que ſpecie repoſcebant. His enim ſancta Synodus nihil opponit, præter conſuetudinem Eccleſiæ, contrario vſu receptam. Sic enim decernit, *vnde, cùm eiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & Sanctis Patribus rationabiliter introducta & diutiſſimè obſeruata ſit, HABENDA EST PRO LEGE, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate mutare.*

Conc. Conſtant. Seſſ. 13. a. D. 1413.

Ad hæc duo teſtimonia partim ex D. Auguſtini certiſſimâ Doctrinâ, partim ex Concilij Oecumenici oraculo edita, quid reſpondebunt aduerſarij? Dicit ille, *Dementiſſimæ inſaniæ eſſe*, non factitare quod vniuerſa frequentat Eccleſia. Ab altero decernitur. Id etiam *pro lege* habendum eſſe. Imò, quod ſummopere notandum eſt, à Concilio nomen legis datur conſuetudini, quæ de medio tollebat praxim primitiuæ Eccleſiæ, id quod Synodus ipſa confitetur his verbis, *Quòd licèt in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie; poſtea à conficientibus, ſub vtraque, & à Laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur.* Aboletur Ritus, quem iure antiquitatis, dignitatis, & vberioris etiam fructus copiâ, potiorem Theologi iudicant. Nihil eſt igitur quod obtendi huic argumento, cum aliqua ſpecie probabilitatis, ab Arnaldo queat.

Quid ergo illi? nimirum, *Sanctiſſime Pater*, ad Myſticas quaſdam verborum ambages recurrunt, & ſcire ſe dicunt, quòd in Eccleſiæ animo, & votis, & gemitibus arcanis, deſiderium ſit recipiendi Ritus antiquæ Pœnitentiæ. Eum qui hodie obtinuit, non probari, ſed tolerari per indulgentiam Eccleſiæ; *ſectandum eſſe magis quod Eccleſia ſentit, quàm quod tolerat.* O fallaciarum, & factionum pleniſſimas voces! Nam ſi priuatis hominibus id ſemel tribuitur, vt ſe exploratores & conſcios, & iudices arcanorum Eccleſiæ ſenſuum ſtatuant. Vt ſe exaudire profundos illius gemitus, excipere ſuſpiria, lacrymarum inſaturabilem profluentiam aſpicere, plebi Chriſtianæ perſuadeant; quàm lata ad prophanas Nouitates, & ad perturbationem Reipublicæ Chriſtianæ panditur via, *Sanctiſſime Pater*? hæc ſunt flabella, quibus conciones ſuas ventilant, & latè

Hæc ſunt verba quæ iactantur tum in libro de freq. Com. pag. 452. 455. 628
Tum etiam in Apologia, quæ inſcribitur Deffenſe de la Verité. p. 33. & 14.

turbarum ſuarum flammas diſpergunt, quas dum comprimere, obiectâ D. Auguſtini, & Patrum Conſtantienſis Concilij authoritate nitimur; an fruſtra facimus? an ſumus inuidi? an elati? an criminoſi, aut perturbatores publicæ tranquillitatis? An non magis diuinum eſt illud ex tot Patrum Doctrina ante confectum documentum? an non in procella tutum? in portu honeſtum & tranquillum? vt recedere ab Eccleſiæ Catholicæ diſciplina in Ritu rerum ſacrarum vſurpando non liceat; eâque Eccleſia habeatur Catholica quæ Romano conſerta capiti copulatur. In hanc veritatis Regulam intendens animum Iuſtinianus, ad Summum Pontificem ita ſcripſit, g *HOC CREDIMVS ESSE CATHOLICVM, QVOD VESTRO RELIGIOSO RESPONSO, NOBIS FVERIT INTIMATVM.*

Tom. 2. Concil. inter Epiſt. Horſmidæ edit. Bini.

SECTIO IIII.

In hac Sectione, fere ſecunda pars refutatur libri qui inſcribitur. Deffenſe de Meſſeigneurs les Prelats.

TERTIVM GENVS FALLACIÆ.

FICTA CONTRADICTIO ET RETRACTatio; Quâ Scriptor libri de de frequenti Communione ſæpius conteſtatur; Conſilij ſui nunquam fuiſſe, Ordinem veteris pœnitentiæ tanquam abſolutè neceſſarium *ſtatuere.*

SCITE dixit, *Sanctiſſime Pater,* è Facultate Pariſienſi Theologus Doctor in paucis eruditiſſimus, in Diſſertatione quadam, quam emiſit nuper in lucem, aduerſùs librum de frequenti Communione, *Reformatores iſtos, vel fucum facere, vel pati. Eos autem* (inquit) *fucum pati non credo, ſed lectores ſuos eos eſſe qui pati poſſint, forſan ſibi perſuadent.*

Ioān. de Launoy. Diſſertat. de mente Concil. Trid. cap. 10. p. 505.

Cuius dicti fidem, etſi habemus exantecedenti Cauſa luculentiſſimè probatam, nunc etiam illuſtrabo magis, patefacta ludificatione altera, quæ omnes illorum Apologias peruagatur. Aiunt enim, de ordine Pœnitentiæ reſtituendo ſe agere, non ita quidem, vt velint, *pro Abſolutè neceſſario haberi,* ſed quia fuerit à Chriſto inſtitutus, ab Apoſtolis traditus, & perpetuo duodecim

ſæculorum tractu ſeruatus, atque ab omnibus qui aliquid de Pœnitentia ſanciuerunt canonibus præſcriptus, hodiéque etiam neceſſarius;

Qui tendunt inſidias veritati, laqueos ſibi texunt, quibus induantur; quare non dubito quin hæreat in ſuis Scriptor tendiculis irretitus, ſi fraudem eius in apertum proferamus. Tribus omninò modis Ordo veteris pœnitentiæ, quantum nunc attinet, neceſſarius exiſtimari poteſt. Primùm, ea lege neceſſitatis, quæ nullam prorſus exceptionem ferat, ſicut communiter dicitur, quòd neceſſe ſit Deum non mentiri; ab hac enim neceſſitate nullus caſus eximitur. Secũdo modo, Ordo veteris pœnitentiæ neceſſarius appellari poteſt, inſtar legis & regulæ generalis, id quod in vſu communi faciendum eſt, præcipientis; licèt exceptiones aliquas in factis particularibus accipiat; quo pacto leges quæ *poſitiuæ* dicuntur, ferè obligant. Tertius denique modus eſt huic aliquatenus contrarius, ſi nempe Ordo veteris pœnitentiæ, non iam pro lege & regula generali ſed pro neceſſaria quadam exceptione à lege & regula generali ſtatuatur. Et quoniam de primo modo exemplum dedimus, quid poſtremi duo differant, exemplis quoque illuſtrabimus. Lege Canonica cautum eſt. *Vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis contritus ſibi videatur, abſque præmiſſa ſacramentali Confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat*; Hæc ſanctio, vim obtinet regulæ generalis, quæ neceſſitate ſua adſtrictos habet Chriſtianos omnes, in hoc Sacramento communiter vſurpando. Non eſt tamen ita rigidè poſita, quin patiatur aliquid exceptionis; vt in eodem Concilij decreto notatur pro Sacerdotibus, quibus copia Confeſſoris deeſt. His enim aliquando ſacrum facere permittitur; Ergo in hac lege Concilij generaliter lata, neceſſitatem ſecundi generis, hoc eſt neceſſitatem iuris & legis in vſu communi, collocatam habemus. Quòd ſi quis verba quæ in eodem Concilij decreto, pro exceptione ab illa Regula generali extant, conſideret attentiùs, in illis obſeruabit neceſſitatem tertio generi attinentem; addit enim ſub finem Capitis; *Quòd ſi neceſſitate vrgente, Sacerdos, abſque*

Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. & can. 11.

præuia Confeſſione celebrauerit, quamprimùm confiteatur. Quo verbo, *neceſſitatis vrgentis*, ſignificat neceſſitatem exceptionis ab vniuerſali lege aliquam incidere poſſe. Nam Decreto generali ſciſcitur, ne quis inconfeſſus rei ſacræ communicet; aduersùs hoc ſcitum tamen, ingruere neceſſitas dicitur aliquando Sacerdoti poſſe; quis non hic obſeruet neceſſitatem in exceptione poſitam? Quare tres eſſe neceſſitatis diſtinctiones, rectè poſuimus. Primam, ſine exceptione, quæ idcirco à Philoſophis abſoluta; à iure prudentibus, indiſpenſabilis nominari ſolet. Secunda pars neceſſitatis verſatur in Lege & Regula generali quæ patitur exceptionem. Denique tertia, ex ineuitabili quodam genere, exceptionis, conflatur neceſſitas.

Quibus conſtitutis, ſcenam aperio *Sanctitati Tuæ*, expectatiſſimam, in qua ludos mirabiles Scriptor lectoribus ſuis facit; apud quos pernegat inſtituti vnquam ſui fuiſſe, vt neceſſitatem Ordini antiquo tribueret. Quam porrò neceſſitatem? *Abſolutam, Sanctiſſime Pater*, id-eſt, ab omni exceptione immunem. At verò quin illi Ordini concedat neceſſitatem ſecundi modi, quæ lege & regula generali cum quadam exceptionis adiunctione definitur, id neque negauit vnquam, neque videtur niſi Deus illi mentem in melius mutet, negaturus; hanc enim tot argumentis ſectatus eſt, quot adduxi teſtimonia in præcedentibus cauſis, vt euincerem neceſſitatem aliquam Ordinis antiqui ab Arnaldo fixam & imutabilem eſſe pronunciatam. Verùm enimuerò, iſtius ſecundi generis neceſſitas, tam altè ex libro de frequenti Communione reſonat, vt inter ſtrepitum Apologiarum etiam exaudiri poſſit. Verba longiùs referre non pigebit, etſi iam antè commemorata.

a *Totus locus, vernaculo Scriptoris Idiomate, ad verbum relatus eſt,* Cauſa 2. Sect. 3.

a *Nihil eſt, quod videam cum aliqua ſpecie probabilitatis aduersùs conſtantem illam & vniuerſalem ſanctorum Patrum doctrinam de obligatione expiandi peccata mortalia per ſatiſfactionem pœnitentiæ propriam, antequam ad Euchariſtiam accedatur, obtendi poſſe, præter hoc fortaſſis vnum; quòd eam concederent moribundis petentibus, quamuis nullam in vita de peccatis pœnitentiam egiſſent: vnde conſequens eſſe videatur, eos vtique*

non exiſtimaſſe[b] *PRO RE ABSOLVTE NECESSARIA, vt Pœnitentia ante Communionem perageretur.*

b *Notanda ſunt hæ voces*, Pro re abſolutè neceſſariâ, *quia in his tota fraus continetur.*

Aduertit iam inde *Sanctitas Tua* ad hæc verba. (*Pro rè abſolutè neceſſariâ*) quibus deſignatur primum genus neceſſitatis antea deſcriptum. Quare videndum eſt ex reſponſione Scriptoris, an illud fateri velit, an aliud in Ordine Pœnitentiæ quem proponit, admittere. Huic quæſtioni ſic reſpondet. *Atenim aliud nihil hæc obiectio facit, quàm vt probet, nullam eſſe REGVLAM adeò GENERALEM, quæ aliquid exceptionis nõ patiatur: NVLLA LEX tam iuſtè poſita eſt, quam æquitas non moderetur. NVLLA PRAXIS tam ſanctè PRÆSCRIPTA, cuius immunitas non aliquando per prudentiam Chriſtianam impendatur. HOC EST enimuero quod lubentiſſimè amplectimur, & ea tempora incidere poſſe non diffitemur, in quibus, ſi duci volumus ſpiritu ſanctorum Patrum, fas ſit peccatori Abſolutionem Communionémque dare, qui pœnitentiæ exercitationes non obierit. Quin etiam in magno errore ducimus, ſi quis contradicat, aut ſi quis generatim eas omnes Abſolutiones Communionéſque damnet, quæ, antequam expleretur ſatisfactio, datæ ſunt. Hoc etiam ipſum eſt, quod in Petro Oxomenſi, iuſta animaduerſione cenſuræ notatum eſt; cùm præſertim id multis alijs erroribus aſperſiſſet Hiſpanus ille Doctor, quos eodem in libro expoſuerat, vnde peſſundabatur Sacramentum Pœnitentiæ.*

At cùm id agatur modò, vt explorata habeamus Sanctorum Patrum germana ſenſa; eò refert plurimùm, vt REGVLAM GENERALEM AB EXCEPTIONIBVS PRIVATIS. LEGEM ab indulgentia. VSVM COMMVNEM ET ORDINARIVM ab immunitatibus extraordinarijs & ſingularibus diſcernamus.

Quippe demonſtrauimus argumentis indubitatæ fidei magno numero adductis, Sanctos Patres, QVOT QVOT SVNT, in ea ſententia fuiſſe, vt crederent, QVICVNQVE puram Baptiſmi ſtolam mortali lue fœdaſſent, eis non eſſe accedendum ad menſam Dominicam, vt ſe diuina carne Agni incontaminati reficiant, niſi poſtquam diu multúmque pœnitentia exerciti elutique fuiſſent: hæc eſt illorum Doctrina conſtans & vniuerſalis.

Quòd verò in contrariam partem obijcitur, tum cùm IMPOSSIBILE ERAT, huius ſanctæ Diſciplinæ legem obſeruari peccatoribus ad extremum vi morbi redactis, atque extra po-

teſtatem agendæ Pœnitentiæ conſtitutis. Nihilominus non eſſe deſitum ab Eccleſia dari illis Communionem pro viatico ; nobis prodeſt tanto magis ad conſtabiliendam tot illuſtrium ſanctitate virorum ſententiam, demonſtrandumque quanti fecerint hanc Diſciplinam ſalutarem. Siquidem INVIOLATAM SERVABANT, NEQVE VSQVAM AB EA RECEDEBANT, NISI CVM INSTARET EXTREMA NECESSITAS, CVMQVE IMPOSSIBILE ERAT VT OBSERVARETVR.

Arcem totius fraudis occupauimus, *Sanctiſſime Pater*, ex qua depromuntur omnes machinæ ad illudendum vanis reſponſionibus inuentæ. Dum enim Arnaldus ab ordine veteris Pœnitentiæ neceſſitatem remouet *abſolutam*, in quæſtione facti ; eandem quoque in quæſtione iuris, à noſtris temporibus repellit ; & viciſſim, cùm Ordinem illum, neceſſarium neceſſitate legis & Regulæ generalis, in quæſtione facti conſtituit ; eandem neceſſitatem, in quæſtione iuris, ad noſtra tempora transfundit; quoniã ſecundum Arnaldi Doctrinam, omnis ætas Eccleſiæ, per Traditionem in hac quæſtione facti poſitam, copulari debet; hæc enim eſt, vt ait, Regula fidei vnica, hæc veritas immutabilis excludens omnẽ conſuetudinis humanæ congreſſionem in rebus Eccleſiaſticis, præſertimque in vſu & tractatione Sacramentorum ; vt teſtimonijs ex libro de frequenti Communione innumeris declarauimus.

In hoc ergo fraus & diſſimulatio Scriptoris verſatur; quando eò cogitur inuictis probationibus, vt ampliùs declinare non poſſit, quin aliquam neceſſitatem admiſerit & profeſſus ſit ; ſic reſpondet. *Non admitto neceſſitatem abſolutam.* Quaſi verò de abſoluta, eum poſtularemus, quæ ſit omnis exceptionis expers? non autem de ea, quam in quæſtione facti poſuit, quæ eſt inſtar legis & regulæ communis, quibuſdam exceptionibus obnoxiæ ; quámque in vniuerſa Eccleſia, toto duodecim ſæculorum lapſu viguiſſe, acerrimè contendit. Nihil aliud extorquere tamen ex Arnaldi ore potuimus præter hæc verba. [a] *Non admitto neceſſitatem abſolutam.* Quæ mordicus ex libro de frequenti Communione retinuit. Ita paſſim ludificatus eſt in Regi-

[a] *Ex libro de frequenti Communione manauit in Apologias hæc defenſio Arnaldi, NON EST ABSOLVTE NECESSARIVM, POENITENTIAM EXPLERE ANTE COMMVNIONEM.*

omnibus Apologijs. In Epiſtola ad Chriſtianiſſimam Reginam data. *Profeſſus ſum*, inquit, *procul abeſſe à propoſito quod mihi affingitur, vt omnes homines obſtringere vellem, antiquæ Pœnitentiæ, TANQVAM ABSOLVTE NECESSARIÆ legibus.* In libro contra Milterium ſcripto ſic habet. [c] *Enim verò SI ABSOLVTE NECESSARIVM EST, Abſolutionem vſque ad expletionem Pœnitentiæ differri, non in hoc ſolùm, ſed in ſæculis iam pridem elapſis condemnabitur, Eccleſia.* Rurſus in eodem libro, non poſt multa; ſic loquitur. [d] *Sine erroris periculo dici non poteſt de Ordine antiquo Pœnitentiæ quòd eſſentialis ſit, & ABSOLVTE NECESSARIVS.* Denique in Apologia recentiſſimè vulgata, vt omittamus alias quæ ex eodem fallaciæ genere conſutæ ſunt, eandem cantilenam recantat; primâ quidem illius parte, de Petauio loquens infit. [e] *Poſteaquam demonſtratum illi eſt, hanc Patrum diſciplinam, qua multis antè Communionem diebus Pœnitentia peragenda eſt, ab eo falsò ſupponi quòd proponeretur TANQVAM ABSOLVTE NECESSARIA*, pergit, &c. Iterum in ſecunda eiuſdem operis parte eandem incudem tundit, his verbis. [f] *Non exiſtimauit*, Scriptor libri de frequenti Communione, *imò conceptis verbis negauit, Praxim* antiquæ Pœnitentiæ, *eſſe inuariabilem, hodiéque etiam ABSOLVTE NECESARIAM.*

Hìc verò, non abs te quærimus, vir bone, vereor ne ſe derideri putet, ex animo tamen dico, vir bone, non quærimus, an velis Ordinem antiquæ Pœnitententiæ, eſſe *Abſolutè,* hoc eſt, vt interpretaris citra omnem exceptionem, *Neceſſarium.* Scio enim quid in libro de frequenti Communione exceperis, nempe horam fati ſupremam, cui nonnihil in Apologijs adiunxiſti, de Reductione Hæreticorum, poſtquàm de ea re conuictus, dare manus ſecundæ exceptioni non recuſaſti. Sed rogamus, an non, quam tu neceſſitatem *Legis & Regulæ generalis*, in Ritu & Ordine antiquæ Pœnitentiæ ſeruando, totis duodecim Sæculorum ſpatijs impegiſti, nunc etiam eandem Eccleſiæ ceruicibus imponere tentaueris?. Aut fatere? Aut abiudica tibi librum de frequenti Communione? Reſcinde ſeriem [a] *Traditionis perpetuæ*, ſic enim vocas, quam texuiſti. Fidei

b *I'ay proteſté que i'eſtois eſloigné du deſſein qu'õ m'attribuë de vouloir obliger tout le monde à la penitence ancienne, comme à vne choſe ABSOLVMENT NECESSAIRE.* Lettre à la Reine. p. 16.

c *Que s'il eſt ABSOLVMENT NECESSAIRE que l'abſolution ſoit differée iuſqu'à l'accompliſſement de la Penitence, il faut condamner l'Egliſe, dans les ſiecles paſſez, auſsi bien que dans celuy-cy.* Defenſe de la verité Catholique p. 27.

d Ibidem. p. 31.

e *Car apres luy auoir montré qu'il ſuppoſoit fauſſement, qu'il euſt proposé la conduite des Sainčts Peres, d'eſtre pluſieurs iours à faire penitence auant que de Communier, cõme ABSOLVMENT NECESSAIRE, pour ne pas commettre vn Sacrilege en communiant.* Deffenſe de Meſſeig. part. 1. ch. 16. p. 150.

f *Sans qu'il ait creu, (ce qu'il a nié en termes expres) que cette Pratique ſoit inuariable, & ABSOLVMENT NECESSAIRE.* Ib. part. 2. ch. 9. p. 59.

a Causâ 2 Sect. 2.

b Ibid. Sect. 5.

Regulam & porrò [b] *Arbitram tuam Traditionem* refelle? & hanc publicis notis toties ſignatam ſententiam expunge? c *Quòd hic Ordo ex perpetuâ Eccleſiæ Traditione tenendus ſit Sacerdotibus, vt non abſoluant Pœnitentes niſi poſtquam pœnas peccatis congruentes dependerint.* Vides ergò, quàm ſit infidus ille mucro defenſionis tuæ, in hoc tenui verborum ſono poſitus. *Non admitto abſolutam:* qui non modò Cauſam tuam non tuetur; ſed illius integumenta prodit, artes & fallacias diſſuit, & authorem ipſum in ſuis inſidijs & laqueis interclusum relinquit.

c Ibid. ſect. 2. fusè, & vernaculè.

Sed redeo, *Sanctiſſime Pater*, mea poſtulatio eſt; An non Scriptor libri de frequenti Communione in hac Clauſulâ *Abſolutæ Neceſſitatis*, quam vbique affixam ſuo de Pœnitentia antiquâ dogmati, eſſe voluit; teneatur manifeſtæ fraudis conuictus?

QVAESITVM.

SECTIO V.

In hac ſectione, refellitur Caput quadragesimum quartum ſecundæ partis, libri qui inſcribitur.
Deffēſe de Meſſeigneurs les Prelats.

QVARTA SCRIPTORIS FALLACIA PROPONITVR, QVA ipſe ad ſuam cauſam adiungere orthodoxos Doctores molitur. Ea verò diſſuitur ex diſcrimine triplicis neceſſitatis antea conſtituto.

ASTVTI hominis eſt conſciſcere ſibi famam adiunctione Bonorum, *Sanctiſſime Pater*, in hoc aſtu verſatur magna pars ludi in opere de frequenti Communione apparati, & in Apologijs pro illo datis, abſoluti.

Huius enim operis ſeu Scriptor idem & defenſor, ſeu alius; cùm eò ſe compulſum videt textibus & teſtimonijs ex illo libro ſumptis, tam euidentibus & exploratis, vt inficiari ampliùs non poſſit, quin neceſſitatis aliquod genus cum Ordine veteris pœnitentiæ ad noſtra tempora tranſcripſerit: omnia molitur, vt aliquos huius neceſſitatis ſponſores & ſuffragatores quærat ſibi, adnectâtque. Verùm, inter Orthodoxos Doctores cum nemo ſit (ſunt autem inter Sectarios non pauci) cuius authoritate tueri inue-

ctam à ſe neceſſitatem in Ordinem antiquæ Pœnitentiæ queat, pertrahere tamen illorum aliquos in ſuam ſententiam, & traducere in ſpeciem oſtentationémque probitatis aggreditur. Etenim, quòd in caſtris Eccleſiæ quot quot cenſentur, fateri debent, incidere tempora poſſe, in quibus neceſſe ſit, pœnitentem non ſtatim ab audita confeſſione abſoluere, ſed iubere illi vt præſcriptum aliquod pœnitentiæ munus exequatur, priuſquam ſe repræſentet abſolutioni; hanc arripuit nectendæ fraudis anſam, Arnaldus. Et ne malè ſarta difflueret, alios ab alijs Doctores ludicto quodam diſſidio diſtraxit; quaſi non in eâdem omnes ſententia verſarentur. Itaque eorum nomina qui ſignificantiùs caſus illos expreſſiſſent, in quibus Pœnitentes abſolutione ſuſpenſos tenere oportet, in ſuas partes rapuit, & eorum nomina in imaginem quandam triumphi totis libellis in publicum editis inſcripſit, pérque omnes vulgatiſſimarum Apologiarum codicillos magnificè circunduxit.

Huius expeditionē Doli, in ea differentia ſitam eſſe *SANCTITAS TVA* intelliget, quam ſuperiori Causâ, inter duo poſtrema neceſſitatis genera intercedere oſtendimus. Illarum enim altera eſt, quæ dicitur neceſſitas *legis & regulæ generalis* in vſu communi; Altera verò eſt, neceſſitas exceptionis ab Vſu Communi quicumque ille ſit, ſiue lege præſcriptus, ſiue ſolutus; vnum quidem poſtremi generis exemplum dedimus, in exceptione quadam à lege communi de Confitendis ante ſumptionem Euchariſtiæ peccatis mortalibus poſitum.

Sic eſt igitur, *Sanctiſſime Pater*, Scriptor operis de frequenti Communione, Ordinem ſuſtinendæ ad tempus Abſolutionis quem primæuum & Apoſtolicum nomine, facit neceſſarium neceſſitate *legis & Regulæ generalis*, in vſu communi adhibendæ, vt ſolidè demonſtrauimus; Catholici verò Doctores quos applicare Dogmati ſuo non erubeſcit, aliam non tribuunt illi Ordini neceſſitatem, quàm exceptionis ab Vſu Communi. Ponunt enim pro Vſu Ritúque communi, vt pœnitenti ritè confeſſo non differatur Abſo-

Jutio; pro exceptione tamen addunt, neceſſarium eſſe vt differatur, quando pœnitens non acceſſerit ad illam recipiendam ritè diſpoſitus.

Hæc autem diſtinctionis nota diſturbat omnem Arnaldi machinationem tanto apparatu extructam; huius enim beneficio, Concordia inter Catholicos Doctores & ſumma conſenſio reducitur, & Scriptor, ſeu illius defenſor, *à Bonis omnibus* deſeritur, & ſuis cinctus tantùm clientibus relinquitur.

Nihil opus verborum, exemplum ſtatuo in illo quem primarium ſuæ cauſæ Aſtipulatorem aſſumunt, Emerico de Bonis, è ſocietate Ieſu; atque ex eius opere quod ſibi in trophæum erigunt, oſtendo nihil ab illo dictum eſſe niſi quod alij de eâdem ſocietate Viri, ad vnum omnes, publicè priuatímq;, & dicunt & docent, quódque rectè opinantium nullus negare debet, Neque verò aliam eius viri ſcripturam in medium producam ab ea, quam Aduerſarij ſuis typis in gallicum idioma conuerſam tradiderunt.

a Sentiment de Emeri de Bonis. p. 1.

De vſu Sacræ Communionis ſermonem inſtituit Emericus de Bonis, in quo quid ſit quod faueat hodiernæ nouitati non video. At iſtud eſt, inquiunt, dixit [a] *ſæpenumero vtile eſſe, imò quandóque neceſſarium, Abſolutionem differre & ſuſpenſum à Communione pœnitentem continere.* Quo dicto, nullum propiùs abeſt à noſtro.

b *Qu'il y a de certaines perſonnes, qui ne laiſſent point paßer de ſemaines ſans tomber vne ou pluſieurs fois dans le peché de la chair, & neantmoins veulent cõmunier tous les iours. Il eſt ſouuent vtile de refuſer l'abſolution à ces gens là, & cela meſme eſt quelque fois n ceſſaire* FONDE' *ſur ce qu'elles ne donnent aucun témoignage de veritable cõtrition, & non pas meſme d'attrition, ſans laquelle on ne peut donner l'Abſolution, & la receuoir, ſeroit vn ſacrilege.*
Ibidem. p. 7.

Penſanda res eſt, *Sanctiſſime Pater*, conſulendus Author, textus ex opere ipſo recolendus; [b] *ſunt*, inquit ille, *homines quidam, quibus nulla elabitur hebdomas, quin ſemel aut ſæpius in luxuriæ crimen impingant, qui nihilominus octauo quoque die refici ſacrâ Euchariſtiâ volunt.* De his autem poſtmodum ita pronunciat. *Sæpenumero vtile eſt eiuſmodi hominibus Abſolutionem denegare, imò id etiam quandóque neceſſarium eſt.* OB HANC *videlicet cauſam; quia nullum præbent veræ Contritionis argumentum,* SED NE ATTRITIONIS *quidem, ſine qua concedi Abſolutio, aut recipi ſine ſacrilegio non poteſt.* Ita ille.

c *Queſtion III. Si les Concubinaires,*

Hic ego non vereor implorare, *SANCTITATIS TVÆ*, fidem, & illam, quâ tota profunditur, Diuinæ Veritatis amantiſſimam æquitatem, vt exploret perpendátque, an ſit aliquid in his verbis poſitum, quod

Toletus, Bellarminus, Caniſius, Suarez & qui poſt illos ſcripſerunt de pœnitentia, vbíque gentium eiuſdem ſocietatis Theologi, non tenuerint, conſtantérque profeſſi ſint? An aliud doceant hodie illi, quorum aut dictata vulgantur in ſcholis, aut pronunciata in publicis concionibus excipiuntur. Quod cùm ita ſit, num hæc cauillatio quâ ſe Ieſuitas nuperos, vt vocant, ab Veteteranis ſegregare in hac parte Doctrinæ fingunt, de genere facetiarum eſt?

Sumatur enim ex poſtremis, prope recentiſſimus de eadem ſocietate Scriptor, & affinitate nominis cum Patre Emerico de Bonis, quem inter Priſcos numerant, coniunctiſſimus. Ille in tractatu quem de pœnitentia in lucem edidit, propoſita quæſtione, an Concubinarij ſeu publici ſeu occulti, ſint abſoluendi. Quid ait? Quid docet? c *Quandoquidem* (inquit) *apud Deum pro eodem eſt amor periculi & Caſus, quicumque deſerere nolunt ſtatum priſtinum* (Libidinoſi concubitus) *ipſi ſe ſponte in peccatum induunt, & diuinâ gratiâ deſpoliant. Enim verò, quis non moleſtè ferat? eos ad Sacramenta admitti, qui, non dicam nihil ex illis proficiunt, imò verò abutuntur: quoniam ijs frequentatis nihilominus in eandem morum corruptelam inolita conſuetudine peccandi relabuntur. Sunt itaque procul à Sacramento arcendi, ET SINE ABSOLVTIONE REMITTENDI, etiamſi fòrte ſubeſſet metus, ne ob hanc repulſam deteriores euaderent.* Hæc ille, quæ ita conſonant cum dictis alterius, vt non ſolùm eodem ſpiritu qui Theologos omnes informare debet, ſed prope ijſdem verbis expreſſa videantur. Nihil ego inter primum & vltimum, diſſentionis eſt in hoc cõmuni effato Theologorum.

Neque aliquid etiam commercij eſt Emerico de Bonis cum Dogmate de reſtituendo Ordine antiquæ pœnitentiæ. nam cùm dixit *vtile & neceſſarium eſſe quandóque denegare Abſolutionem pœnitentibus*, ſtatim addidit, quibus, & obquam cauſam; nempe ijs, *qui volutantur in cœno libidinis*; & quia *Veræ Cõtritionis, ſed ne attritionis quidem, argumentum præbent.* Quæ verba nihil aliud denotant, quàm neceſſitatem exceptionis, ab vſu & iure communi, quæ ita fert, vt malè affectis à vero ſinceróque

tant publics qu'inconnus, ſont du nombre de ceux que l'on doute, & qu'on puiſſe gratifier du fruit, & des effets du Sacrement.

Tous diſent que non, d'autant que l'on doit preſumer, que l'homme & la femme qui ont peché enſemble frequẽment, quoy qu'ils diſent ne s'en abſtiendrõt point, s'ils ne s'eloignent l'vn de l'autre, autant de corps, que de cœur: au moins le peut-on croire; car qui vne fois a fait banqueroute à Dieu, & à ſa gloire pour auoir ſes plaiſirs, il ne reparera ſes pertes qu'auec peine. Semel malus (*dit Boniface VIII. en la regle* 8. de reg. Iuris) ſemper præſumitur malus. *Et quand cela ne ſeroit point, que ſi; Au moins leſdits concubinaires ſont dans le danger*; quis enim (*dit S. Hieroſme en l'Ep.* 47.) mortalium vnquam, iuxta viperã ſecuros ſomnos capit? quæ etſi non percutiat, certò ſollicitat. Securius eſt perire nõ poſſe, quàm iuxta periculum non perijſſe. *Puis donc que vouloir le peril de tomber, & eſtre cheu, ſont meſme choſe deuant Dieu, demeurer en cet eſtat, c'eſt volontairement s'engager dans le vice: & ſe priuer de grace. Car qui ne trouueroit mauuais, que l'on receuſt aux Sacremens, ceux qui non ſeulement n'en tirent aucun profit, mais en abuſent, en retour-*

uant apres les auoir frequentez, à leurs mauuaiſes & pernicieuſes pratiques? Et partant ils doiuẽt eſtre rebutez du Sacrement, ſans Abſolution, encore qu'on craigne auec raiſon que tel refus ne les empire.

E. Bauny Somme des pechez. ch. 46. qu. 3.

dolore peccati, recuſetur Abſolutio, quæ ſolet ritè præparatis ſtatim à confeſſione impendi. At at illa, quam Scriptor libri de frequenti Communione inferre contendit, neceſſitas, non eſt exceptionis, ſed *legis & Regulæ generalis*, in vſu communi tenendæ; qualem vult, Traditione Patrum per duodecim Sæcula floruiſſe, vt nemo pœnitens qui mortale aliquid peccaſſet, bene congruentérque præparatus ad abſolutionis accipiendum beneficium haberetur, niſi poſt Confeſſionem peccati, ſuſpenſus ab Euchariſtia hæſiſſet; pœnáſque à Miniſtro Clauium inflictas perſoluiſſet. Quantum ergo diſtat neceſſitas *legis & Regulæ generalis* à neceſſitate exceptionis, tantundem differt ſententia Emerici de Bonis, à Dogmate libri de frequẽti Communione; Ille excipit aliquid à communi vſu & conſuetudine pœnitentiæ; Hic verò exceptionem vertere in vſum legémque communem tẽtat. Alter Orthodoxos omnes duces habet; alter ſolos Nouatores; *ita Boni cum Bonis, Mali cum Malis, pariter ſentiunt & aggregantur*, vt eſt in Prouerbio.

Dici non poteſt, quantum ex huius enodatione fraudis, profectum ſit, *Beatiſſime Pater*, Hydram multorum capitum vno ictu excidimus: Nomina Theologorum Inſignium è Catalogo & Cenſu libri de frequenti Communione liberauimus, quot illic enumerantur tanquam fautores Dogmatis de Ordine veteris pœnitentiæ reducendo; Gropperum Colonienſem Archidiaconum, Marianum Victorium Ameliæ Epiſcopum, Binsfeldum, Granadum, Cardinalem Baronium, Diuum Franciſcum Xauerium, Diuum Carolum, Concilij Tridentini Patres omnes; & ſi qui ſunt alij (vnum Iprenſem Epiſcopum, Ianſenium aduerſis partibus fœderatum eximo) Qui omnes, tot virtutum Doctrinæque dotibus nobilitati, non aliam neceſſitatem differendæ & ſuſtentandæ Abſolutionis, ſermonibus aut ſcriptis ſuis tradiderunt, præter eam, quæ continetur in caſibus exceptis à Ritu communi & ordinario, & notatis in Catechiſmo Concilij Tridentini, hunc in modum. *Si auditâ Confeſſione iudicauerit, neque in enumerandis peccatis diligentiam, neque*

in deteſtandis dolorem omnino defuiſſe, abſolui poterit; ſin autem vtrumuis in eo deſiderari animaduerterit, Author erit & ſuaſor, vt maiorem curam in excutienda conſcientia adhibeat, hominemque, vel blandiſſimè quoad poterit, tractatum dimittet.

Ita loquitur Catechiſmus, qui communem ſenatus Auguſtiſſimi Sanctiſſimíque vocem & ſpiritum refert, & quid in vſu communi, quidque in exceptione ponendum ſit, dictat; cui acquieſcendum eſſe, hactenus duximus, an benè aut ſecus; an cum orthodoxis, aut contra illos; vt Nouantes clamant, ſupplicat Gallia, *Beatiſſime Pater*, vt definias. QVAESITVM.

SECTIO VI.

QVINTA FALLACIA.

AVTHORITAS SANCTORVM PATRVM à Scriptore libri de frequenti Communione infideliter captata.

ARNALDVS in ipſo Libri de frequenti Communione veſtibulo, pollicitus erat, *Sanctiſſime Pater*, ſe non niſi ex ore Sanctorum Patrum locuturum; at vices vertit, & ſanctos Patres ad os ſuum loquentes effinxit. Valde quantum hoc artificio valeat, incredibile eſt dictu. Nam veluti Sacramento quodam adactus, in eorum verba iuraſſet, nullum ſuæ ſectæ dogma, niſi interpoſito alicuius ex Antiquiſſimis & Religioſiſſimis Patribus, nomine, pronunciat. Sæpe omnes atteſtatur. Ad hunc modum. *Omnes quot quot ſcripſerunt Patres, id ſentiunt. Ita quidem, ad vnum omnes. Vnis omnium ſuffragijs. Omnia Concilia appello. Omnes Conciliorum Canones obteſtor.* Hæ ſunt Teſtificationum ſolennes formulæ, Arnaldo familiares. Quibus tum maximè vtitur, cùm eſt aliquid, quod non auderet ipſe in medium ſuo marte proferre. Tunc enim lectiſſimo cuique, ſuam inſolentem ſententiam, non ſine aliquâ honoris præfatiunculâ, ſolet imponere. Horum omnium exempla iam multa dedimus; & pòſt, plura etiam dabimus.

Atenim, cùm fere omnis quæ in corrumpendis Authorum teſtimonijs, ſcriptíſque monumentis, conteritur falſitas, quadruplex genus habeat: aliúdque detractione verborum; aliud contrà, verborum adiectione; aliud eorum interpolatione; quartum denique, retentâ Dictione, & verbis ijſdem, in mutatione ſententiæ conſummetur. Singula ſuis locis vt occurrunt, adnotamus. Nunc autem Poſtremi generis ſpecimen vnicum, ſed vi ſua numeroſum, & vniuerſam operis de frequenti Communione conſtructionem deturbans exhibemus.

Cùm enim Scriptura duobus conſtet, literâ & ſenſu, tanquam corpore & ſpiritu coagmentata. Nullum eſt artificium calliditate potentius ad fallendum, quàm verbi corticem delibrare; ſententiam verò, qui ſuccus quidam eſt orationis, diſſipare atque diſperdere. Eſca quædam eſt, verbi per oracula diuina traditi, ſubiecta puritas, qua & ipſe Tentator Chriſti eſt vſus; ſub eâ facilè hamus deliteſcit.

Sed ad exemplum venio. Vt probet Arnaldus, nefas eſſe pœnitentem ante obitam ſatisfactionem abſoluere, ducit hoc è Diuo Ambroſio teſtimonium. a *Quòd peccatores qui ſe præbent Sacerdotibus vt illicò reconcilientur, & ad Sacramentorum vſum admittantur, non tam ſolui à Sacerdote, quàm ligare Sacerdotem ipſum velint.* Vnde meritò confici videtur, quod D. Ambroſius ſacrilegij damnet eos qui hoc animo ad Sacerdotes accedunt, vt eis Abſolutio non differatur.

a *Que les Pecheurs qui ſe preſentent aux Preſtres pour eſtre auſſi toſt reconciliez & admis à l'vſage des Sacremens, ne veulent pas tant eſtre deſliez, que lier le Preſtre.*
2. part. cap. 16. p. 448.

Populus qui hæc legit, neque intellectum habet iſtius Ambroſiani effati, hæret anceps & dubius inter hoc dictum, & hodiernam praxim; & cui ſe adiungat, neſcit. Neque enim iam Arnaldum, ſed Ambroſium audire ſe putat. Hoc artificio, *Sanctiſſime Pater*, diſcinditur Eccleſia, quo nullum poteſt eſſe funeſtius: Vrget tamen Arnaldus, & tacito ſemper vero ſenſu, alia ex alijs teſtimonia ad terrorem accumulat: Clerum Romanum introducit docentem. b *Quòd nihil ſecuritatis ſit in remedijs præcipitatis & vno momento conſiſtentibus.* Diuũ Cyprianum illi Clero concinentem; *Nihil aliud quàm ementitam pacem concedi, tum ijs qui eam dant pernicioſam*

b *Qu'il n'y a point d'aſſeurance dans les remedes precipitez, & qui ne durent qu'vn moment. Que c'eſt ac-*

ſam, tum ijs qui accipiunt, infructuoſam; cùm homines in eam patientiam, quæ ad ſanitatem recuperandam neceſſaria eſt, non inducuntur, neque ad quærenda vera malorum remedia, IN SATISFACTIONE POENITENTIÆ.

corder vne fauſſe paix; pernicieuſe à ceux qui la donnent, & infructueuſe à ceux qui la reçoiuent, que de ne pas porter les hommes à la patience qui leur eſt neceſſaire pour guerir; & à rechercher le veritable remede de leurs maux DANS LA SATISFACTION DE LA PENITENCE.

Ibidem.

Quis ad hæc non ingemiſcat, *Sanctiſſime Pater*? cùm videt ea, quæ tam ſanctè ab Antiquis Patribus pronuntiata ſunt, ad Diſciplinam ſuorum temporum cuſtodiendam; tam veteratoriè ad hodiernam peſſundandam trahi? Si dixiſſet Arnaldus populo, cui hæc ſcribit, attendite, moneo hæc teſtimonia ad veterem Diſciplinæ normam, non ad noſtram accommodanda: omnem ex animis ſcrupulum, & à ſeipſo mali Dogmatis ſuſpicionem exemiſſet. Si vel ipſos contextus vſque ad abſolutionem ſententiarum continuaſſet, dubium non eſt, quin plerique ſine interprete, de pœnitentia publica per leges Eccleſiæ conſtituta, accipiendos eſſe intelligerent; audirent enim Ambroſium, eodem ſpiritu & ſermone, ad priora verba quæ decerpſit Arnaldus, addentem. *Itaque videas eos candidata veſte incedere, quos lugere & gemere oportebat, quia veſtem illam ablutionis & gratiæ ſordidarunt.* Audirēt, cum D. Cypriano Clerum Romanum, de lapſis, Libellaticis, Thurificatis, ſacrificatis, pœnas publicæ pœnitentiæ, repetentem. At hæc omnia non modò tacuit Arnaldus, ſed vt ad noſtra tempora referrentur, interpoſuit regulam Traditionis, non illam quæ Lesbia eſt, atque in mores humanos flexibilis, ſed rigidam, ferream, immutabilem.

Ambroſ. l. 2. de Pœnit. cap. 9.

QVAESITVM.

Itaque vt me contraham, quæro, *Beatiſſime Paer.* An rectè & congruenter Scriptor libri de frquenti Communione, hoc D. Ambroſij teſtimonium & ſimilia ſuo operi attexuerit, quibus plebs Chriſtiana in hanc opinionem impellitur, vt credat; ſcelus eſſe, ſi quis Sacerdotem adeat eo animo, vt ante peractam ſatisfactionem abſoluatur?

SECTIO VII.

SEXTA FALLACIA.

QVA SIMVLANT NOVÆ DOCTINÆ homines, ſe nihil aliud quàm præcipites quorumdam Sacerdotum Abſolutiones inſectari.

FVCVS ille eſt, quò ſuas Apologias omnes inficiunt, *Sanctiſſime Pater.* Dictitant enim quoſdam eſſe qui nimiâ indulgentiâ, Sacri Tribunalis iura relaxant, qui vtique magis coercendi quàm dedocendi ſint. Vnuſquiſque verò vt de ſe minimè malè cogitat, hoc genus dicterij in vnos quoſdã conuertit, quos graphicè deſignari putãt; Neque ſatis vident, eo perſtringi cunctos qui res ſacras hodie adminiſtrant, atque adeò forſitan ſeipſos.

Quid enim quæſo ſit, quod per præcipites & intempeſtiuas Abſolutiones Arnaldus ſignificat; nos oſtendimus in præcedenti Sectione, eas eſſe, quæ ſine dilatione dantur, quas nomine præfeſtinati remedij, & pacis importunæ, atque ad ligandum Sacerdotem quàm ad ſoluendum pœnitentem aptioris vſurpauit. Cuius præcipitantiæ teſtem adhibuit Ianſenium his verbis. [c] *Cornelius Ianſenius Iprenſis Epiſcopus inter Doctiſſimos huius ætatis numerandus, qui ſtatuit vt Sacerdotes peccata retineant ad tempus, propter IMMATVRITATEM, vt ita loquar, IMPERFECTIONEMQVE Pœnitentiæ, vt paulatim perficiatur; an non erat Catholicus?* En vt, comparat Abſolutiones quæ vulgò dantur nullâ interpoſitâ ſatisfactionis morâ, immaturo fœtui, & quaſi abortiuo. Hæc autem Abſoluendi conſuetudo éſt-ne paucorum? an non potiùs omnium, paucis exceptis, qui ex nouitate Dogmatis eruperunt? ergo non configitur hoc dicto manipulus quidam, ſed vniuerſitas Sacerdotum.

Cornelius Ianſenius Eueſque d'Ipres, & l'vn des plus ſçauans hommes de ce Siecle, qui veut que les Preſtres retiennent les pechés pour vn temps, à cauſe de L'IMMATVRITE, pour parler ainſi, & de L'IMPERFECTION de la Penitence, afin que peu à peu elle ſe perfectionne, n'eſtoit il pas de l'Egliſe.
2. part. cap. 46. p. 623.

QVAESITVM

Pro ſummâ quæro, *Sanctiſſime Pater*, an ſuſtinendum ſit illud ex Ianſenio placitum, quod accipit Arnaldus: præcipites eſſe atque immaturas Abſolutiones, niſi intermiſſâ ſatisfactionis morâ decoquantur?

SECTIO VIII.

SEPTIMA FALLACIA.

QVA FINGVNT SE NVPERORVM tantùm Caſuiſtarum inſcitiam & laxitatem accuſare.

MALEDICENDI libertas gratiam captat, tum maximè plauſibilem, cùm & ſpeciem officij gerit in alios, & effundi videtur in æmulos. Hoc præſidio ſe muniunt Pœnitentiæ Nouatores, vt virulentum quoddam in libro de frequenti Communione ſpiculum, aduersùs Eccleſiaſticos Ordines vniuerſos contortum, retundant. Telum iſtud eſt. Quòd Eccleſia, inde ab annis circiter quingentis, alium ritum (in quo ſcilicet Abſolutio non differtur) ab eo qui eſt Apoſtolicus, & ab omnibus antea Patribus obſeruatus, conceſſerit, per [a] *inſcitiam & incuriam Eccleſiaſticorum.* Cùm ergo perurgentur quinam ſint illi Eccleſiaſtici, in quos hanc culpam conferunt. Reſpondent nuperos eſſe caſuum Scriptores, qui frena impœnitentiæ licentiùs laxauerint, factâ ſibi per fas & nefas arbitrandi omnia, poteſtate. Quàm verò ridiculè poſtremi ætatis homines faciunt quatuor antecedentium ſæculorum reos, quis illico non videt? plauditur tamen huic cæcitati, quia non caret inuidiæ ſtimulo in Coætaneos.

[a] *Hic Textus fusè & idiomate proprio citatus eſt.* Cauſâ 4. Sectio 1.

At ego myſterium hoc recludo, & omnes Eccleſiæ gradus, ſummates, infimates, medioxumos, hoc telo peti euidenter oſtendo. Quinam enimuerò ſunt illi Eccleſiaſtici viri, quorum negligentiâ factum eſt, vt tanta támque diffuſa, per totum orbem, Pœnitentiæ conuerſio & labes accideret? niſi qui rerum ſacrarum adminiſtri, cuſtodes, & præfecti ſunt; Quippe *Eccleſiaſtici* ſunt, inquit Arnaldus, vel igitur de ſolis gradibus plebanorum Sacerdotum, vel etiam de Superioribus vſque ad Apicem ſupremæ dignitatis illi ſunt? At cùm ita comparatum ſit, vt inferiores & ſubditi ducere ad ſe, niſi conſentientes, non poſſint Prælatos in

Ritum ſacramentalem, publicum, & vniuerſalem; in quem tot iuerunt Epiſcopi & Pontifices ſummi, & nunc etiam omnes eunt; conſequens eſt, quinque ætatum Epiſcopos & Antiſtites ſummos, in his ignorantiæ deſidiæque tenebris fuiſſe conſepultos. Agmen fortè primum inierint addicti ſacris populatim diuidendis Miniſtri, at in ſecundo Paſtores conſtiterint: quorum munus eſt gregibus ſuis inuigilare vt ſalubri paſtu reficiantur, & quos ſacris ordinibus initiant atque Eccleſiæ tanquam filios edunt, erudire ad legitimam rerum diuinarum diſpẽſationem. Quoniam verò vt ait D. Bernard. *Inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentéſque Rectores;* In tertio gradu collocati fuerint, qui per quingentos abhinc annos in Clauo Reipublicæ Chriſtianæ ſederunt Sanctiſſimi Pontifices, tanquam fautores huius prauitatis, & cæci Duces cæcorum; quod lingua nefas habet dicere, & animus etiam meus cogitare perhoreſcit.

D. Bernard. de Conſider. lib. 4.

Itaque vaniſſimæ credulitatis eſt id exiſtimare, quod illius ſectæ homines intrudere in animos hominum omni contentione ſtudent; ad nouitios tantummodo Conſcientiæ informatores, Caſuúmque definitores, hanc inſcitiæ & ſtuporis exprobrationem in hac Sacramentorum ſubjecta deturpatione pertinere; quam longè ex ſuperioribus ſæculis repetitam in omnes illorum temporum Sacerdotes & Flamines liber de frequenti Communione diffundit. Ipſi, ipſi in optimates Eccleſiæ, in ſacram purpuram, in Pontificales infulas hanc maculam, hoc probrum, hoc dedecus inferunt; à quibus tamen, quod omnem indignitatem ſuperat, ſuffragationes ſibi, gratulationéſque & plauſus depoſcunt.

QVAESITVM

SVMMA eſt. An non Scriptor libri de frequenti Communione in vniuerſos Ordines & gradus Eccleſiæ, crimen *inſcitiæ & incuriæ* intulerit? per quos factum ſit, vt antiqua Pœnitentiæ forma non modò negligentiùs adſeruata, ſed etiam deſerta & oppreſſa iacuerit. Atque in eius locum alia quædam ſuffecta, & in mores *vsúmque ordinarium* recepta, quæ morta-

les omnes in voraginem impœnitentiæ præcipites committat. Nam expendenti librum de frequenti Communione, obuerſari ante oculos ſemper iſtud debet. PRAXIM ESSE ORDINARIAM, quæ his omnibus maledictis & vituperationibus obruitur [a] *Ritus obeundæ Pœnitentiæ qui eſt hodie ORDINARIVS apud fideles, eſt alius ab eo quem aliàs obſeruabat Eccleſia*, inquit in Præfatione ſua Arnaldus.

[b] *Hæc Praxis Pœnitentiæ ORDINARIA quam nobis obiectas*, ait idem, in meditullio ſui Operis; *impœnitentiæ generali omnium mortalium indulget, adulaturque.*

a *La maniere de faire Penitence, qui eſt maintenant ORDINAIRE parmy les Fideles, eſt differẽte de celle qu'on faiſoit autrefois dans l'Egliſe, &c.* Totus contextus, ſuprà refertur Causâ 2. Sect. 10.

b *Ainſi cette Pratique ORDINAIRE, que vous oppoſez, fauoriſe l'impenitence generale de tout le monde, &c.* Contextus integer exprimitur, in causâ 4. Sect. 1.

OCTAVA CAVSA COMMOTIONIS.

QVOD DOGMA CAPITALE LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE Præiudicatum ſit, & damnatum erroris & Hæreſeos manifeſtæ, à Sixto IV. in Petro de Oſma Doctore Salmanticenſis Academiæ. An. D. 1478.

VARIIS fallaciarum locis per Analyſim hactenus indagatis & diſcuſſis, duo reſtant propter rerum quas continent magnitudinem & grauitatem,ſingillatim & diuiſis cauſis exponendi. Alter, in quo Scriptor libri de frequenti Communione, ſuæ Doctrinæ nouitatem in Petro de Oſma iam damnatam,ab illius tamen cenſura vendicare conatur. Alter, quo Concilij Tridētini Canonem quemdam deprecari,modis omnibus adlaborat. Ad primum aggredior.

Vt ſi quis ictam de Cœlo domum, & conceptum ſemen erumpentis è tecto flammæ viderit, ſæuus eſt profectò, ſi non exclamat, & præſentis periculi magnitudinem denunciat. Itidem eſt, *Sanctiſſime Pater*, poſtquàm Dogma Capitale libri de frequenti Communione tactum olim anathemate vidimus, ſilere non debuimus, quia certum erat exitium in morâ.

Vulgabat aliquando errores ſparſis ſermonibus & libellis Doctor quidam Salmanticenſis, cui nomen Petro de Oſma, hunc inter cæteros,*Non peractâ Pœnitentiâ Confitentes abſolui non debere*,ſed illicò repreſſus eſt per Bullam â Pio IV.datam,quæ ſic inſcribitur [a] *Damnatio quarumdam Propoſitionum à Petro de Oſma & alijs temerè proditarum,præſertim circa Confeſſionem,& alia S. R. Eccleſiæ Sacramenta.* Is eſt ipſe toties decantatus Ordo antiquæ Pœnitentiæ, in quem reſtituendum totus liber de

[a] Bullar. Roman. tom. 1. Bul. XVII.

frequenti Communione inſumitur, ſub his verbis. [b] *Neceſſarium eſt vt peccator pœnitentiam peragat de peccatis, non modò antequam communicet, ſed etiam antequam abſoluatur.* Hæc enim propoſitio ſententiam non habet ab iſta diuerſam; *Quòd non peractâ pœnitentiâ, confitentes abſolui non debeant*, quæ per Bullam Pontificiam proſcripta eſt.

b *Hæc propoſitio cum ipſo cõtextu relata eſt,* Causâ 2. Sect. 2.

Nihilominus Scriptor de frequenti Communione, ad hanc Pontificalis cenſuræ notam duo reſpondet; [c] Primùm negat, idcirco damnatum erroris Petrum de Oſma fuiſſe, quòd affirmaret, confitentes non peractâ pœnitentiâ abſolui non debere; Sed quòd illud affirmaret, nulla exceptione facta. Secundò reſpondet, hoc dictum Petri de Oſma, non fuiſſe ſingulariter notatum, ſed vt erat cum alijs multis implicitum & coniunctum.

c *Hæc prima reſponſio continetur in libro de frequenti Communione. Eam cum toto contextu vernaculo retulimus.* Causâ 2. Sect. 3.

Vtrumque verò pariter mala fide cauſatur, *Sanctiſſime Pater*, quod enim primo loco ponit, nihil Petrum Oſmanum excepiſſe ab ſua Enunciatione; Nullum à ratione fundamentum habet. Quæro enim vnde id ſibi ſumat? Nam tenor Bullæ propoſitionem nudam & indefinitam repræſentat; Et hominem damnat, quòd dixerit, *non peractâ pœnitentiâ, confitentes abſolui non debere.* Hæc autem forma interminata loquendi non perimit factorum ſingularium exceptiones. Imò, lex, quæ breuiloquium quoddam ſapientis eſt, ſub formulâ verborum incircunſcriptâ ferri ſolet, ideóque *Iuſti legitimi correctionem* patitur, vt cum philoſopho loquar, id eſt exceptionibus ſubijcitur, quas æqui bonique ratio poſtulat.

Contrà verò Arnaldus, in hac dogmatis ſui defendendi ſuſcepta ratione, latus ſuum cenſuræ in Salmanticenſem Doctorem contortæ, penitus nudauit. Liceat enim ipſum coram SANCTITATE TVA, hiſce vocibus compellere. Quid dubitas, quid in illa Iberi Doctoris propoſitione attonitus hæres? Verba habet præciſa, & pura, & perſpicua. Ait enim, *Confitentes, non peractâ pœnitentiâ, Abſolui non debere.* Hoc eſt neceſſarium eſſe, vt pœnitentes expleant pœnitentiam, antequam abſoluantur. Quidni in hoc errare,

damnarique dicis? Quòd neceſſitatem Ordinis illius pœnitendi, quem tu Antiquum facis, ad ſua tempora retuliſſet. Hæc eſt enim aperta iſtius Enunciati labes, quam cenſura caſtigat. Vidiſti, oculate, hoc Telo, tuum Dogma configi, atque vt eius ictum deflecteres, dixiſti, non ea re notatum Petrum Oſmanum, quia in ſuam ætatem reuocare neceſſitatem illius antiqui moris tentaret, ſed quòd illi Ordini [a] *Neceſſitatem Abſolutam*, & omnis exceptionis immunem largiretur. An non hæc cauſa fuit? Cur in quæſtione facti, quæ ad primæua Eccleſiæ tempora ſpectabat, mentionem inieceris iſtius hominis, qui pene poſtremis vixit; nunquid eò cogitationes tuas conferebas, vt ſtatueres, inter tuum & illius Dogma, non plus eſſe diſcriminis, quàm quantum inter Neceſſitatem Legis & Regulæ generalis quibuſdam exceptionibus temperatæ intereſt, & Neceſſitatem Abſolutam. At non propterea tamen, vim Iudiciorum, & Cenſuræ laqueos effugiſti? Tibi enim reſpondebit Oſmanus, quod tu nobis; *Non admitto Abſolutam. Supremum fati diem excipio.* Quod cùm ipſe dixerit, an putas anathematis abſolutum?

[a] *Tota verba referuntur*, Causâ 2. Sect. 3.

Hæc ſecunda Reſponſio cōtinetur in libro de frequenti Communione, his verbis. *Principalement eſtant ioinct auec beaucoup de grandes erreurs que ce Docteur Eſpagnol a ucit auancées.* quæ fusè retulimus Causâ 2. Sect. 3.

Huic primæ reſponſioni, ſiue quia diffidebat ipſe, ſiue quia per eam ſuum potius errorem prodi, quàm alienum exiſtimauit; Secundam ſubiecit. Quòd nimirum, hæc Petri de Oſma propoſitio, non fuerit ſingillatim inuſta, ſed promiſcuè & veluti in turba errorum quibus obuallatur. At inanitatem huius depulſionis, expreſſa conſignatáque verba Bullæ ſic excutiunt; vt exhibere tantùm ſit opus. Sic enim habent: *Nihilominus, pro potioris cautelæ ſuffragio, OMNES ET SINGVLAS propoſitiones prædictas, falſas, Sanctæ Catholicæ fidei contrarias, Erroneas & Scandaloſas, & ab Euangelica veritate penitus alienas, Sanctorum quoque Patrum Decretis & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus contrarias fore, ac MANIFESTAM HÆRESIM continere, dictâ Authoritate declaramus.*

Vbi verò eſt fides, & ingenuitas Scriptoris, *Sanctiſſime Pater*, & Sacrorum Diplomatum interpretis? Bulla proſcribit *Omnes & ſingulas propoſitiones*; quarum

vna

vna eſt, *non peractâ pœnitentiâ, Confitentes abſolui non debere*, & notis inurit, & diris omnibus anathematiſmis deuouet. Aduersùs hanc tamen erigit ſe Arnaldus, & conteſtatur hanc propoſitionem, *non peractâ Pœnitentiâ, confitentes abſolui non debere*, quâ videt Dogma ſuum includi; non eſſe ſingulariter & ſuo merito, ſed ex aliarum conſortione & contagione damnatum. Nos verò contrà (vt viſa & perſpecta Veritas, aſſentiones animi non ſinit eſſe liberas, ſed iniuſſas exprimit atque naturaliter effundit) Fateor, exclamauimus aliquando, Arnaldus manifeſti tenetur erroris! Non quo Iudicium præcurreremus; Sed vt, quod erat pro Tribunali in hac cauſa præiudicatum, annũciaremus; Recordantes illam Iuris Canonici regulam. *Qui hæreſim iam damnatam ſequitur, eius ſe damnationis participem facit.* Quod diuinum effatum ex ore Gelaſii Summi Pontificis exijt in Achatium, cum factus eſſet *non inuentor noui erroris, ſed veteris imitator.* 24. q. 1.

Quærimus itaque, *Beatiſſime Pater*, an non eadem Cenſura vtrique, Oſmano nimirum, & Arnaldo communis ſit. *QVAESITVM.*

CAVSA NONA
COMMOTIONIS.

In hac cauſa, refelluntur ea, quæ docentur in capite viceſimo nono ſecundæ partis, libri qui inſcribitur.
Deffence de Meſſeigneurs les Prelats

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE, ſine Conſulto & Authoritate Summi Pontificis, Claſſicum dederit ad inducendam mutationem Ritus Ordinarij Pœnitentiæ.

VOcare Chriſtianos ad mutationem Ritus Ordinarij in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento re non approbatâ per Summum Eccleſiæ Præſidem & Rectorem, ſed ne ad illum delatâ quidem, & modis omnibus vrgere clàm & palàm, priuatis & publicis concionibus vt perficiatur. Eſt-ne factum ſilentio premendum, *Sanctiſſime Pater?* An non omnium potiùs, qui Chriſtianæ pietatis ſtudio tanguntur, vocibus & clamore repellendum?

Atenim, non fuit ſatis incitare animos ad hanc nouitatem, opere in linguam vulgi edito; id quod Dogmatiſtæ ſemper affectarunt; Parum fuit, obiectâ ſpecie *vtilitatis*, *præſtantiæ*, *facilitatis*, & *neceſſitatis* allectare; niſi etiam exemplis ad imitationem compoſitis prouocaret, accenderet, inflammaret, iámque lætis auſpicijs cœptum eſſe huius Renouationis exordium, quaſi per Præconem conclamaret: Illius Tubæ cantum, ſi placet, audiamus.

Tout le mode ſçait qu'à vingt-cinq lieuës de Paris, Dieu a retracé vne Image viuante de la Penitence ancienne parmy tout vn Peuple, par la vigilance & la charité d'vn excellent Paſteur,

Norunt omnes, quemadmodum viginti quinque ab vrbe Pariſiorum leucis, ſpirans imago antiquæ pœnitentiæ diuina manu reformata enituit. Quod ſanè factum eſt diligentiâ & ſtudio vigilantiſſimi Paſtoris, nec non ſapientiâ Archiepiſcopi præſtantiſſimi, à quo Miniſterium illud accepit; quíque hoc iure Prærogatiuæ præ alijs ſemper gaudebit, qui deinceps erunt illius zeli in

RESTITVENDA DISCIPLINA *imitatores, quòd Ducem ſe illis præbuerit tam ſpectabili exemplo, atque adeò in communionem laudis & meritorum cum omnibus veniet: Siquidem ille qui bonum opus afficit, apud Deum Author habetur illius, & conſequentium quæ ex illo naſcuntur quaſi parens quidam, & totius ſpiritalis ſobolis procreator.*

Illic videas pœnitentes, qui pœnas ſibi præſcriptas non ſuſcipiant modò, ſed inſtent petendis, impetratas ardenter efficiant, & aliquid ſemper ad illas adijcere, aut ſeueritátis aut diuturnitatis elaborant. EXCLVDI SE COMMVNIONE *Chriſti Domini non ferunt tantùm, ſed ipſi flagitant.* INGRESSV TEMPLI SEIPSOS PROHIBENT, *quia ſe indignos putant qui miſcere ſonos cum populo Dei, & frui aſpectu beato myſteriorum tremendorum pariter & venerabilium debeant.* Simili tenore reliqua huius ſpectaculi fercula deſcribens, in hanc exclamationem erumpit.

Quid habēt homines, quod cōtra HÆC OMNIPOTFNTIÆ DIVINÆ MIRACVLA *obijciant? An os ſuum in cœlum inſerent? Vt ait Propheta, quo rationem petant à Sancto Spiritu* EARVM COMMOTIONVM *quas animis imprimit, atque expoſtulent* QVOD SVÆIPSIVS PERTVRBATOR ECCLESIÆ SIT, *dum hodie praxim inſimulant nouitatis, quia ex antiquitate reducitur.*

Hæc ille, quibus ad æmulationem attentati facinoris, certatim populos Paſtoréſque prouocat, quod illis tam illuſtre támque glorioſum repræſentat, vt ad *Miraculum* & prodigium quoddam diuinæ virtutis referat. Vt hanc etiam nouitatem *Antiquitatis* nomine, & *reſtituendæ Diſciplinæ* cohoneſtet. Quam cùm ipſe turbarum in populo pleniſſimam eſſe præſentiret, eas *à Sancto Spiritu* excitatum iri *perturbationes* denunciat, vnde alio loco dicit; [a] *fruſtra quoſdam de ſchiſmate trepidaturos.* Et aliò, [b] *meliùs eſſe, vt ſcandalum oriatur, quàm veritas relinquatur.*

Vtinam malè augurarus eſſet Arnaldus, cùm denunciabat *ſcandalum* ex ſua ſecta oriturum! Sed vt eſt animo ſagax, proſpiciebat non ſine graui commotione & offenſione Chriſtianorum fieri poſſe, vt Pœnitentes cernerentur, ſeipſos non Communione modò, ſed etiam *ipſo templi ingreſſu abſtinere*: in quo, ſuæ

& par la ſageſſe d'vn grād Archeueſque qui l'a appellé à ce Miniſtere, & qui aura touſiours cet auantage par deſſus ceux qui voudrōt imiter ſon zele dans LE RESTABLISSEMENT DE LA DISCIPLINE, *que c'eſt luy qui les aura excitez le premier par vn ſi grand exemple, & qu'il aura part au merite de tous les autres; puiſque celuy qui commence vne bonne œuure, paſſe deuant Dieu pour l'Autheur, & pour le Pere de toutes les ſuiuantes, qui naiſſent de cette premiere, & ſont ſes enfans ſpirituels.*

C'eſt là qu'on voit des Penitens, qui non ſeulemēnt reçoiuent les Penitences qu'on leur impoſe, mais qui les demandent auec inſtance, qui les pratiquent auec ardeur, & qui taſchent touſiours d'en augmenter l'auſterité & la durée. Non ſeulement ils ſouffrēt qu'on leur retranche la Communion du Fils de Dieu, MAIS ILS VEVLENT EVXMESMES EN ESTRE SFPAREZ, ILS N'ENTRENT PAS MESME DANS L'EGLISE, *ſe trouuans indignes de meſler leurs voix auec celles du Peuple de Dieu, & de iouïr de la veuë bien-heureuſe des Myſteres egalement terribles & venerables.*

Que peuuent oppoſer les hommes à ces miracles de la puiſſance de

Dieu? Mettront-ils leurs bouches iuſques dans le Ciel, comme dit le Prophete; pour demander raiſon au S. Eſprit des mouuemens qu'il imprime dans les ames, & pour ſe plaindre qu'il TROVBLE LVY-MESME SON EGLISE, en reſtabliſſãt auiourdhuy vne pratique qu'ils accuſent eſtre nouuelle, par ce qu'elle eſt ancienne?

Pref. p. 140. 141. 142.

a *Pour leuer le Scrupule de ceux qui s'imaginent que c'eſt preſque faire ſchiſme, & vouloir deſtruire l'Egliſe, que de croyre, qu'il y ait quelque deſordre & quelque deſreglement dans ſa Diſcipline.*

Ibid. p. 122.

b *Qu'il vaut mieux laiſſer naiſtre le trouble & le ſcandale parmy les hommes, que d'abandonner la verité.*

Ibid. p. 150.

c *In Pſalm.* 59.

d *Car il eſt certain que l'Egliſe ne peut eſtre reſtablie dans la Diſcipline que par l'eſprit & par la Conduite des Eueſques, qui ſont les Succeſſeurs des Apoſtres, & qui ſont deſcendus par vne ſuitte continuelle de cette tige Royale & Diuine, comme les enfans illuſtres de ces premiers Peres, & les heritiers de la Principauté que Dieu leur a donnée ſur toute la Terre.*

Pref. p. 144.

HIC NOTAMVS, quòd Epiſcopi ſucceſſerunt Apoſtolis qui-

Diſciplinæ faſtigium collocauit.

Nullum eſt in ſuadendo potentius argumentum, quàm exemplum. Nam, vt ait Diuus Bernardus, Epiſtola 20. *facilè fit ſuadibile quod dicitur, dum monſtratur factibile quod ſuadetur.* Itaque Arnaldus ex illa ſpecie illuſtriſſimi exempli magnificè ſubiectâ, iam ſingulos ad imitationem nouis facibus exagitat.[d] *Certum eſt*, inquit, *Eccleſiaſticam Diſciplinam inſtaurari non poſſe niſi ſpiritu & ductu Epiſcoporum; vt primitus fundata eſt per Apoſtolos renouari nunc etiam niſi per Epiſcopos non poteſt Apoſtolorum ſucceſſores, qui ſerie continenter ducta, ab illa ſtirpe regia & diuina propagati ſunt, tanquam illuſtres liberi Progenitorum, & hæredes Principatus Cæleſtis, quem illis in vniuerſum orbem Deus conceſſit.*

Denique pro Donatiuo, ſpem illis certam facit, quòd, vel hæc vna aggreſſio ſuſceptióque operis, apud Deum pro victima piaculari, futura ſit, ad omnes ſcelerum notas toto vitæ curriculo conceptas, penitus abſtergendas. Sic enim loquitur. [e] *Eiuſmodi occaſiones vnicas, quæ non niſi ſemel in vita occurrunt, ſufficere vt perſonæ conditione illuſtres, & in alto gradu collocatæ, expiare poſſint VNICA ACTIONE omnia totius anteactæ vitæ peccata.* Ita verò demulcere fidem primorum Chriſti Miniſtrorum vanis adulationibus pertentant, & purpuratos Patres ad ſua ſtudia partéſque traducere, ea arte cogitant, qua, vt inquit D. Auguſtinus. [c] *Falſa laus Adulatoris, & ſimulata dilectio rigidas mentes à rigore veritatis emollit.* Eodem pertinet magni cuiuſdam Epiſcopi commendatio, quem natum eſſe ad Diſciplinam Eccleſiæ proſtratam in antiquum decus reuocandam perhibet Arnaldus. Cùm dicit. [f] *Deum non aliter loqui in decurſu Eccleſiæ quæ paulatim moribus relaxatur, quàm ſuſcitando magnum aliquem Epiſcopum, qui quod defluxit ad primam regulam reuocet, & mortales in viam ſalutis reducat, non minùs exemplo, quàm documentis & doctrina; quem etiam modum in reſtituendis religionum particularium Ordinibus tenet.* Deinde verò Silentium Dei interminatur ſi dicto illius Epiſcopi, (Iprenſem deſignari facilè iam omnes intelligunt, San-Cyrano coniunctiſſimum, & in libro de frequenti Communione ter ſuperbiſſimè dilaudatum) Chriſtiana plebs audiẽtem ſe non præbeat: Sic

enim pergit. *Ita porrò accipiendum eſt quod ait Propheta. Semel locutus eſt Dominus, quia poſt admonitionem tam publicam; mox in ſeipſum reconditur, & deinceps in diuturno ſilentio commoratur, vt puniat homines qui hanc eius linguam non intellexerunt.* ô ambages Myſterij plenas!

Ad idem Nouitatis incentiuum ſpectat licentia diſpenſandi, quam facit ſuæ ſectæ alumnis, qui ſcientiam Canonum percallere ſibi videbuntur his verbis. g *Si quid verò in lege diſpēſandum eſt, vt nonnunquam opus eſt, nulli ſanè meliùs diſpenſabunt, quàm qui ſpiritum legis poſſident.* Nec non illa diſtinctio quam inter *Diſcipulos Eccleſiæ & Diſcipulos Chriſti* inſtituit capite viceſimo nono primæ partis; quâ poſitâ, decernit. h *Directorem animarum nihil illis quidquam dicere debere, niſi quod Chriſtus illi ſuggerit eo ipſo momento quo eas exhortatur.* Et vadem huius documenti conſtituit Diuum Auguſtinum innumeris, inquit, locis, nullo tamen indicato.

Nos, dum flagrantem huius Dogmatis incendio Galliam repente vidimus. Silere potuimus? diſſimulare debuimus? Res non erat vulganda? Periculum non fuit indicandum? Fides & diligentia bonorum non imploranda? Quid igitur à nobis actum eſt in hoc diſcrimine Religionis? Quod erat tempori magis obuium, remedio peroportunum, authoritate præcipuum. Ad vim flammarum ſedandam & comprimendam, ex Concilio Tridētino præſidium occupauimus, & Canonem vnum aduerſariorum conatibus obiecimus, quo cauetur, ne liceat cuiquam Epiſcopo præter eum qui ſummus eſt, mutationem in ritus Sacramentorū ordinarios & ab Eccleſia receptos inducere. Ita fert enim. *Si qui dixerit Receptos & Approbatos Eccleſiæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut ſine peccato à Miniſtris, pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Eccleſiæ Paſtorem mutari poſſe, Anathema ſit.* Subſannarunt hanc defenſionem noſtram homines acuti, & nos tanquam rudes & ignaros canonum irriſerunt, illo quippe Canone agi de ceremonijs quæ adhibentur ad maiorem ſolennitatem Sacramentorum, non autem de ritu ordinario quo adminiſtrari debeant, cauſati ſunt.

dem, ſed non APOSTOLATVI; vnica enim eſt ſedes Apoſtolica, nempe Romana. Falſum eſt igitur, quòd Epiſcopi ſint Hæredes poteſtatis illius quam Deus Apoſtolis per vniuerſum orbem terrarum conceſſit. HAEC ENIM EST POTESTAS APOSTOLICA, quæ nullius certæ Diœceſeos finibus continetur. At reuerentia ergà Primarios Eccleſiæ Miniſtros, quæ noſtra eſt, facit; vt hunc dogmatis nœuum, tacitè prætermittamus.

e *Que ces occaſions vniques qui n'arriuent qu'une fois en la vie, en ceux qui ſont eleuez aux grandes charges, ou dans l'Egliſe, ou dās le monde ne ſoient de ſi grande & de ſi parfaites penitences, que Saint Paul a dit de l'vne que la femme ſera ſauuée par l'education de ſes enfans: & qu'vn excellent Autheur, qui viuoit au douziême ſiecle, qui eſt le temps ou la penitence à commēcé a ce relaſcher, a oſé dire de l'autre qu'elle pouuoit ſuffire deuant Dieu dans les perſōnes les plus eleuées par leur condition, & par leur charge, pour expier par vne ſeule action les pechez de toute leur vie.* Pref. p. 48.

f *C'eſt pourquoy il faut conſiderer auec grand ſoin la conduite de Dieu en cette rencontre. Car aprés auoir parlé aux hommes en tant de manieres par ſes Prophetes, & par,*

Nolo hic grammaticum agere: Sed quis eſt tam leuiter verſatus in ſignificatione verborum iuris Canonici, vt ignoret vocem *Ritus* æquiualere vſui, & conſuetudini, & Praxi factitandi res ſacras, ſiue ſecundùm ea, quæ remotę illis accidunt, quæque nomen ceremoniarum propriè ſibi ſumunt, ſiue ſecundùm ea quæ naturam illarum proximè afficiunt, & componunt. Teſtis erit Panormitanus canonum locupletiſſimus interpres ſi quis alius, qui ritum ita definit, *Ritus, eſt Conſuetudo ſolennitatem præbens in aliquo actu exercendo, in materia ſacra;* Æquiualet ergo ritus, conſuetudini, & praxi. Iam verò, vox illa (ſolennitas) quando ad actionem aliquam, vt in hoc Canone ad ipſã Sacramentorum confectionem exprimendam apponitur, non ſignificat maiorem quendam apparatum actionis edendæ,[i] vt illitteratè defenſor libri de frequenti Communione dixit; Sed denotat ordinariam agendi formulam, certa quadam ratione concluſam. Ita enim ſtylus[K] vtriúſque fori docet. Quare ſententia ſacri Canonis hæc erit. *Si quis dixerit receptos & approbatos Eccleſiæ ritus, in ſolenni Sacramentorum adminiſtratione* (hoc eſt in adminiſtratione quæ certam habet vſúque Eccleſiæ receptam formulam) *adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à Miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Eccleſiæ Paſtorem mutari poſſe, Anathema ſit.* Quare nemo dubitabit quin inter *ritus receptos & approbatos in Sacramentorum ſolenni adminiſtratione adhiberi ſolitos*, recenſeri debeat diſpoſitio partium pœnitentiæ & collocatio ritu hodierno comprehenſa, quam Summus Pontifex, Epiſcopi omnes, & Sacerdotes vbique vſurpant. Vnde conſectarium eſt, ſub Anathematis pœna vetitum eſſe, ne per quemcumque Eccleſiæ Paſtorem, priuatum ſcilicet, demutetur. Et verò ſi interdictum eſt, quod aduerſarij fatentur & volunt, per hunc Canonem, vt non interuertantur Cerimoniæ quæ celebritatem aliquam extrinſecus afferunt Sacramentis, quantò magis cautum erit, ne fiat mutatio Ritus ordinarij, qui Sacramenti rem & ſubſtantiam intimè penetrat peruadítque?

Quod cùm ſatis clarè videant, ipſi Aduerſariarum

les Peres qui leur ont ſuccedé, il ne parle pas autrement dans le cours de ſon Egliſe, qui ſe relaſche peu à peu dans ſes mœurs, qu'en faiſãt naiſtre quelque grand Eueſque, qui rappelle les choſes à leur principe, & qui ramene les hommes dans la voye du ſalut, autant par ſon exemple, que par ſon inſtruction & ſa doctrine, qui eſt la meſme maniere par laquelle il reſtablit les Religions particulieres. C'eſt ainſi qu'il faut entendre ce qu'adit le Prophete, Dieu à parlé vne fois, parce qu'apres ces auertiſſement ſi public, il rentre auſſi toſt dans luy meſme, & demeure en ſuitte longtemps dans le ſilence pour punir les hommes qui n'ont pas entendu ſon langage. P. 102.

g *Que s'il eſt beſoin de diſpenſer de la Loy en quelque choſe, cõme il eſt quelquefois neceſſaire de le faire, il n'y en à point qui en puiſſent ſi bien diſpenſer que ceux qui poſſedent l'eſprit de la Loy.* Pref. p. 41.

h *Ce qui fait dire ſi ſouuent à Saint Auguſtin, que le Predicateur de la parole de Dieu, & le directeur des ames, ne leur doit rien dire que ce que Ieſus-Chriſt meſme luy ſuggere au momẽt qu'il les exhorte.* 1. Part. cap. 29. p. 140

i Deffence de Meſſeigneurs. part. 1. ch, 16. pag. 154. & par. 2. pa. 171.

partium Duces, nempe, Canon Tridentinus præcipit tantùm, ne Ritus recepti in adminiſtratione Sacramentorum mutentur in nouos, atqui in antiquos commutamus, inquiunt, & per traditionem duodecim ſæculorum deriuatos, quare nos cenſuræ fulmen iſtud præteruolat, ſi quidẽ [l] *Immeritò Praxis noſtra inſimulatur nouitatis, quia ex antiquitate reducitur.* Nihilò tamen feliciùs quàm antea ſe expediunt, *Sanctiſſime Pater*, nam ſi dixero hunc ordinem pœnitendi, quem pro vniuerſali venditant, non modò antiquum non eſſe, ſed eſſe nullum; nihil accipiam niſi quod nobis pridem ratio vendicauit. At, demus antiquum eſſe? an poſtea, quàm interiectu quinque Sæculorum, quibus factam eſſe veteris Diſciplinæ remiſſionem cauillantur, fuerit abruptus; ſi repetatur hodie, non erit nouus? Non erunt ergo nouitatis accuſandi, qui priſtinum morem baptiſandi cum immerſione triplici, aut qui conſuetudinem communicandi ſub vtráque ſpecie reuocare contenderent? quia ex antiqua memoria reuocarent. Quaſi verò renouatio moris antiqui, non ſit nouitas quædam appellanda.

K. *Lege 2. Deinde ex his legibus. ff. de origine iuris.*

l Suprà, *Vne pratique qu'ils accuſent d'eſtre nouuelle, parce qu'elle eſt anciẽne, &c.*

Tertium itaque effugium captant. Dicunt enim laudato Canone, prohiberi tantùm ne mutentur Ritus *Approbati*: Atqui Ritum pœnitentiæ hodiernum contendit Scriptor de frequenti Cõmunione, nullo tempore, nullóque decreto, ſeu Concilij, ſeu Pontificis fuiſſe pro vſu communi approbatum; ſed pro exceptione aliqua ſingulari admiſſum; inuaſiſſe autem locum alterius, qui eſt à Chriſto, ab Apoſtolis, & à Sanctis Patribus præſcriptus. Id dicunt igitur, & Apologijs ſuis intexunt ſub hoc argutulo dicto, [m] *Sectandum eſt id magis quod Eccleſia ſentit, quàm quod tolerat.* Quo ſignificant tolerari, non probari hodiernæ pœnitentiæ Ritum. Sed contrà ſic inſto. Etſi nullum decretum de Ritu in adminiſtranda pœnitentia ordinario conditum extaret (extat autem in omnibus libris qui de ratione in ſacris Ritibus tenenda præcipiunt) ad eius tamen approbationem, ſatis eſſet tacita totius Eccleſiæ in illo vſurpando conſenſio; vt docet, tum hic Canon Concilij Tridentini, tum alter ille,

m Deffenſe de la verité. p. 41.

Ritum Pœnitentiæ Ordinarium præcipiunt Rituales libri authoritate ſummi Pontificis, aliorúmque Epiſcoporum vſu comprobati.

Suprà Causâ 7. Sect. 3.

quem eâdem de cauſa produximus ex Concilio Conſtantienſi, ſtatuente, quòd *conſuetudo rationabiliter introducta & diutiſſimè obſeruata, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate mutare*: tum ex D. Auguſtini ſententioso verbo, ſimiliter eandem in rem à me adducto. *Si quid horum tota per orbem frequentet Eccleſia, & hinc, quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.*

Denique mirum in modum huius mali ſuſpicionem & dolorem acuit aliud quoddam Scriptoris de frequenti Communione dictum, quo indigitat hominem quendam Deo afflatum, qui huius inſtaurandi Sacramenti, reparãdæque Diſciplinæ Author & Princeps eſſe debeat. Eius verba refero. *Deus, qui multimodis vnitatem in Eccleſia ſuam honorat, nunquam honoratiorem præſtat, quàm cùm veritatem DOGMATIS ALICVIVS ſuſtentat, aut partem COLLAPSÆ DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ aliquam reficit, vi & facultate duntaxat VNIVS, quem ſolet tam ſingulariter VNVM reddere in hoc particulari Dono, quod illi largitur; quàm ipſe in ſua eſſentia vnicus eſt.* Fama eſt, hoc ænigmate deſignari perſonam San-Cyrani Abbatis, ex cuius genio Dogma recudendæ Pœnitentiæ, primùm in Gallias erupit. Sed quiſquis ille eſt periculosè laudatur, cùm ei, diuina quædam delegatio & miſſio, præter ordinem viámque Canonicam arrogatur, ex prærogatiua diuini muneris tam ſingulari, quàm ipſe Deus vnus eſt & ſingularis. Cuius Doni largitate donatus, præeat vnus omnibus, quaſi Dux & Doctor à Deo informatus, & ad extrema pœnitentiæ reſarcienda damna delectus.

Dieu qui honore dans l'Egliſe ſon vnité en pluſieurs manieres, ne l'honore iamais dauantage, que lors qu'il ſoûtient vn point de Doctrine, ou qu'il reſtabliſt vne partie de la Diſcipline de ſon Egliſe, par la ſuffiſance, & par la vertu d'vn ſeul, lequel il rend d'ordinaire auſſi vnique dans ce don particulier qu'il met dans luy, cõme il eſt luy meſme vnique en ſon eſſence.
Pref. p. 93.

Ecce, quomodo in hac cauſa, quæ communis eſt omni Reipublicæ Chriſtianæ, remittit Arnaldus ad hominem neſcio quo inſtinctu, afflatúque abreptum. At nos, è diuerſo, ad Sedem Apoſtolicam, in qua ſpiritus Chriſti propriè reſidet, confugiendum eſſe, populis & Paſtoribus indicimus. Memores illius Documenti, quod Innocentius Papa Epiſcopis Concilij Mileuitani dedit. *Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes Fratres & Coepiſcopos noſtros non niſi ad Petrum, id-eſt ſui nominis & honoris Authorem referre debere, (veluti nunc retulit*

Innoc. Ep. 26.

retulit veſtra dilectio) Quod per totum mundum poſſit Eccleſijs omnibus prodeſſe.

SVMMA TOTIVS CAVSÆ.

QVÆSITVM Primum. An non Canone ſuprà citato Concilij Tridentini, cautum ſit Sacerdotibus & Epiſcopis, ne mutent Ritum Sacramenti Pœnitentiæ, qui nunc eſt in Romana Eccleſia ordinarius?

QVÆSITVM Secundum. An non Ritus Sacramenti Pœnitentiæ, qui nunc eſt in Eccleſia Romana ordinarius, haberi debeat tanquam approbatus, & pro lege ſeruandus, iuxta citatum Concilij Conſtantienſis decretum, & Diui Auguſtini regulam appoſitam?

QVÆSITVM Tertium. An hæc propoſitio bene ſonet? *Deus, qui multimodis vnitatem in Eccleſia ſuam honorat, nunquam honorationem præſtat, quàm cùm veritatem Dogmatis alicuius ſuſtentat, aut partem collapſæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ aliquam reficit, vi & facultate vnius dumtaxat, quem ſolet tam ſingulariter vnum reddere in hoc particulari Dono quod illi largitur, quàm ipſe in ſua eſſentia vnicus eſt.* *Suprà, vernaculo ſermone exſcribitur.*

Cauſas expoſtulandi ad duo priora Quæſita pertinentes, in contextu ſatis expoſuimus. At propoſitio in hoc tertio Quæſito poſita, ſpiritum particularem Caluini ſapere videtur: qui in illuminatos noſtri temporis graſſatur, quo inflatus ille ſic ſe iactabat, *ſenſum amplectimur quem ſpiritus Dei ſuggerit, quo freti deſpicimus ex alto quidquid terrenæ ſapientiæ contrà opponitur.* Præterea, inſolens eſt, atque Chriſto vnicè dempto, inuſitata Doni alicuius poſſeſſio, tam ſingularis quàm Deus eſt. Neque alio fine inuenta, quàm ad conciliandam falſo Dogmati Diuinitatem. Caluin. l. 4. Inſt. c. 17. n. 25.

QVÆSITVM Quartum. An Auguralis illa interminatio Arnaldi, quâ, Deum poſtquam *ſemel oraculum edidit, diu ſilentem, & reconditum,* & *latitantem Eccleſiæ facit*, non ſit iniurioſa perpetuitati, quam diuinus ſpiritus Eccleſiæ ſibi ſponſæ adpromiſit? Et an *Suprà, omnis contextus ponitur.*

non toties loquatur Deus, quoties ritè per Eccleſiam conſulitur?

QVÆSITVM Quintum. An regula quam Arnal- *Suprà, ad verbum.* dus Directori animarum ponit, *vt non modò Diſcipulus Eccleſiæ, ſed etiam Chriſti ſit, nihilque animis eorum quos informat, dictet; niſi quod ex tempore Chriſtus illi ſuggeſſerit;* Auguſtiniana ſit, vel potiùs Caluiniana?

QVÆSITVM Sextum. An non circunſcribi hæc Enunciatio debeat. *Si quid verò in lege diſpenſandum eſt, vt nonnunquam opus eſt, nulli ſanè melius diſpenſabunt, quàm* *Suprà.* *qui ſpiritum legis poſſident.* Cauſa poſtulandi; Eo loco ſermonem facit Arnaldus de Sacerdote, qui tanquam Medicus Pœnitentes curat. Atqui aduertere debuit, Diſpenſationem non eſſe actum ſcientiæ, ſed iuriſdictionis; neque omnis, ſed externæ.

DECIMA CAVSA COMMOTIONIS.

INVSITATA DOCTRINA SCRIPTORIS LIBRI DE FREQVENTI Communione, in poteſtate Clauium explicanda, proponitur.

QVAMPRIMVM liber de frequenti Communione in lucem erupit, aduerſùs illum magnis contentionibus decertatum eſt. Verùm vt fit, ſi fortè nocturnus ignis regionem vrbis aliquam inuaſit, conclamatur incendium eſſe in vrbe, ſed incertus loci timor fallit aliquandiu ex vicis, atque ex domibus ad ſalutem Ciuitatis concurſantes: ita quidem qui hoc opus conſideratè legerent; exilientes flammas & nidorem fumi ſentiebant. Cùm tamen quam partem fax illa corripuiſſet, vnde tot in vulgus labes eructabantur, adhuc neſcirent. Et alij frequentis Communionis iugulum peti putarent. Alij, attritioni vim ademptam, Iuſtitiæ cum Sacramento reducendæ, quererentur. Alij Abſolutionem Sacerdotis, in formam & conditionem nudi Miniſterij detrudi, alij ad ſatisfactionem Canonicam omnia referri, alij alia cauſarentur. In hanc ſententiam tamen omnes concurrebant, quale idcunque eſſet, ominoſum eſſe ſaluti & tranquillitati rei Chriſtianæ.

Hæc Controuerſia modò in iudicium *Sanctitatis Tuæ* producitur, & audientiam ſibi poſtulat, pro grauitate ſuâ maximam. Pro noſtra autem fide atque diligentia depoſcit, vt quem libri de frequenti Communione fœtum vſque protulimus, informem, & ſuis adhuc faſciolis ac crepundijs inuolutum, quatenus Analyſeos noſtræ regio & via tulit: nunc illum adultum, atque ex omnium partium iunctione & com-

miſſura perfectum elaboratúmque ſub vno aſpectu ſubijciamus.

Itaque, vt qui in alicuius Artis aut Diſciplinæ ſtudio excellit, conficere ſibi Corpus quoddam Doctrinæ in eo dicitur, in quo fundatas habet atque repoſitas ſcientiæ ſuæ rationes exquiſitas. Similiter quidam in libro de frequenti Communione fundus extat,& opulentiſſima quædam gaza omnium Dogmatum, atque nouitatum, quæ in illo ſparguntur.

Imus in hoc latifundium, *Sanctiſſime Pater*, vbi ſit, & quale ſit, feliciter inuenimus. Non eſt, aliud profectò, non eſt aliud,quàm Poteſtas Clauium nouo & inſolenti modo accepta & interpretata. Sic enim cenſet Arnaldus,ſic profitetur; Eam facultatẽ quæ ligandi ſoluendíque munere comprehenditur, non alia lege conceſſam eſſe,creditámque Miniſtris Eccleſiæ,niſi vt primo loco ligent, ſeu excommunicent Pœnitentem, tum ſoluant, hoc eſt, Abſoluant. In hoc Penu, omnes eius opes, & omnis intima res familiaris reconditur. In hoc Trunco, omnes ſurculi & rami inſeruntur.Huic capiti, omnia membra congruunt & belliſſimè aptantur.

De hoc igitur argumento præſentem cauſam dicimus,in qua, quid de munere Clauium fungendo cenſuerit Arnaldus, & quo modo partes Pœnitentiæ ſingulas non ſolùm loco diſtraxerit, ſed & ad alia munia quàm Orthodoxi ſoleant obeunda deputauerit, ita exponemus, vt pro more noſtro, & Arnaldi verba tota, puro & vernaculo idiomate extrahamus; & in illis iudicandis, omnia ad Sanctiſſimi Tribunalis arbitrium reuocemus.

Oſtendit autem hæc cauſa quam tractamus, quantum peccatum ſit perturbatio ORDINIS; ne quis forſam leue eſſe quod hactenus conqueſti ſumus, arbitretur; & dicat. Quid enim tam magni intereſt, publicæ ſalutis, vtrùm Pœnitentiam antecedat, vel ſequatur Abſolutio? Permagni ſanè; ſic enim repono. Ecquid refert ad huiusvniuerſitatis cõpagem & concordiam, vt ignis ſummo loco; terra infimo, conſiſtat? Diuina res eſt, Ordo partium, & iuſta atque ac-

commodata in omni corpore membrorum diſtributio; quorum nexu, non ſolùm omnis natura rerum conſeruatur: ſed etiam omnia quæ cœleſti munere nobis à Deo donata ſunt, modum, honeſtatem, & decus accipiunt. Poſtquàm igitur reuulſas ſuis ſedibus Pœnitentiæ partes ab Authore libri de frequēti Communione vidimus, deploranda confuſione, & deiectione Ordinis; quid ſupereſt? niſi, vt ſi quis elementa ſuis regionibus deturbaſſet, eis contrarias ſtatim dotes & agendi vires, atque habeant, aſſignare cogeretur, atque tum igni, tum ætheri pondus & humilem depreſſámque in centrum mundi inclinationem; Aquæ autem & terræ, tenuitatem & impetum in cœleſtem locum ſubuolandi aſcribere: Sic Arnaldus, in hac conuerſione Ordinis, & partium Pœnitentiæ, ſingulas ſuis virtutibus & officijs proprijs denudet, alienis induat; atque ita demum, fiat inter illas, & locorum & munerum perturbata commutatio? hoc expectare debemus tum ex Serie Dogmatis Arnaldici, tum ex ea in qua inſiſtimus ſermonis Analytici progreſſione. Quamobrem quid ſatisfactio in ſoliū Abſolutionis, per Arnaldum impoſita, iuris acquirat, quid Abſolutio de ſuo gradu pulſa, iuris amittat, explicare porrò pergimus.

SECTIO I.

QVÆSITVM PRIMVM,

AN SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI Communione rectè doceat, ita Poteſtatem Clauium adminiſtrandam eſſe in foro Conſcientiæ, vt priùs ligari Pœnitens, hoc eſt excommunicari debeat, quàm abſoluatur.

HÆC SENTENTIA diſertè concipitur in libro de frequenti Communione his verbis. [a] *Neceſſe eſt, vt Sacerdotes pro accepta ex ore Chriſti poteſtate retinendi peccata, Pœnitentem iniecto vinculo Pœnitentiæ ligent, antequam Reconciliando abſoluant.* Eadem fal-

a *Il faut que les Preſtres ſuiuant le pouuoir qu'ils ont receu de la bouche du Sauueur, de retenir les pechez, lient*

ſò impingitur D. Ambroſio, vt infrà oſtendam, quem ſic loquentem Scriptor operis de frequenti Communione inducit. *Cùm ligandi ſoluendique poteſtas ijſdem legibus à Domino conceſſa ſit, nefas eſt eas diſiungere, & alteram abſque alterâ vſurpare: Quodque Eccleſia in vtroque obedientiam probet ſuam; primùm retinendis peccatis; pòſt autem, remittendis.*

Etenim, quòd Arnaldus per *ligamen illud*, non aliud intelligat vinculum, quàm excommunicationis, in præciſione Euchariſticâ ſitū, tota operis ſui ſecūda parte, ex inſtituto docet; pauca tantùm delibabimus. Capiti quinto, de hac poteſtate ligandi tractaturus, hunc titulum ponit. b *Quòd omni generi peccatorum mortalium debetur excommunicatio, iuxta morem loquendi Patrum, hoc eſt præciſio ab Euchariſtia.* Quod dictum ipſe nouum & inſolens appellat; aitque non accipiendum eſſe de excommunicatione illa, quæ vibratur inſtar fulminis in perduelles & refractarios: ſed de ea, cui ſeipſum ſubmittere debeat, quiſquis aliquam noxam mortalem confitetur Sacerdoti, quámque Sancti Patres promiſcuè deſignant his verbis. c *Excommunicare, à Communione ſeparare, & non infrequenter verbo abſtinere, non tantùm paſſiuè ſumpto, VT DENOTENT EVM QVI ABSTINET EVCHARISTIA, ſed etiam actiuè; vt actionem deſignent illius qui vinculum huiuſmodi Abſtinentiæ injicit; quo fit, vt abſtentus apud illos idem ſit, atque excommunicatus.* Hæc ille, quibus affirmat, omne peccatum mortale non ſolùm repellere vi ſua Chriſtianos ab Euchariſtia, vt omnes Catholici ſentiunt, ſed etiam in pœnitentis caput, Excommunicationem Sacerdotis accerſere, à qua ille miniſterium ſuum exordiri debeat.

Eiuſdem argumenti ſunt duo capita ſequentia, quorum alterum, ſic inſcribitur. d *Quòd Patres triplex Pœnitentiæ genus dumtaxat agnoſcunt, vnam ante Baptiſmum, poſt Baptiſmum duas: quarū vna pro peccatis venialibus, altera pro mortalibus expiandis erat conſtituta. Quódque huic poſtremæ, præciſionem ab Euchariſtia ſemper adiunxerint.* Vnde Arnaldus colligit in decurſu capitis, Pœnitentes antequam Abſolutionis Communioniſque munus reciperent, auulſos ab Euchariſtia ſemper fuiſſe. Alteri

le Pecheur par les liens de la Penitence, auant que de le deſlier par la reconciliation, comme dit S. Ambroiſe. Que le Seigneur ayant donné à meſme condition le pouuoir de lier & de deſlier, IL N'EST POINT PERMIS DE LES DIVISER, ET D'VSVRPER L'VN SANS L'AVTRE.

Totum contextū exſcripſimus in Causâ 2. ſect. 2.

b *Chapitre V. Que toutes ſortes de pechez mortels meritent l'Excommunication, ſelon le langage des Peres.*

2. part. p. 261.

c *S. Auguſtin marque aſſez ces deux ſortes d'excommunication contre les impenitens, & contre les Penitens; lors qu'il appelle l'vne mortelle, l'autre medicinale, pour me ſeruir de ce mot. Mais pour ſignifier l'vne & l'autre, les Peres ſe ſeruent indifferemment de ces termes.* Excommunicare à Communione prohibere, à Communione ſuſpendere, ab Altari remouere, ab Eccleſia ſeparare, *& aſſez ſouuent de celuy* d'abſtinere, *non ſeulement paſſiuemēt pour ſignifier celuy qui s'abſtient de l'Euchariſtie, mais auſſi actiuement, pour ſignifier celuy qui oblige à cette abſtinence. D'où vient qu'*abſtentus, *parmy eux, ne veut dire autre choſe*

verò capiti, titulus iſte præponitur. [e] *Quòd Patres miniſterium Clauium nuſquam neceſſarium eſſe duxerint niſi ad expianda peccata, quibus præciſio Euchariſtiæ pro pœna debebatur. Vnde conſequens eſt, aut illud miniſterium pro expiandis omnibus noxis mortalibus neceſſarium non fuiſſe iudicatum, quod hæreſim continet, vel certe præcidiſſe ab Euchariſtia, ob commiſſa cuiuſcunque generis peccata mortalia, quo verius nihil dici poteſt.* Quibus verbis inſinuat omne peccatum mortale, tam neceſſariò ſubiectum fuiſſe præciſioni Euchariſticæ, quàm neceſſariò ſubijciebatur Clauibus Eccleſiæ.

Denique, vt infinita prætermittam; Capite viceſimo octauo explicatiſſimè tradit, quid ſit ligare, his verbis. [f] *Interrogate Patres illos ad quos Concilium vos remittit, quid ſit peccatorem ligare, reſpondebunt, aliud nihil eſſe, quàm eum in numero pœnitentium ſtatuere, ei tempus & modum pœnitentiæ præſcribere, eum hoc temporis interuallo à participatione myſteriorum ſeparare.* Itaque ſententiam Arnaldi penitus exploratam habemus, quam in hoc pronunciato extulit, his verbis antea commemoratis. *Neceſſe eſt vt Sacerdotes, pro accepta ex ore Chriſti poteſtate retinendi peccata, Pœnitentem iniecto vinculo Pœnitentiæ ligent, antequam reconciliando abſoluant.* Significat enim, non antè abſoluendũ eſſe Pœnitentem, quàm fuerit à Sacerdote excommunicatus, eo ſcilicet genere excommunicationis, quod *medicinale* Diuus Auguſtinus appellat.

Expoſtulo de hac Doctrina, *Sanctiſſime Pater*, Primùm, quòd ex horrenda quadam teſtimonij Ambroſiani corruptione, ſuſceptum natúmque ſit. Horrendam dico, quam non dictionis ambiguitas, non falſa inſinuatio ſententiæ, non inſitio aut circunſcriptio quædam vocis, ſed totius enunciati confictio ſubiectióque parit. Quódnã autem teſtimonium illud eſt? Capitale, *Sanctiſſime Pater*, & in quo ſumma rei ponitur. Iſtud ſcilicet, *Cùm ligandi ſoluendique Poteſtas iiſdem conditionibus à Domino conceſſa ſit. Nefas eſt eas disiungere, & alteram abſque alterá vſurpare.* En effatum, quod imponitur Diuo Ambroſio, quódque ſubdolè illius textui aſſuitur, eodem tenore verborum, & inter germana medium, & iiſdem Italicarum literarum figu-

qu'excommunik.
Ibid. p. 265.

d *Chapitre VI. Que les Peres n'ont reconnu que trois ſortes de Penitence, l'vne auant le Bapteſme, & deux apres le Bapteſme; l'vne pour les pechez veniels, & l'autre pour les mortels; Et qu'ils ont touiours ioint le retranchement de l'Euchariſtie à cette derniere.*
2. part. p. 273.

e *Chapitre VII. Que les Peres n'ont creu le Miniſtere des Clefs neceſſaire, que pour les pechez qui meritoient le retranchement de l'Euchariſtie, d'où il s'ẽſuit, ou qu'ils ne l'auroient pas creu neceſſaire pour toutes ſortes de pechez mortels: ce qui eſt vne hereſie. Ou qu'ils ont retranché de l'Euchariſtie pour toutes ſortes de pechez mortels: ce qui eſt tres veritable.*
2. part. p. 281.

f *Car demandez à ces Peres, auſquels le Concile nous renuoye, ce que c'eſt que lier vn Pecheur, & ils nous reſpondront que c'eſt le mettre au nombre des Penitens, luy preſcrire le temps & la maniere de la Penitence; & le ſeparer durant ce temps là de la participation des Myſteres.*
2. part. cap. 29. p. 497.

Le Seigneur ayant donné le pouuoir de lier & de deſlier, IL N'EST POINT

PERMIS DE LES DIVISER, ET D'VSVRPER L'VNE SANS L'AVTRE.

ris pictum quibus diſcriminare ſolet Arnaldus authoritates alienas. Hoc igitur teſtimonio confirmare voluit, quod proximè antè dixerat, *Neceſſe eſſe vt Sacerdotes, Pœnitentem iniecto vinculo Pœnitentiæ ligent, antequam reconciliando abſoluant.* Id quod non male conficeretur ex hoc authoritatis inſtrumento, niſi contra fidem & religionem publicam, eſſet ſubiectum.

At negabit Arnaldus. Locus ipſe in medium proferatur. Controuerſia eſt Diuo Ambroſio cum Nouatianis, qui maiorum criminum reos, ligare quidem non renuebant, ſed abſoluere penitus recuſabant, quos contra, Caput ſecundum libri primi de Pœnitentia ſic aggreditur. *Sed aiunt ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruent. Imò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm ei, cuius volunt mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cùm ipſe in Euangelio ſuo dixerit Dominus Ieſus; Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, detenta erunt; quis eſt qui magis honorat, vtrùm qui mandatis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroque ſeruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet. Hæreſis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare quod non reſoluit; non vult ſoluere quod ligauit. In quo ſe ſuâ damnat ſententiâ. Dominus enim par ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi; qui vtrumque pari conditione permiſit. Ergo, qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi habet; ſicut enim ſecundum Dominicam ſententiam, qui ligandi ius habet, & ſoluendi habet, ita iſtorum aſſertio ſeipſam ſtrangulat, vt quia ſoluendi ſibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur poteſt alterum licere, alterum non licere? quibus datum vtrumque eſt licere. At quibus non datum, vtrumque non licere. Certum eſt Eccleſiæ vtrumque licere, hæreſi vtrumque non licere. Ius enim hoc ſolis permiſſum Sacerdotibus eſt.*

Hic Ego Lectoris oculos teſtor, vtrúmne in hoc Diui Ambroſij contextu extent hæc verba. *Cùm ligandi ſoluendíque poteſtas, ijſdem legibus à Domino conceſſa ſit, nefas eſt eas diſiungere, & alteram abſque altera vſurpare*: quæ tamen illi adſcribuntur in libro de frequenti Communione, perinde ac ſi ſcripta & exarata in eius textu legerentur. Rurſus fidem *Sanctitatis Tuæ* obteſtor. An

ex

ex toto D. Ambroſij ſermone, ſententia illa confici queat. *Nefas eſt, alteram, abſque altera vſurpare.* Cùm vbique nihil pronunciet aliud, niſi vtramque ligandi ſoluendique partem, poteſtati miniſterióque Sacerdotum eſſe commiſſam; contra Nouatianos depugnans, qui alteram quidem Eccleſiæ datam, alteram autem ſoli Deo reſeruatam ſtultè opinabantur. Nihilúmne hæc duo differunt? Eccleſiæ poteſtatem in regendis Clauibus, non eſſe mutilam & truncam, neque ex altera tantùm parte claudendi regnum cœleſte, conſtantem. Et Eccleſiæ Miniſtros vtrâque vti, cùm rem pœnitentiæ faciunt, debere? priúſque intercludere Pœnitentibus aditum ad Cœlum, quàm reſerare? Vt ſi è duobus qui de regia Poteſtate diſputarent, alter contenderet, eam non ſolo iure necis inferendæ, ſed etiam vitæ ſubditis condonandæ definiri. Alter verò aſſeueraret fas non eſſe vitam dare, niſi antè ademiſſet. An illi duo inter ſe conſentirent? horum primum ponit Diuus Ambroſius contra Nouatianorum errorem, qui Clauem concedebant Eccleſiæ, alteram quidem, quâ fores ſuas occluderet Chriſtianis in crimen prolapſis; alteram verò quâ recluderet, auferebant. Arnaldus autem Diuo Ambroſio ſecundam ſententiam imponit.

Diſcat Orbis Chriſtianus ex hoc palmari facinore, ecquid fidei, liber de frequenti Communione mereatur. Etenim ſi teſtamentorum ſubiectores grauiſſimis pœnis afficiuntur, tum eâ meritiſſimè, quâ ipſi redduntur inteſtabiles, vt qui tabulas corruperint ex quibus homines ſupremam voluntatem ſuam teſtatam facere ſolent. Cur nos ſalutis æternæ fiduciam habebimus ijs, qui Patrum noſtrorum monimenta, quibus non hæreditas caduca, ſed Patrimonium ſacræ fidei ad nos tranſmittitur, tam inuerecundè támque fraudulenter interuertunt.

Expoſtulationis meæ caput hoc primum eſt, cui adiungo alterum. Ex hac Arnaldi opinatione, ſequitur abſurdè, Romanam Eccleſiam, & cæteras omnes, quæ morem illi gerunt, grauiter in hoc Pœnitentiæ negotio hallucinari; quippe in quibus vſu receptum non

eſt, vt pro Tribunali conſcientiæ, Sacerdos ſedens, priùs in pœnitentem ferat ſententiam excommunicationis quàm Abſolutionis. Errant ergo, ſi *nefas eſt, alteram abſque altera vſurpare?*

Quippe ſic nos informant hodie qui ſcholæ Theologicæ moderantur Magiſtri. Tribus modis Eccleſia poteſtatem Clauium ligando ſoluendóque exercet. Primò, cenſuris infligendis, id quod facit, cùm aliquem excommunicatione caſtigat, aut ſuſpenſioni interdictióue ſupponit. In hoc genere ligare dicitur, quoniam arcet à commercio myſteriorum ſacrorum, vel etiam diuellit à Congreſſione fidelium, deinde verò ſoluit, cùm extorres rerum iſtarum factos, in priorem ſtatum & libertatem reponit. Porrò ea, quæ vocatur peccatorum quorumdam reſeruatio, aut reſeruationis relaxatio: appendix eſt huius primæ Poteſtatis.

Secundus ſoluendi & ligandi modus, in eluenda peccati fœditate ponitur, quam Theologi maculam & reatum culpæ nominant. Eo munere fungitur Eccleſia per Sacerdotes cùm illi accedentibus ad ſe & peccata confitentibus vel impertiuntur Abſolutionem, vel impertiri recuſant. Sic enim eſt conſtituta ratio atque forma huius Iudicij, vt ligare, nihil aliud ſit, quam confitenti Abſolutionem abnegare: ſoluere autem; ſit hanc ipſam largiri. Neque verò hic cogitandum eſt, Arnalde, cùm Sacerdos ligare dicitur, quòd compedes in Pœnitentem nouas immittat, aut in alia vincula conijciat, quàm quibus ante Confeſſionem vinctus & irretitus tenebatur. Sed ea quoniam non frangit per Iudiciariam poteſtatem, in quâ, vìs ad ea diſrumpenda reſidet, rurſus adſtringere & nouis nexibus implicare cenſetur. Nec immeritò. Iudex enim ſi cognitâ Cauſâ Reum carcere non educit, Reum in cuſtodia tenere, & authoritate ſua conſtringere vulgò dicitur. Hic tu etiã admirabilem huius inſtituti rationem ex ſacris literis condiſce. Hanc nobis poteſtatem oracula diuina ſub gemino ſymbolo referunt tum ligandi & ſoluendi; tum retinendi & remittendi. Nam quod Mathæi decimo ſexto capite affertur

his verbis. *Tibi dabo claues Regni Cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis.* Ponitur Ioannis viceſimo capite ſub iſtis. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Vides ergo, quatenus hoc geminum in ligandis aut ſoluendis hominibus, Clauium munus impendatur, quódque ligare & retinere nihil diſcrepent, ſicut ſoluere & abſoluere in idem recidunt. Oſtende verò mihi nunc Ducem in Palæſtra Theologica aliquem, qui retinere peccata, idem eſſe dicat, atque excommunicare? Aut qui, in communi lege ponat, vt eum non abſoluas, quem antè non ligaueris? num forte quia Chriſtus primo loco poteſtatem ligandi appellauit, primas etiam partes ei adiunxiſſe viſus eſt? cùm apud Mathæum dixit. *Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælo.* At obſeruare debebas, in Euangelio Diui Ioannis, contrario ordine, ab eodem oraculo fuiſſe deſignatas. *Accipite*, inquit, *Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Quamobrem ex hac Prædictione ariolari, vanum eſt.

Math. 18.

Ioan. 20.

Tertius denique vſus Poteſtatis, cuius eſt ligare & ſoluere, ad pœnas condonandas ſpectat; hæ ſunt duplices, aliæ quibus manifeſta crimina, aliæ quibus occulta expiantur primi generis pœnæ, olim erant publicam Pœnitentiam agentibus indictæ. At poſterioris, illæ ſunt, quas Sacerdos imponit ad reliquias temporalium mulctarum, quæ ex deleta culpa, & abolito cruciatus æterni debito ſuperſtites manent, abſumendas. Nam hoc reſiduum pœnæ ex rubigine peccati contractum, vt extergatur, quædam ſatisfaciendi onera iniungit Eccleſia pœnitentibus, & tum ligare creditur. Cùm verò hæc onera remittit, aut ſubleuat, ſeu id agat in foro externo, vt quondam ob commendatitias Martyrum literas, ſeu in foro interno per Indulgentias, de ſuo Theſauro libatas, ſoluere perhibetur.

Iura Clauium his tribus officijs facilè poſſe definiri

putamus, quæ in amplos diſtinctóſque ac Thologicos locos diducere, non eſt huius ſuſcepti operis.

Ex his vero nihil eſt, quod cum Dogmate libri de frequenti Communione conſentiat, nihil eſt vnde vel leuiſſimum argumentum capiamus, quod in arcano Conſcientiæ Iudicio primùm ligari, tum abſolui pœnitens debeat; imò datur honeſtiſſimus locus explicandi ſententias prioris æui Doctorum.

Qui dum iubent priùs ligare quàm ſoluere; de primo modo ligandi ſoluendíque accommodatè ad Diſciplinam ſuorum temporum externam & politicam loquuntur. Vt diffusè alibi certum exploratúmque fecimus. Quare reſtat, vt ijſdem verbis, *Beatitati Tuæ*, quibus olim D. Hieronymus Damaſo Papæ, ſupplicemus. *Hæc eſt fides, Papa Beatiſſime, quam in Eccleſia Catholica didicimus, quamque ſemper tenuimus & tenemus, in qua, ſi minus peritè, aut parum cautè, fortè aliquid poſitum eſt; emendari cupimus à te, qui Petri & fidem, & ſedem tenes.*

Hier. ad Dam. in expoſ. Symb.

QVÆSITVM.

Vtrùm igitur in eâdem, qua ſumus, fide & Praxi perſeuerabimus? aut potiùs documenta libri de frequenti Communione ſecuti, Excommunicabimus omnes pœnitentes, antequam eis Abſolutionem demus?

SECTIO II.

QVÆSITVM SECVNDVM

AN RECTE SCRIPTOR LIBRI DE frequenti Communione comparet Abſolutionem Sacramentalem, cum Diſſolutione vulneris, operâ medicinæ iam ſanati; Impoſitionem verò Pœnitentiæ, cum apparatu, & colligatione, & Medicina ſanandi vulneris.

VERBA illius Scriptoris hæc ſunt, quæ in operis ſui præfatione poſuit. a *Etiam Patres, nunquam poteſtatem ſoluendi diſiunxerunt à poteſtate ligandi, hoc eſt, obligandi vulnera ad ægrotum ſanandum, vt annotat D. Auguſtinus, & adhibendi remedia morbo conuenientia, donec eum ſoluerit, & in libertatem ſanitatémque perfectam, Impoſitione manuum, & Reconciliatione cum Deo & Eccleſia,*

a *Auſſi les Peres n'ôt iamais ſeparé la puiſſance de deſlier, d'auec celle de lier, c'eſt à dire de bander les playes du malade pour le guerir, comme remarque S. Auguſtin, & de luy appliquer les reme-*

reſtituerit.

des conuenables à ſon mal; iuſqu'à ce qu'il le deſlie, & qu'il luy donne vne entiere liberté, & vne parfaite gueriſon, par l'impoſition des mains, & la Reconciliation auec Dieu, & auec l'Egliſe,
Pref. p. 49.

CAVSAM expoſtulandi, hoc verbum facit *Abſolutio Sacramentalis.* Quid enim hæc inſtituta comparatio docet, *Sanctiſſime Pater*? Hoc nimirum, non aliter ſanari peccatorum vulnera per Abſolutionem poſſe, quàm ſi fuerint authoritate ligandi conſtricta, & diutino Pœnitentiæ vſu fota & curata. Et ne multis; hæc comparatio ſignificat, vinculis criminum comminuendis, alia externæ Pœnitentiæ vincula adijcienda eſſe, neque priora niſi his iniectis, eximi poſſe.

Atqui, quàm ſit hæc Doctrina meritò ſuſpecta, primùm declarat Vſus quo Romana Eccleſia Sacramentalem Abſolutionem impertit, ab hoc alieniſſimus. Præterea, grauis quædam hallucinatio huic nouitati colorem dedit, ſiue ea imprudenti Arnaldo effluxerit; Siue ſcienti, & technas ſtudioſè machinanti comparata ſit. Legit in Sacris Annalibus, hoc D. Ambroſij dictum, quo ipſe Theodoſium Imperatorem in Ordinem Pœnitentium deiecit. [b] *Capeſſe vinculum, quo vt ligeris, Dominus omnium, ſententiam dat. Quod quidem vinculum, vim habet, & morbum animi depellendi, & te ad ſanitatem reſtituendi.* Illico trahit hoc enunciatum ad Diſciplinam Sacramentalem interni fori, cùm tantùm ad fori externi cenſuram attineat. Theodoſius ob patrati, in publico, cruenti facinoris infamiam, innodatur ſalutari vinculo excommunicationis; ergo quicumque peccauit, peccatũ mortale cuiuſmodicumque eodem nexu alligari debet? qualis eſt iſta conſecutio? & quàm benè cum antecedentibus connexa? fit enim quædam ex iure fori externi, ad internum; ex Cenſura, ad Sacramentum; ex Reconciliatione Eccleſiaſtica, ad Sacramentalem; fallaciſſima conuerſio ſermonis.

b *C'eſt ce lien dont S. Ambroiſe ne feignit point de lier vn Empereur, lors que voulant retrancher le grãd Theodoſe de la ſaincte Communion, & le reduire à la Penitence, Retirez vous, luy dit-il, & ne vous efforcez point d'adiouſter vn nouueau crime à celuy que vous auez deſia commis; Mais receuez le lien dont le Maiſtre de tous les hommes ordonne que vous ſoyez lié. Lequel a la force de chaſſer la maladiẽ de voſtre ame, & de vous rendre la ſanté.*
2. part. cap. 29. p. 497.

Itaque, éſtne hæc Doctrina nobis ſectanda? atque ex illius aſſenſionibus orta quædam præceptio amplectenda? quam in libro de frequenti Communione ſanciuit Arnaldus in hæc verba. [c] *Quando peccata mortalia commiſimus; DEBEMVS ab altari Sacro per authoritatem Epiſcopi vel Sacerdotis ſeparari, neque ad illud, niſi eiuſdem poteſtate Epiſcopi vel Sacerdotis, reuerti.* Similiter quærimus. Comparatio inter duas Clauium facultates cum

c *Que lors que nous auons commis des pechez mortels, nous deuons eſtre ſeparez du Saint Autel, par l'authorité de l'Eueſque ou du Preſtre, & n'y retourner que par la meſme authorité de l'Eueſque ou du Preſtre.*
2. par. cap. 13. p. 393.

duplici medendi vulneris officio inſtituta, éſtne Orthodoxa, cùm ad Sacramentalem Abſolutionem traducitur? Hæc veró ſunt, de quibus *Sanctitatem Tuam* enixiſſimè flagitamus, vt qualia ſint, decernat.

SECTIO III.

QVÆSITVM TERTIVM.

AN SCRIPTOR LIBRI DE FREquenti Communione Orthodoxus ſit; quando cum Ianſenio Iprenſi Epiſcopo affirmat, Præcipuum in Tribunali (*Sacramentalis Pœnitentiæ*) Iudicium conſiſtere in quadam expiatoria caſtigatione & vindicta, quâ plectuntur peccata.

DISERTA eſt huius loci, & totidem verbis conſignata lectio, in ſecunda parte libri de frequenti Communione, capite quadrageſimo. Arnaldus enim eo loco Iânſenium Iprenſem Epiſcopum amplè dilaudat, tanquam teſtem & ſuffragatorem illius, in hoc præſenti Titulo, inſcripti Dogmatis. Sic illi præfatur honoris causâ. a *Magnus quidam huius ætatis Epiſcopus, eximia virtute, & ſcientia minimè vulgari præditus, in commentario quem in Euangelia ſcripſit, ita hæc verba Domini, quorum retinueritis peccata, exponit, quorum ergo retinueritis, vel ad tempus propter pœnitentiæ immaturitatem, vt paulatim perficiatur, ſiue omninò propter Impœnitentiam, retenta ſunt Iudicio Dei in Cœlis; vtroque membro ſignificat non inanem eſſe poteſtatem, ſed effectum habere coniunctum; Cùm ergo, & remiſſio, & retentio Apoſtolorum cenſuræ & Iudicio committantur; palàm eſt eos Iudices conſtitui, atque ita rectè præcipi omnibus fidelibus remiſſionem conſequi ſatagentibus, vt peccata Sacerdotibus confiteantur; quatenus audita peccatorum varietate & qualitate ſciant; cui remittenda, cui retinenda, quis aut quomodo ligandus aut ſoluendus: hoc autem eſt Iudicium diſcretionis quo diſcernitur, quis ad beneficium Abſolutionis admittendus, quis repellendus. Sed hoc ſternit viam ad aliud Iudicium Iuſtitiæ, quo peccata QVADAM EXPIATORIA CASTIGATIONE ET VINDICTA*

a *Vn grand Eueſque de nos iours d'vne vertu rare, & d'vne ſuffiſance extraordinaire, dans ſon Commentaire ſur l'Euangile, explique ainſi ces mots de noſtre Seigneur,* Quorũ retinueritis peccata. *Les pechez que vous retiendrez, ou pour vn temps, à cauſe que la Penitence eſt encore imparfaite, afin que peu à peu elle ſe perfectionne; ou pour touiours à cauſe de l'impenitence;* Retenta ſunt; *ils ſeront retenus par le iugement de Dieu dans le Ciel. Ieſus-Chriſt marque par ces deux membres, que cette puiſſance n'eſt pas vne puiſſance vaine, mais qui produit ſon effet. Puis donc que Ieſus-Chriſt à commis à la cenſure & au iugement des Apoſtres le pouuoir de remettre & de retenir les pechez, il eſt clair qu'il les a eſtablis Iuges, &*

PLECTVNTVR, QVOD QVIA PRÆCIPVVM EST IN HOC TRIBVNALI, hinc ſit vt Pœnitentes peccata ſua non per modum narrationis ad Sacerdotis informationem tantùm exponere debeant; ſed magis ad ſui accuſationem, ad confuſionem, ad compunctionem, denique ad pœnæ taxationem.

Tripudiat in hoc Ianſenij Commentario Arnaldus, b *Eiuſque viri animum turgere*, ait, *ſcientiâ Scripturarum & Theologiæ Traditionis, hoc eſt, ex Concilijs & Patribus conflatâ.* Propterea quòd patrocinatur Dogmati ſuo. Dixit enim, *Iudicium Iuſtitiæ, quo peccata, quadam expiatoria caſtigatione & vindicta plectuntur, Præcipuum eſſe in hoc Tribunali.* Et huius dicti cauſam attulit ſuperioribus verbis iſtam; quod retinenda ſint peccata, *ad tempus, propter Immaturitatem pœnitentiæ, vt paulatim perficiatur.*

Equidem fateor Arnaldum in Iprenſi Epiſcopo, non modò ſponſorem ſui Dogmatis, ſed Magiſtrum & Doctorem inueniſſe, qui Summam totius operis de frequenti Communione, duobus prope verbis confecit. Altero, cùm Poteſtatem ligandi, quam *per Iudicium Iuſtitiæ* expreſſit, Primariam poſuit, & primo loco exercendam. Altero, cùm rationem adiecit ex immaturitate vulneris, quod crudum adhuc & incoctum à Sacerdote dimitteretur, niſi interpoſitâ Pœnitentiæ morâ matureſceret. At in Cornelio Ianſenio etiamnum ſub ictu cenſuræ fumante, quid opis? quid præſidij? quid ſecuritatis reperire potuit? non video; multùm certè periculi & erroris, in hoc patrocinio & ſocietate doctrinæ video, & ſubiecta ratione declaro.

CAVSAM expoſtulandi de hac Arnaldi cum Iprenſi Epiſcopo, communi doctrinâ apud *Sanctitatem Tuam*, mihi præbet Concilij Tridentini Authoritas. Cùm enim Patres in hoc Concilio congregati decernāt,[a] *Claues Sacerdotum, non ad ſoluendum dumtaxat, ſed ad ligandū* eſſe conceſſas. Tamen inter vtramque hoc diſcrimen ponunt; quòd longè præſtantiores Abſoluendi vices eſſe, quàm ligādi defēdant. Sic enim dicunt. b *Docet præterea ſancta Synodus, Sacramēti Pœnitētiæ formam, IN QVA PRÆCIPVE IPSIVS VIS SITA EST, in illis Miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te Abſoluo.* Quid hæc quæſo

qu'ainſi il a obligé tous les Fideles, qui deſirent d'obtenir la remiſſion de leurs offenſes, de les confeſſer aux Preſtres, afin qu'en ayant reconnu la varieté & la qualité, ils ſçachent à qui ils les doiuent remettre, & à qui ils les doiuent retenir, & en quelle maniere ils doiuent lier & deſlier. Et en cela conſiſte le iugement de diſcretion & de prudence, par lequel on diſcerne, qui ſont ceux que l'on doit admettre, ou n'admettre pas à la grace de l'Abſolution. Et ce iugement de diſcretion conduit à vn autre, qui eſt celuy de IVSTICE, par lequel les pechez ſont punis par vne eſpece de chatiment & de ſuplice, qui ſert à les expier, LEQVEL ESTANT LA PRINCIPALE PARTIE DE LA FONCTION QVI S'EXERCE DANS CE TRIBVNAL DE LA PENITENCE, les Penitens ſont obligez par conſequent de ne pas expoſer leurs pechez par maniere de narration pour en informer ſeulement le Preſtre, mais pluſtoſt pour s'accuſer eux meſme, pour en auoir de la confuſion & de la honte, pour en eſtre touchez de cōpaſſion & de regret. Et enfin pour en receuoir le chatiment & la peine qu'ils meritent.
2. part. cap. 40. p. 567.

b *Ces paroles excellen*

ſonant? nonne Poteſtati ſoluendi cuius actus Iuridicialis concipitur his verbis, [a] *Ego te abſoluo*, Primariam vim agendi, eſſe attributam? dicat igitur Arnaldus, dicat Præſul Iprenſis, cur Poteſtatem colligandi Dominari in hoc Sacramento velint? & *Iudicium Iuſtitiæ; præcipuum eſſe in hoc Tribunali*, tam pertinaciter pugnant?

ſes de ce grand homme, dont l'eſprit n'eſtoit remply que de la ſcience de l'Eſcriture & de la Theologie. De la Tradition, c'eſt à dire, des Conciles & des Peres, nous marquent deux Iugemens dans le Tribunal de la Penitence.

Ibid. p. 568.

Audiant ſanè, quem locum *Iudicio Iuſtitiæ*, Tridentini Patres aſſignent? Eum certè, qui ſit tum rerum ordine, tum dignitate ſecundus. [c] De hoc enim Iudicio loquuntur, cùm ita Sacerdotibus præcipiunt. *Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio quam imponunt, non ſit tantùm ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum VINDICTAM ET CASTIGATIONEM.* [d] Ecce *Iudicium Iuſtitiæ*, quo vt ait Ianſenius, *per quandam expiatoriam caſtigationem & vindictam, plectuntur peccata.* Age, Arnalde? quid de hoc Iudicio docent? quémue ei effectum in hoc foro ordinarium tribuunt? An vt promptos & paratos Pœnitentes ad Reconciliationem reddat? quemadmodum indicat tuus ille præcentor Ianſenius? minimè verò. Sed ô rem dignam, quæ inſcribatur in omnium oculis! *Sanctiſſime Pater*, id tribuunt ſatisfactioni vt pœnitentes iam reconciliatos, & gratiâ diuinâ per munus Abſolutionis donatos, purget à pœnâ temporali, in quam facta eſt ſempiternæ pœnæ condonatio; ſed de hac re alius erit diſſerendi locus.

b Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.

c Ibid. cap. 8.

d Ianſenius ſuprà citatus.

SECTIO IV.

DE CONFESSIONE. QVIDNAM SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI Communione, de Confeſſionis fine decernat.

ARNALDVS, poſteaquam Ordine præpoſtero Poteſtatem Clauium perturbauit, atquelabefecit: oſtendo quas ſingulis illius membris diſtorſiones & plagas intulerit. Et ne mihi ipſe, ius dicere videar totus ero in Poſtulatis.

QVÆ-

QVÆSITVM Quartum. An rectè Arnaldus ſcripſerit, Confeſſionem ex Chriſti inſtituto, ad ſatisfactionem referri, vt per eam expurgati Pœnitentes abſoluantur? Verba Scriptoris hæc ſunt. [a] *Iam verò oſtendimus Diuum Leonem Sanctitate Maximum, cùm explicaret poteſtatem remittendi peccata à Ieſu-Chriſto Sacerdotibus traditam, expreſsè deſignare, in eo poſitum illorum munus eſſe, vt peccata confitentibus, Pœnitentiam imponant, quo eos reconcilient, poſtquam ſalutari Pœnitentiâ fuerint expiati.*

a *Nous auons deſia fait voir que le grand Saint Leon, expliquant la puiſſance que Ieſus Chriſt a donné aux Preſtres de remettre les pechez, marque expreſſément, que leur charge conſiſte a impoſer Penitence à ceux, qui confeſſent leurs fautes, afin de les reconcilier, lors qu'ils ſe ſeront purifiez par vne ſatisfaction ſalutaire.*
2. part. cap. 30. p. 499.

QVÆSITVM quintum. An orthodoxè Arnaldus affirmet Confeſſionem, ad ſatisfactionem referri à Concilio Tridentino, tanquam ad finem proximum. Habetur hoc enunciatum in contextu Capitis, cuius hæc eſt inſcriptio iam ſatis ſuſpecta. *Sexta via, à Concilio Tridentino patefacta, quatenus docet Confeſſioni peccatorum ſingillatim recitandorum, PRO FINE ET OBIECTO ESSE pænas, quibus hæc expiari debent.* Qui de fine & obiecto, ſimpliciter loquitur, primarium intelligit. Sed ad textum venio. Sic iacet. [c] *Id nobis indicat hac in parte Concilium ſicut in cæteris, nihil quàm ſequi antiquitatis ſenſum, quæ Confeſſionem peccatorum ſpectauit ſemper inſtar viæ ad impoſitionem pænitentiæ, qui finis erat proximus, quem ſibi Sacerdos in audiendis Confeſſionibus proponebat.*

b *Chapitre XXX. Sixieme ouuerture, que le Cõcile de Trente donne, en ce qu'il enſeigne, que la Confeſſion des pechez en particulier a pour but & pour obiet l'impoſition des peines qui les doiuent expier.*
2. part. p. 498.

c *Ce qui nous monſtre qu'en cela, comme en tout le reſte, le Concile n'a fait que ſuiure le ſentiment de l'Antiquité, qui a touiours conſideré la confeſſion des pechez, comme vn paſſage à l'impoſition de la Penitence, qui eſtoit la fin prochaine que le Preſtre ſe propoſoit en eſcoutant les Confeſſions.*
Ibid. p. 499.

Cauſa expoſtulandi de hoc contextu eſt duplex, primùm quia Confeſſioni pro *fine proximo* conſtituit Arnaldus impoſitionem Pœnitentiæ; cùm potius Abſolutionem præſtituere illi debuiſſet. Nam finis proximus is dicitur, qui maximè proprius ſubiectæ rei eſt, & cum illius natura coniunctiſſimus, contrà ac remotus, quem longè tantùm res intuetur, & quo carere etiam poteſt. At finis ad quem aſpirat Confeſſio, eſt culpæ & æterni cruciatus liberatio; ea autem ſequitur ex beneficio Abſolutionis, cui ſuccedit ſatisfactio ad reliquias pœnæ temporalis depaſcendas, vt iam declarare ex Tridentino cœpimus. Peccat igitur Arnaldus cùm finem proximum Confeſſionis, in ſatisfactione collocat.

Altera poſtulandi cauſa datur in verbis conſequentibus. Ita enim Caput illud concludit Arnaldus. [c] *Quãdoquidem igitur Catholici omnes, neceſſitatem confitendi peccata,*

ſonant? nonne Poteſtati ſoluendi cuius actus Iuridicialis concipitur his verbis, [a] *Ego te abſoluo*, Primariam vim agendi, eſſe attributam? dicat igitur Arnaldus, dicat Præſul Iprenſis, cur Poteſtatem colligandi Dominari in hoc Sacramento velint? & *Iudicium Iuſtitiæ; præcipuum eſſe in hoc Tribunali*, tam pertinaciter pugnant?

Audiant ſanè, quem locum *Iudicio Iuſtitiæ*, Tridentini Patres aſſignent? Eum certè, qui ſit tum rerum ordine, tum dignitate ſecundus. [c] De hoc enim Iudicio loquuntur, cùm ita Sacerdotibus præcipiunt. *Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio quam imponunt, non ſit tantùm ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum VINDICTAM ET CASTIGATIONEM.* [d] Ecce *Iudicium Iuſtitiæ*, quo vt ait Ianſenius, *per quandam expiatoriam caſtigationem & vindictam, plectuntur peccata.* Age, Arnalde? quid de hoc Iudicio docent? quémue ei effectum in hoc foro ordinarium tribuunt? An vt promptos & paratos Pœnitentes ad Reconciliationem reddat? quemadmodum indicat tuus ille præcentor Ianſenius? minimè verò. Sed ô rem dignam, quæ inſcribatur in omnium oculis! *Sanctiſſime Pater*, id tribuunt ſatisfactioni vt pœnitentes iam reconciliatos, & gratiâ diuinâ per munus Abſolutionis donatos, purget à pœnâ temporali, in quam facta eſt ſempiternæ pœnæ condonatio; ſed de hac re alius erit diſſerendi locus.

ſtes de ce grand homme, dont l'eſprit n'eſtoit remply que de la ſcience de l'Eſcriture & de la Theologie. De la Tradition, c'eſt à dire, des Conciles & des Peres, nous marquent deux Iugemens dans le Tribunal de la Penitence.
Ibid. p. 568.

[b] Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.

[c] Ibid. cap. 8.

[d] Ianſenius ſuprà citatus.

SECTIO IV.

DE CONFESSIONE. QVIDNAM SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI Communione, de Confeſſionis fine decernat.

ARNALDVS, poſteaquam Ordine præpoſtero Poteſtatem Clauium perturbauit, atque labefecit: oſtendo quas ſingulis illius membris diſtorſiones & plagas intulerit. Et ne mihi ipſe, ius dicere videar totus ero in Poſtulatis.

QVÆ-

QVÆSITVM Quartum. An rectè Arnaldus ſcripſerit, Confeſſionem ex Chriſti inſtituto, ad ſatisfactionem referri, vt per eam expurgati Pœnitentes abſoluantur? Verba Scriptoris hæc ſunt. [a] *Iam verò oſtendimus Diuum Leonem Sanctitate Maximum, cùm explicaret poteſtatem remittendi peccata à Ieſu-Chriſto Sacerdotibus traditam, expreſſè deſignare, in eo poſitum illorum munus eſſe, vt peccata confitentibus, Pœnitentiam imponant, quo eos reconcilient, poſtquam ſalutari Pœnitentiâ fuerint expiati.*

QVÆSITVM quintum. An orthodoxè Arnaldus affirmet Confeſſionem, ad ſatisfactionem referri à Concilio Tridentino, tanquam ad finem proximum. Habetur hoc enunciatum in contextu Capitis, cuius hæc eſt inſcriptio iam ſatis ſuſpecta. *Sexta via, à Concilio Tridentino patefacta, quatenus docet Confeſſioni peccatorum ſingillatim recitandorum, PRO FINE ET OBIECTO ESSE pœnas, quibus hæc expiari debent.* Qui de fine & obiecto, ſimpliciter loquitur, primarium intelligit. Sed ad textum venio. Sic iacet. [c] *Id nobis indicat hac in parte Concilium ſicut in cæteris, nihil quàm ſequi antiquitatis ſenſum, quæ Confeſſionem peccatorum ſpectauit ſemper inſtar viæ ad impoſitionem pœnitentiæ, qui finis erat proximus, quem ſibi Sacerdos in audiendis Confeſſionibus proponebat.*

Cauſa expoſtulandi de hoc contextu eſt duplex, primùm quia Confeſſioni pro *fine proximo* conſtituit Arnaldus impoſitionem Pœnitentiæ; cùm potius Abſolutionem præſtituere illi debuiſſet. Nam finis proximus is dicitur, qui maximè proprius ſubiectæ rei eſt, & cum illius natura coniunctiſſimus, contrà ac remotus, quem longè tantùm res intuetur, & quo carere etiam poteſt. At finis ad quem aſpirat Confeſſio, eſt culpæ & æterni cruciatus liberatio; ea autem ſequitur ex beneficio Abſolutionis, cui ſuccedit ſatisfactio ad reliquias pœnæ temporalis depaſcendas, vt iam declarare ex Tridentino cœpimus. Peccat igitur Arnaldus cùm finem proximum Confeſſionis, in ſatisfactione collocat.

Altera poſtulandi cauſa datur in verbis conſequentibus. Ita enim Caput illud concludit Arnaldus. [c] *Quādoquidem igitur Catholici omnes, neceſſitatem confitendi peccata,*

a *Nous auons deſia fait voir que le grand Saint Leon, expliquant la puiſſance que Ieſus Chriſt a donné aux Preſtres de remettre les pechez, marque expreſſément, que leur charge conſiſte à impoſer Penitence à ceux, qui confeſſent leurs fautes, afin de les reconcilier, lors qu'ils ſe ſeront purifiez par vne ſatisfaction ſalutaire.*
2. part. cap. 30. p. 499.

b *Chapitre XXX. Sixieme ouuerture, que le Cōcile de Trente donne, en ce qu'il enſeigne, que la Confeſſion des pechez en particulier a pour but & pour obiet l'impoſition des peines qui les doiuent expier.*
2. part. p. 498.

c *Ce qui nous monſtre qu'en cela, comme en tout le reſte, le Concile n'a fait que ſuiure le ſentiment de l'Antiquité, qui a touiours conſideré la Confeſſion des pechez, comme vn paſſage à l'impoſition de la Penitence, qui eſtoit la fin prochaine que le Preſtre ſe propoſoit en eſcoutant les Confeſſions.*
Ibid. p. 499.

ſi quis mortalium conſcius ſit, ante ſumptionem Euchariſtiæ profiteri ex altera quidem parte tenentur: Ex altera verò, Eccleſia eos edocet ore Concilij, ſcopum Confeſſionis hunc eſſe, vt poteſtate Sacerdotis Pœnitentiam accipiant quam e.plere ad expianda peccata debeant; Quis conſequenter non videt, quàm æquum ſit non labefactare hunc ordinem, & omnia quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent antè exequi, quàm ad Euchariſtiam tranſeatur? Ecce, quo pacto id explicat, quod in titulo & contextu huius capitis poſuerat. Confeſſioni pro fine & quidem proximo, ſatisfactionem eſſe à Concilio Tridentino ſtatutam. Accipit enim de *fine proximo*, qui in executione verſatur, eâ ratione vt ſatisfactio priùs expleatur, quàm impendatur Abſolutio. Quid enim aliud hæc verba indicant. *Quis conſequenter non videt quàm æquum ſit non labefactare hunc ordinem.* Quem porrò ordinem? peragendæ ſcilicet pœnitentiæ ante Abſolutionem vt teſtantur hæc, quæ addit. *Et omnia quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent, antè exequi, quàm ad Euchariſtiam tranſeatur.* Quid eſt enim omnia exequi quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent? Id eſt, impoſitam ſatisfactionem perficere. Quid eſt, antequam ad Euchariſtiam tranſeatur? Id-eſt, *Sanctiſſime Pater*, antequam ad Abſolutionem accedatur. [d] Iuxta morem perpetuum libri de frequenti Communione iampridem notatum, apud quem, Communio & Abſolutio nullo interuallo diſtant. [e] Imò ſunt quid vnum: vt poſtea ſubijciam. Interim artificioſam totius operis ſuprà quàm credi poteſt texturam ex hoc flexiloquo ſermone agnoſcimus.

At exiſtit in Concilio Tridentino Canon quo quædam ſimilis opinatio iugulatur. *Si quis dixerit Confeſſionem olim obſeruatam fuiſſe tantùm ad ſatisfactionem Canonicam imponendam anathema ſit.* Neque enim qui feriuntur hoc anathemate, negabant quin ſatisfactionem ſubſequi Reconciliatio Eccleſiaſtica tanquam remotus finis & clauſula pœnitentiæ deberet; ſed id opinabantur quod Arnaldus: Confeſſione ipſa ſterni viam proximam ſatisfactioni à Canonibus inſtitutæ, quam capeſſere pœnitens teneretur, antequam ad Abſolutionem euaderet. In ſatisfactione præcipuum finem con-

c *Puis donc que tous les Catholiques ſont obligez de reconnoiſtre d'vn coſté la neceßité qu'il y a de ſe confeſſer eſtant coupable de quelque peché mortel, auant que de receuoir l'Euchariſtie, & que de l'autre, l'Egliſe leur enſeigne par la bouche du Concile, que le but de la confeſſion eſt de receuoir de la puiſſance du Preſtre la Penitence qu'ils doiuent accomplir pour ſatisfaire à leurs pechez. Qui ne voit en ſuite combien il eſt raiſonnable de ne pas rõpre cet Ordre ſi ſainct, & d'accomplir entierement, tout ce qui appartient au Sacrement de Penitence, auant que de paſſer à celuy de l'Euchariſtie; puiſque le premier nous doit ſeruir de degré pour paruenir au dernier, comme le dernier eſt l'accompliſſemẽt & la conſommation du premier.*
Ibid. p. 503.

d In Cauſâ 2. Sect. 2.

e *In Sectione 11. huius Cauſæ.*

Concil. Trident. Seſſ. 14. can. 7.

feſſionis collocabant, ſatisfactioni præcipuam vim eluendi peccati aſſignabant, quæ Arnaldus conteſtatur omnia. Denique quod caput eſt rei, ex impoſitione Pœnitentiæ & Reconciliatione Pœnitentis, vnicam ſententiam conflabant, quam Canonicæ ſatisfactionis nomine nuncuparent. Quibus ſe mancipauit Arnaldus, cùm vt aſſolet, interpoſito alieno nomine, ſic loquitur. *D. Anſelmus duas Sacerdoti ſententias tribuit, QVÆ VNICAM efficiunt INTEGRAM ET CVMVLATAM. Primæ vero illarum pro obiecto impoſitionem Pœnitentiæ adſcribit.* Atqui hæc commentatio (quòd illarum Primæ, pro obiecto impoſitionem Pœnitentiæ adſcribat) eſt Arnaldiſtica, atque ex Iudicio foróque Eccleſiæ externo, ad internum & ſacramentale fallaciter pertracta. Solitum eſt enim Arnaldo ſi quid habet virulenti Dogmatis, illud ſaluberrimis ſanctorum Patrum dictis aſpergere, & illorum veluti ore inſtillare.

Et S. Anſelme attribue au Preſtre deux Sentences, qui n'en ſont qu'vne parfaite & accomplie, & donne pour obiet à la premiere, l'impoſition de la Penitence.
Pref. p. 50.

QVÆRIMVS itaque cùm vult Arnaldus ex duabus Sententijs fori Sacramentalis, vnam confieri, quæ à ſatisſactione primitiuum nomen habeat; num in ſeipſum prædicti canonis cenſuram accerſat?

SECTIO V.

DE CONTRITIONE QVI EST ALTER ACTVS POENITENTIÆ, quid ſtatuat Scriptor libri de frequenti Communione.

QVÆSITVM ſextum. An prudenter Arnaldus ſolennes quaſdam contritionis formulas eleuet explodátque? Locus eſt in capite duodecimo partis ſecundæ, vbi Scriptor quo liberiùs eas vellicet, craſſum quendam errorem affingit, his verbis. [a] *Atenim quo tandem pacto Patrum prudentiam imitari hodie poſſumus, ſi perſuaſum nobis eſt, quòd teterrimus peccator conceptam formulam, quam communiter Actum contritionis nominant, ſi vel ore tenus, vel ad ſummum, interna mentis cogitatione recitauerit, & pœnitere ſe, quòd Deum offenderit, infinitè bonum, & infinitè amabilem, dixerit. Protinus immutetur*

[a] Mais comment pourrons nous imiter aujourd'huy cette prudẽce des Peres, ſi nous nous perſuadons, que le plus grand pecheur du monde, en ce ſeruant d'vne certaine ſormule qu'õ appelle Acte de Contrition, & diſant à

totus, conuertatur totus, & puncto temporis dignus celeſti corona euadat; quæ tot pœnis, totque laboribus, ſi ſancti Spiritus oracula conſulantur, emenda eſt.

Dieu de bouche, ou pluſtoſt dans vne penſee interieure de l'eſprit, qu'il a regret d'auoir offensé vn Dieu infiniment bon, & infiniment aimable, eſt dans le moment tout changé & tout conuerti, & deuient en vn inſtant digne de la Couronne eternelle, qui nous doit couſter tant de peine & tant de trauaux, ſelon les Oracles du S. Eſprit.

2. part cap. 12. pag. 350.

CAVSA expoſtulandi eſt. Formatores iſtarum precationum ſunt Diui, Auguſtinus, Gregorius, Bernardus, Anſelmus, & alij vitæ Spiritalis Duces atque Magiſtri, qui certè, cum Formularijs non ſunt comparandi, qui ſe ad Rubricas, aut ad Album tranſtulerunt. Orationem Dominicam formatis ipſe præſcriptíſque verbis Chriſtus inſtituit. Quoniam, vt ait D. Auguſtinus, [b] *Stupida mens hominum & ignara celeſtium, nec ſcire, nec inuenire poterat, quemadmodum Deum dignè precaretur.* Igitur has precum vocales informationes, quæ & Eccleſiæ authoritate, & Magiſterio Chriſti traduntur, nemo poteſt ſine ſcelere deſpicabiles facere, & cauillando obterere.

b D. Auguſt. ſer. 126. de temp.

QVÆSITVM ſeptimum. An præclarè dixerit Arnaldus, de vi & efficientia Contritionis ſermonem faciens. *Miraculum eſſe in ipſo etiam Ordine gratiæ*, ſi quando caſus tulerit, vt diuina gratia Peccatorem fecerit idoneum Reconciliationi non interpoſitâ morâ, & dilatione inter Confeſſionem & Abſolutionem. Tractatur ille locus ab Arnaldo ſub hoc titulo Capitis duodecimi. [c] *Series in explicandis Cauſis, quæ Patres ad differendam Abſolutionem impulerunt. Quòd ex illorum placitis, ORDINARIA LEGE, pluſquàm momentis opus ſit, VT PRÆPARENTVR peccatores Abſolutioni Saerdotali cum fructu percipiendæ.* Sic autem Caput inchoat. *Si quis autem huic Patrum Doctrinæ à nobis modò explicatæ opponat, diuinæ gratiæ hanc vim ineſſe, vt momento teterrimum peccatorem conuertere queat, idoneúmque Abſolutioni, abſque hac retardatione, præſtare.* En obiectio; quam deinde his verbis depellit. *At reſpondendum eſt his omnibus exemplis cum eodem Diuo Bernardo;* Non tam exempla eſſe, quàm miracula. *Et miracula quidem, IN IPSO ORDINE GRATIÆ, qui iam ex ſe ſe totus, miraculum eſt. Hæ ſunt mutationes dextræ Altiſſimi, Hæc ſunt facta infinitæ Bonitatis extraordinaria, quæ nullis legibus ſubiacet. Neque pro aliquo præiudicio valere in REGVLAS COMMVNES ET GENERALES debent, quæ quidem aliter quàm ex ORDINE*

c Chapitre XII. Suite de l'Explication des Cauſes, qui ont porté les Peres à differer l'Abſolution. Que ſelon leur doctrine, il faut D'ORDINAIRE plus que des momens, pour diſpoſer des pecheurs à receuoir auec fruit l'Abſolution du Preſtre.

Que ſi l'on oppoſe à cette doctrine des Peres que nous venons d'expliquer, que la grace de Dieu peut conuertir en vn moment le plus grand pecheur du monde, & le rendre capable de la reconciliatiõ, SANS TOVS CES RETARDE-

COMMVNI GRATIÆ præſcribi non poſſunt. Sicuti præcepta Medicinæ niſi in curſu naturæ ſolito fundari nequeunt.

CAVSA expoſtulandi eſt. Arnaldus duplicem viam ſternit Pœnitenti *ad recipiendam cum fructu, Abſolutionem Sacerdotis.* Altera eſt *Ordinaria*, quæ etſi tota miraculis fulget, obtinuit tamen ob conſtantem & perpetuum gratiæ curſum, vt ſic appelletur. Altera verò eſt, quæ *extraordinaria* dicitur, quia leges & regulas gratiæ communes, nouo quodam miraculo ſuperat & tranſcendit. Tum affirmat ipſe, quòd Peccator viam terens *ordinariam*, non poſſit aptus & accommodatus *Abſolutioni cum fructu recipiendæ* præberi, *niſi dilatus.* Hoc eſt, niſi inter eius Confeſſionem, & Sacerdotis Abſolutionem, mora temporis intercurrerit. Eſt-ne hæc Doctrina ſatis ſana?

MENS.

Mais il faut reſpondre à tous ces exemples auec le meſme S. Bernard. Que ce ne ſont pas tant des exemples, que des miracles. *Et des miracles dãs l'Ordre meſme de la grace, qui de ſoy eſt deſia tout miraculeux. Que ce ſont des changemens de la droite du Tres-haut; des coups extraordinaires d'vne miſericorde infinie, qui n'eſt ſuiette à aucunes loix; & qui ne doiuent point auſſi porter de preiudice AVX REGLES COMMVNES ET GENERALES, qui ne peuuent eſtre eſtablies que ſelon L'ORDRE COMMVN DE LA GRACE, comme les preceptes de Medecine ne peuuent eſtre fondez, que ſur le cours ordinaire de la nature.*

2. part. p. 346.

SECTIO VI

STVPENDA TESTIMONII EX DIVO BERNARDO CAPTATI

deprauatio exponitur.

STVPENDAM dico, & prodigij ſimilem, *Sanctiſſime Pater.* Neque vereor ne altiùs exaggerata videatur oratio. Verſor in eâdem parte Cauſæ. Arnaldi veſtigia in eodem ſermonis contextu premo. Interpoſuit ille authoritatem Diui Bernardi, vt dogma ſuum confirmaret, quòd Peccator ſecundùm præſcriptas ordinariæ inſtitutionis & gratiæ regulas, ad fructum ex Abſolutione colligendum habilis & apparatus effici non poſſit, *ſine dilatione.* At hæc Diui Bernardi authoritas fallaciſſimè inſidioſiſſiméque captatur.

Res quidem è ſuperiori curſu orationis repetenda eſt. In quem ſcopum contendat Arnaldus, indicat titulus qui inſcriptus eſt, [a] *De Cauſis quæ Patres ad differendam Abſolutionem impulerunt.* Inter quas hæc figitur. *Quòd ex illorum placitis, ORDINARIA LEGE pluſ-*

quàm momentis opus ſit, VT PRÆPARENTVR Peccatores Abſolutioni Sacerdotali cum fructu percipiendæ. Antequam ad probationem veniat, diluit obiectionem quandam, vt facere ſolet bonus orator, qui ſi videat aliquid præiudicati in animis Iudicum aduersùs cauſam ſuam afferri, priùs remouet diſſoluítque, quàm ad confirmationem deſcendat. [b] *His enim commutationibus & tranſlationibus partium ſæpè vti neceſſe eſt, cùm ipſa res artificioſam diſpoſitionem, artificiosè commutare cogit.*

b Rhetor. lib. 3.

Hoc artificio munitus, ita propoſitum aggreditur Arnaldus. [c] *Si quis autem huic Doctrinæ quam modò expoſuimus opponat, gratiæ Diuinæ hanc vim ineſſe, vt momento conuertere teterrimum peccatorem, eúmque idoneum Reconciliationi præſtare ſine hac mora queat.*

c Suprà, ad verbū.

Hoc equidem verum eſſe fateor, & nonnunquam ita contingere cum Diuo Bernardo concedo, vt ſit ad reſtituendam „ innocentiam efficacior velox clementia, quàm diu„ turna pœnitentia. Hoc ſalutis compendium ſanctus „ ille Latro conſecutus eſt vno eodémque die ſimul & „ cõfeſſus latrocinia & introductus in gloriam. Breui „ quódam contentus ponte crucis ad tranſigendum de „ regione diſſimilitudinis in terram viuentium, & de „ luto fœcis in paradiſum voluptatis; hoc ſubitum „ pietatis remedium percepit felix illa peccatrix, cùm „ repente vbi ſuperabundauerant delicta, abundare „ cœpit & gratia: abſque multo pœnitentiæ labore di„ miſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit mul„ tum, & in breui meruit accipere charitatis latitudi„ nem; quæ vt ſcriptum eſt, cooperit multitudinem „ peccatorum. Hoc & ille Paralyticus in Euangelio „ duplex atque celerrimum potentiſſimæ bonitatis „ perſenſit beneficium, prius mente quàm carne cu„ ratus. *Atenim his omnibus exemplis cum Diuo Bernardo „ reſpondendum eſt.* Quòd non tam exempla ſunt quàm „ miracula.

Hactenus Scriptor de frequenti Communione Diuum Bernardum loquentem inducit, iam oſtendo quàm gypſata manu hunc locum Arnaldus tetigit. Quod vt præſtem, Diuo Bernardo verba reſtituenda ſunt, quæ ſuppreſſit. Diuus ergo ille Pater & Doctor,

poſteaquam de Paralytico dixiſſet, *Quòd prius fuerit mente, quàm carne curatus.* Continuò hæc addit. *Sed aliud eſt, celerem adipiſci veniam peccatorum, & aliud de ipſis ſceleribus ad infulas mox prouehi Dignitatum. Video tamen Mathæum de Telonio ad Apoſtolatus culmen aſſumptum, ſed hoc me rurſum conturbat, quod non priùs audierit cum cæteris Coapoſtolis ſuis, ite in Orbem Vniuerſum, prædicate Euangelium omni Creaturæ; quàm egerit pœnitentiam, multo tempore ac labore ſequendo Dominum quocunque iret, permanens cum eo in tentationibus ſuis. Sed & ſi occurrat de Ambroſio, quod de Tribunalibus ad Sacerdotium raptus fuerit, non me valde confortat, cùm à puero mundam in mundo duxerit vitam, & ſic etiam fuga & latebris, multíſque diſſimulationum modis declinare conatus ſit. Si de Saulo quoque factus repente Paulus, repente vas Electionis, repente Doctor Gentium, in exemplum adducitur. Hoc exempli euacuat ſimilitudinem, quod ille ideo miſericordiam conſecutus ſit; quia ignorans ipſo teſte, peccauit manens in incredulitate. Quanquam ſi tale quippiam quandóque bene & vtiliter factum fuiſſe agnoſcitur, de quo dici veraciter poſſit; Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi, non tam exemplum quàm miraculum afferre debeat.* D. Bernardus Ep. 8. ad Brun.

Ad ea verba deuenimus quæ Arnaldus numero multitudinis extulit. Sed in hoc næuo non moror. De iuris apicibus non diſputo tecum, Arnalde? dum in hoc fallaciarum tuarum campo cõcluſus teneris. Agè, dic nobis coram illo Iudice cui Deus fidei, religionis & rerum omnium ſanctiſſimarum ſuprema iura & arbitria commiſit; ad quod teſtimonium dicendum, Diuum Bernardum euocaueris? nempe vt teſtaretur *differendam eſſe Abſolutionem. Opus eſſe pluſquàm momentis ORDINARIA LEGE, vt præparentur peccatores Abſolutioni Sacerdotali cum fructu percipiendæ.* Num, mentem tuam aſſequor. Num, verba fideliter recito, quibus, huius loci argumentum indicaſti? Nunquid illud eſt, quod ex Diui Bernardi teſtimonio exprimere tuis, tuis, inquam, his verbis tentas? *Si quis autem huic Patrum Doctrinæ à nobis modò explicatæ opponat, diuinæ gratiæ hanc vim ineſſe, vt momento teterrimum peccatorem conuertere queat, idoneumque Abſolutioni præſtare. Reſpondendum eſt cum Diuo Bernardo, non tam exemplum eſſe, quàm miraculum!*

Suprà, totidem verbis, in ſectione præcedente.

Ibidem ſuprà.

Vide iam Arnalde, quàm tu hunc teſtem parum fideliter, nihil enim dicam grauius, ad tui Conſilij rationes aduocaſti? Diuus Bernardus ſermonem non facit de præparatione pœnitentis, ad ineundam Reconciliationem, ſed de eâ, quæ adhibenda eſt ad Pontificales infulas capiendas. Deus immortalis! quantum has res duas intereſt; Abſolutionem & Pontificiam Mitram! vt aliquis, alteram loco alterius, præter Arnaldum, facilè non accipiat.

Atqui locus ille Diui Bernardi clarus & confeſſus eſt. Ducitur enim ex Epiſtola octaua, quam ad Brunonem electum Coloniæ Epiſcopum ſcribit. Epiſtolæ argumentum, primo verſu, ſtatim explicat in hunc modum. *Quæris à me Concilium vir Illuſtris Bruno, an volentibus te promouere ad Epiſcopatum acquieſcere debeas; Quis hoc mortalium diffinire præſumat?* tum paucis interiectis, cauſam maioris fluctuationis affert. *Magis quoque dubium reddit conſilium illa in litteris tuis humilis ſed terribilis Confeſſio, quâ vitam tuam tam grauiter, & vt credo, non niſi veraciter accuſas. Nec enim negandum eſt, huiuſmodi vitam eſſe indignam tam ſacri Dignitate miniſterij.* Ex quibus apparet id quæſtionis eſſe à Brunone iniectum, & à Diuo Bernardo diſceptatum; vtrùm ille, qui flagitioſam vitam egerit, aſcendere ad apicem Epiſcopalis Dignitatis queat, antequam vitæ antè actæ noxas diutinâ pœnitentiâ procurauerit; id quod euidenter etiam conſequentia verbá declarant. *Horreo conſiderans vnde, quò vocaris; præſertim, cùm nullum intercurrerit pœnitentiæ tempus, per quod vtcumque huiuſmodi periculoſiſſimus tranſitus fiat.* Hihil hîc, de præparatione *ad Sacerdotis Abſolutionem ORDINARIA LEGE, & cum fructu recipiendam.* Sed ne in tota Epiſtola, verbulum quidem.

Cùm verò ait, *Quanquam ſi tale quippiam quandòque bene & vtiliter factum fuiſſe agnoſcitur, de quo dici veraciter poſſit; hæc eſt mutatio dexteræ excelſi, NON TAM EXEMPLVM QVAM MIRACVLVM afferre debeat.* Nemo eſt tam obtuſus lector, qui hoc pertinere non videat, ad exempla, quæ D. Bernardus priùs attulit eorum qui repente ad culmen illud Sacrarum euecti ſunt. Mathæi, Ambroſij, Sauli, quorum diſſimilem

cauſam

cauſam eſſe cum Brunone affirmat: quoniam *Mathæus*, inquit, *egit pœnitentiam multo tempore ac labore ſequendo Dominum quocunque iret. Ambroſius à puero mundam in mundo vitam duxit. Saulus, ignorans ipſo teſte, peccauit.* At Bruno, neque pœnam luit ſuorum peccatorum, vt Mathæus; neque integritatem vitæ ſeruauit, vt Ambroſius; neque ex ignorantia offendit, vt Saulus, hac autem differentiâ inter iſtos & Brunonem poſita, tum deinde ſic concludit. *Quanquam ſi tale quippiam quandóque bene & vtiliter factum fuiſſe agnoſcitur de quo dici veraciter poſſit, hæc eſt mutatio dexteræ excelſi* (Id-eſt. Etiamſi forte præter iſtos, aliquis alius nobis oſtenderetur, qui cùm iaceret in cœno & ſordibus vitiorum, potentiſſimâ Dei manu factus repente idoneus eſſet, qui ſacro Pontificatui adhiberetur) *Non tam exemplum quàm miraculum afferre debeat.* Hoc eſt, non tam exemplo eſſet ad imitandum, quàm miraculo ad ſuſpiciendum propoſitus.

Eſtne verò aliquid in hac explicatione obſcurum, difficile, anceps? Eſtne aliquid non purum? non ſimplex? non apertum? quod eludi aliqua tergiuerſatione poſſit? prouehor vlteriùs, *Sanctiſſime Pater*, atque ex hac ipſa Epiſtola ſententiam Arnaldo contrariam elicio: verba Diui Bernardi ſunt. *Sed aliud eſt celerem adipiſci veniam peccatorum, & aliud de ipſis ſceleribus ad infulas mox prouehi dignitatum*, quid enim aliud hæc ſignificant? niſi præparationem ad veniam peccatorum, beneficiúmque Abſolutionis accipiendum, celeriter & ſine mora comparari quidem poſſe, ad eam verò quæ aptatos habiléſque Lituo Pontificali faciat; opus eſſe longo & laborioſo tempore pœnitentiæ, *per quod*, ô vox multis formidanda! *vtcumque huiuſmodi periculoſiſſimus tranſitus fiat.*

Certè quin negotium veræ ad Deum conuerſionis protinus conficiatur, nuſquam hæret aut fluctuat D. Bernardus. Imò è ſacris Codicibus ſolennem illam Sententiam vſurpat. *Quacunque horâ peccator conuerſus ingemuerit, ſaluus erit*: eámque ſic illuſtrat, *quoniã cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Tardiùs ſiquidem videtur Deo veniam peccatori dediſſe, quàm illi accepiſſe; ſic enim feſti-* Bern. de interiori domo. cap. 37.

nat miſericors Deus abſoluere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus cruciet miſericordem Deum compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui. Nihil itaque ad Dogma ſuum, ex hac tam inſigni corruptela corroborandum, præſidij colliget Scriptor libri de frequenti Communione, ſed potiùs amittet, ſi quam fidelis Sanctorum Patrum interpretis, ſibi apud lectores ſuos parauerat opinionem:& dictum iſtud tanto patietur æquiùs in ſe reflecti, quanto in alterum illi diſſimilem, iactum fuit iniquiùs. *Ille vt video in Stylo proprio placens, rem maioris gloriæ ſequitur, vt Pater verbi ſit potiùs, quem interpres.*

Ruffin. in Præf. libri Periarch.

SECTIO VII.

QVÆSITVM OCTAVVM

AN RECTE SCRIPTOR LIBRI DE frequenti Communione, præter Confeſſionem & Teſtationem Doloris in Pœnitente, requirat Præſtationem operis, tanquam præparationem ordinariam ad munus Abſolutionis accipiendum.

EX EODEM ſtipite frutex ille pullulat, *Sanctiſſime Pater*, atque in eiuſdem iam ſæpius indicati capitis titulo, præſignificatur his verbis.[a] *Quòd ex illorum placitis ORDINARIA LEGE pluſquam momentis opus ſit, vt peccatores diſponantur ad Sacerdotis Abſolutionem cum fructu accipiendam, aliúdque requiratur præter verba, ad ſecuritatem præſtandam Sacerdotibus de conuerſione Pœnitentium.* Tum in decurſu Capitis.[b] *Itaque non ex ſolis*, inquit, *ſermocinationibus vel etiam obteſtationibus abſque effectu, Sacerdos ſecuritatem capere poteſt, vt debet quoad moraliter poteſt, de interiori diſpoſitione eorum qui ad eum adeunt, déque ſecretis motionibus quas in intimo cordis receſſu excitare gratia debet, vt eos abſolutione dignos præſtet. Sed ex actionibus quæ cernuntur, ex fructibus pœnitentiæ, & experimentis veræ emendationis.* In eodem Capite, Diuum Gregorium de Canonicæ Pœnitentiæ diſciplina præcipientem, trahit ad Sacramentalem, his verbis captioſè.[c] *Confeſſio ore tenus prolata non eſt ſufficiens argumentum vt*

a *Que ſelon leur Doctrine il faut d'ordinaire plus que des momens, pour diſpoſer les pecheurs à receuoir auec fruit l'Abſolution du Preſtre; Et autre choſe que des paroles pour aſſeurer les Preſtres de la conuerſion des Pecheurs.*

Ce n'eſt donc pas de ſimples diſcours, & des Proteſtations ſans effet, que le Preſtre ſe peut aſſeurer (comme il le doit faire autant qu'on le peut moralement) des diſpoſitions interieures de ceux qui s'adreſſent à luy, & des mouuemens ſecrets que la grace doit former

iudicemus vtrum pœnitens Abſolutionem mereatur. Neque conuerſionem eius pro vera haberi poſſe, niſi tum cum peccata ſua verbis confitens, elaborat ea detergere auſteritate & afflictione pœnitentiæ illis proportionatæ.

Multa his ſimilia, multóque etiam acerbiora paſſim protrudit, ex antiquo Pœnitentiæ publicæ more expilata & direpta. Talis eſt Epilogus iſte totus ex verbis Ambroſianis compoſitus. d *Nonnulli ideo poſcunt Pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi Communionem velint. Hi non tam ſe ſoluere cupiunt, quàm Sacerdotem ligare: ſuam enim conſcientiam non exuunt, Sacerdotis induunt.* Cuius Dicti Sententiam turpiter adulteratam eſſe, antè demonſtrauimus.

Cauſa expoſtulandi hæc eſt. Noui Myſtæ his documentis informati prodeunt in publicum, & inuſitato more pœnitentiam tractantes, ſacri Tribunalis iura dum ſanctiora facere præ ſe ferunt; faciunt odioſa pœnitentibus, bonis confuſa, improbis incérta, hæreticis ludicra, impijs nulla. An igitur paruis de cauſis commouemur? oſtendant hæc in Concilio Florentino, aut Tridentino, (quorum curæ & ſolicitudini nihil hac in parte prætermiſſum eſt) conſignata præcepta; & ſilebimus; manus etiam dabimus & operam conferemus noſtram.

Oſtendant, inquam, in Concilio Tridentino, vt ipſi recipiunt, huius Dialogiſmi cauſas & rationes qui in libro de frequenti Communione inter Sacerdotem & Pœnitentem moribundum adornatur, & tanquam exemplar, Paſtoribus animarum proponitur ad imitandum. In quo Sacerdos, acceptâ Confeſſione hominis periculosè & lethalíter decumbentis, eruditur, quibus verborum lenimentis munus Abſolutionis recuſare morięti debeat. e *Eſto*, inquit, *verearis mori non abſolutus? An ego propterea deeſſe officio meo, an ire tecum perditum me debeo, dum me Sacrilegiorum tuorum participem temeraria facilitate præſto. Abſolutione carere in morte times; ac timor eſt mihi ne Abſolutio ipſa, quam ex me tam præcipiti voto poſtulas, nihil aliud quàm te in peiori ſtatu ponat. Vereor equidem, ne dum in terris abſoluo te, Deus è Cœlo condemnationis ſententiam in caput tuum pronunciet. Vereor, ne*

dans le fonds de leur cœur, pour les rendre dignes d'eſtre abſous; C'eſt par des actions viſibles, c'eſt par des fruicts de Penitence, c'eſt par des preuues effectiues d'vn veritable amandement.

2. part. cap. 12. p. 359.

c *Qu'vne Confeſſion faite de bouche, n'eſt point capable de nous faire iuger, ſi vn pecheur merite d'eſtre abſous, & que nous ne le deuons tenir pour veritablement conuerti, que lors qu'auoüant ſes fautes par ſes paroles, il s'efforce de les effacer par l'auſterité, & l'affliction d'vne Penitence qui leur ſoit, proportionnée.*

Ibid. p. 363.

d *Il y en a quelques vns qui demandent à faire penitence, mais en ſorte qu'ils veulẽt qu'õ les reçoiue auſſi toſt à Communier. Ceux là ne deſirent pas tãt d'eſtre deſliez; comme ils deſirent de lier le Preſtre. Ils ne deſchargent pas leur conſcience; ils ne font que charger la ſienne.*

De hoc teſtimonio diximus. Causâ 7. Sect. 6.

e *Ie veux que vous apprehendiez de mourir ſans eſtre abſous; penſez vous que cela me doiue faire oublier le deuoir de ma charge, & me mettre au hazard de me perdre auec vous, en me ren-*

vanam pacis vmbram tibi præbeam, qua tectus, vitijs tuis indormiſcas; vereor, ne ſocius omnium criminum quæ perpetraſti, & reus euadam, ſi te illis conſueſcere indulgentiâ molliori patiar, ſi non compellam te ad ea expianda pœnis & laboribus eorum grauitati commenſis, SICVT EX CONCILIO TRIDENTINO TENERI me ſcio. Vereor, ne cum temerè te ad Dominicam Menſam admiſero, animus tuus nondum purus, pro nutrimento venenum capiat. Neue Chriſtus Dominus aliquando mihi exprobret, toties à me contaminata ſacra Myſteria fuiſſe, quoties ea contaminari per ſceleratam negligentiam ſum paſſus. Cuius ergo habenda eſt æquior ratio, mei timoris an, tui?

Interim peccator moritur in peccatis, dum ei munus Abſolutionis eripitur. Et habemus in oculis exempla huius Dialogi non iam adumbrata, ſed ad rei veritatem nimiùm cruentis coloribus expreſſa. Vtinam minùs frequentia, minúſque luctuoſa. Num quas aliquando Celeſtinus Papa, paternas voces in ſimili luctu edebat. Eodem *Sanctitas Tua* Paſtoris ſenſu, ijſdémque Paterni amoris viſceribus incitata dabit? *Quid hoc rogo aliud eſt, quàm morienti mortem addere? eiúſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere?*

Non flectitur tamen his vocibus, non tangitur affectu & commiſeratione tot Chriſtianorum fratrũ Arnaldus, qui lethali ſtrato affixi, ſupplices manꝰ tendũt, & lachrimas doloris ſui obſides, qui eſt quidam animæ ſanguis, offerunt. Atque per effuſiſſimam IESV-CHRISTI in omnes homines charitatem, qui nullum tempus à Pœnitentia exceptum eſſe voluit; per eius vulnera quæ patent omnibus ſemper aperta; per ſumptuoſiſſimos cruciatus; per vitam quam pro noſtra oppignerauit; dulce nomen Salutis & Abſolutionis implorant. At ille [f] *Præcox eſt*, inquit *remedium & ſecuritatis expers. Pax ſimulata, & tum ijs qui largiuntur pernicioſa; tum ijs qui recipiunt infructuoſa.* Quocirca ſeriò & grauiter hortatur Sacerdotes, vt [g] *Vitam periculis omnibus exponant ad amoliendum hoc periculum polluendorum Sacrorum Myſteriorum. Vt ſanguinem potius ſuum fundant, quàm vt Chriſti ſanguinem fœdari tam turpiter patiantur*; Séque exorari hoc effrenato & præcipiti deſiderio, & inquietis timoribus Pœnitentium, nihi-

dant participant de vos ſacrileges, par vne facilité indiſcrete? vous auez peur de mourir ſans abſolution; & moy i'ay peur que l'Abſolution que vous me demandez auec tant de haſte, ne ſerue qu'à vous mettre en pire eſtat que vous n'eſtes. I'ay peur que Dieu ne vous condamne dans le Ciel, lors que ie vous abſoudray ſur la terre; I'ay peur de vous donner vne fauſſe paix, qui ne ſerue qu'à vous endormir dans vos vices; I'ay peur de me rendre coupable de tous vos crimes, en vous y entretenant par vne lache indulgence, & ne vous obligeant pas de les expier par des peines, & par des trauaux qui ſoient proportionnez à leur excés, comme le Concile m'y oblige; I'ay peur que vous admettant temerairement à la Table du Seigneur, voſtre ame n'eſtant pas encore pure, ne s'y empoiſonne au lieu de s'y nourrir, & que Ieſus-Chriſt ne me reproche vn iour d'auoir autant de fois prophané ſes diuins Myſteres, que i'auray ſouffert qu'on les prophanaſt par vne negligence criminelle. A qui doit-on auoir plus d'egard à voſtre crainte, ou à la mienne?

2. part cap. 16. p. 435.

Celeſtin Pap. Ep. 2. cap. 2.

f *Qu'il n'y a point d'aſſeurance dans les re-*

lò magis ſinant, quàm Medici inſanis ægrotorum cupiditatibus acquieſcunt.

Interea dum oſtendamus, in quàm multa Concilij Tridentini Decreta, hæc Arnaldi ſeueritas incurrat; Iſtud Hincmari Remenſis, viri in ſacris Diſciplinis abſolutiſſimi præceptum accipiat. *SATISFACTIO POENITENTIÆ, IN IPSA IAM COGNOSCITVR CONFESSIONE PECCATI.* Quale, quiddam habet Hugo Victorinus, his verbis. *Munere ſatiſdationis oblato indulgentiam obtinemus.*

SECTIO VIII.

QVÆSITVM NONVM.

AN SATIS PRVDENTER SCRIPTOR libri de frequenti Communione dixerit ab Eccleſia flocciſieri Conuerſiones quæ in morte fiunt.

LOCVS eſt præcedenti finitimus, *Sanctiſſime Pater*, & deſperationis pleniſſimus. Extat autem his verbis expreſſus in capite decimo quinto. [a] *Semper Eccleſia tam flocci fecit conuerſiones eiuſmodi quæ in morte fierent, vt pluſquàm per trecentos annos, Miniſterij ſui authoritatem poteſtatémque reconciliandi peccatores, quam à Chriſto Domino accepit conferre recuſauerit, ijs qui extremo tempore illam implorarent, poſtquam omnem ætatem in ſceleribus & flagitijs contriuiſſent.* Vox iſta (ſemper) omne tempus, etiam hodiernum comprehendit.

Pergit eodem capite & docet.[b] *Reconciliationem eiuſmodi non niſi per vim & contra ſanctarum Legum præſcripta datam, & ab Eccleſia habitam eſſe pro nullâ.* Rurſus inſtat ibidem, & ait. [c] *Secundùm ſententiam Sanctorum Patrum liquidò conſtare, quòd Communio,* (ac proinde Abſolutio,) *quam peccatores accipiunt antequam fructus Pœnitentiæ dignos egerint; non tam Communio legitima ſit, hoc eſt legibus & vero ſpiritui Eccleſiæ conſentiens, quàm Communio extorta; Communio per conniuentiam, per neceſſitatem, per vim data, quamque nunquam largiretur, ſi cum plena perfectáque libertate ageret.* Hæc etiam oratio ad noſtrum tempus refertur.

medes precipitez, & qui ne durent qu'vn moment. Que c'eſt accorder vne fauſſe paix, pernicieuſe à ceux qui la donnent, & infructueuſe à ceux qui la reçoiuent.

Eodem cap. p. 449.

g *De ſorte que ce n'eſt pas ſeulement l'intereſt de la gloire de Dieu qui nous oblige ſelon S. Iean Chryſoſtome, à expoſer noſtre vie pour empeſcher le violement de ces Myſteres, & à donner noſtre propre ſang, pluſtoſt que de ſouffrir que le ſang de Ieſus-Chriſt ſoit prophané. Mais c'eſt encore l'intereſt des ames, qui vous force à les traiter de la ſorte, & à vſer de ce retardement ſalutaire pour leur procurer vne parfaite gueriſon. Il ne faut auoir égard en cela, ny à leurs deſirs precipitez, ny à leurs craintes inquietes. Les Medecins des ames nō plusque ceux des corps, ne doiuent point prendre l'ordre de leurs remedes, des paſſions dereglées de leurs malades, mais des reglestonites diuines de la Medecine celeſte.*

Eod. cap. p. 437.

Hincmar. ep. 29. ad Car. Reg. T. 2. p. 321.

Hug. vict. Inſt. Mon. 11 c. 53.

a *L'Egliſe a touiours fait ſi peu d'eſtat de ces Conuerſions à la mort, que plus de trois cens ans durant, elle a*

CAVSA expoſtulandi prima eſt; quoniam non timor quidam ſalutaris, ſed cruda deſperatio inijcitur peccatoribus, quos improuiſus mortis aduentus interceperit. Dum audiunt ſuas *conuerſiones ab Eccleſia flocci pendi, & Reconciliationem*, quæ tunc illis conceditur, *pro nihilo haberi.* Proptera quòd externæ ſatisfactionis fructus non dederint, dum ſani erant, quos ampliùs edere letho ingruente nequeunt.

Altera Cauſa, ex authoritate Sanctorum Patrum ducitur. Falſum eſt enim ab illis Pœnitentias quantumuis ſeras nihili fieri. Nam D. Cyprianus ait, *In iſto mundo manenti, Pœnitentia nulla ſera eſt.* [a] *Tu ſub ipſo licet exitu & vitæ temporalis occaſu pro delictis roges, & Deum, qui vnus & verus eſt, Confeſſione & fide agnitionis eius implores, venia confitenti datur.* In eandem ſententiam D. Ambroſius in Concione, quam dixit in obitu Valentiniani Iunioris, ſic habet.[b] *Beatus planè, qui vel in ſenectute correxit errorem, beatus qui vel ſub ictu mortis animum conuertit à vitijs.*

Nec minus diſertè S. Leo Papa de hoc argumento loquitur. [c] *Miſericordiæ Dei*, inquit, *nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras VERA CONVERSIO, dicente ſpiritu Dei per Prophetam, Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris.* Illi conſonat ſummus alter Pontifex Celeſtinus, his verbis. [d] *Deſperat de Miſericordia Dei, qui ei ad ſubueniendum morienti ſufficere, vel in momento non credit poſſe*; tum ita concludit. *VERA ergo ad Deum CONVERSIO in vltimis poſitorum, mente potiùs æſtimanda eſt, quàm tempore. Prophetâ hoc taliter aſſerente. Cum conuerſus ingemueris, &c.*

Ex quibus teſtimonijs, & infinitis alijs quæ prætermittimus; obteſtamur, *Sanctitatem Tuam, Beatiſſime Pater*, vt ſtatuas. An perinde, vt contendit Arnaldus, Tardas Chriſtianorum conuerſiones ſemper Eccleſia deſpexerit, & pro nullis habuerit?

---

refusé d'employer l'authorité de ſon Miniſtere, & la puiſsãce qu'elle a receüe de Ieſus-Chriſt, de reconcilier les pecheurs, enuers ceux qui ne l'imploroient qu'à la derniere heure, apres auoir paſſé toute leur vie dans les deſordres, & dans les vices.
2. part cap. XV. p. 408.

b *Elle ne les conſideroit point comme des perſonnes reconciliées, ne contant pour rien vne reconciliation, qu'elle n'auoit accordée que par force, & contre l'Ordre de ſes ſainctes loix.*
Ibid. p. 420.

c *Ce qui nous montre clairement, que ſelõ les Peres, la Communion que les Pecheurs reçoiuent auant que d'auoir fait des fruits dignes de Penitence, n'eſt pas tant vne Communion legitime, c'eſt à dire conforme aux loix, & au veritable eſprit de l'Egliſe, qu'vne Communion forcée, vne Communion, qu'elle ne donne que par condeſcendance, par neceſſité, & par contrainte, & qu'elle n'accorderoit point, ſi elle agiſſoit dans vne plaine & entiere liberté.*
Ibide. p. 421.

a Cyprian. tract. 1. ad Demetr.
b D. Ambr. Conc. funeb. t. 5.
c Leo Pap. Ep. 91.
d Celeſtin. in Ep. ad Gal.

SECTIO IX.

DE SATISFACTIONE ET OFFICIIS QVÆ ILLI A SCRIPTORE libri de frequenti Communione adſcribuntur.

Quòd per remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem, Arnaldus intelligat gratiam habitualem, & diuini ſpiritus non tantùm pulſantis, ſed iam inhabitantis præſentiam declarat, in 3. parte, cap. vltimo, p. 782.

QVÆSITVM Decimum. Vtrùm Orthodoxè Arnaldus, vim iuſtificandi ordinariam in Sacramento Pœnitentiæ, ſatisfactioni adiudicarit?

Concepta in libro de frequenti Communione verba ſunt iſta. [a] *Hoc, in cauſa eſt, cur OMNES PATRES, nullo negotio ORDINARIA LEGE, remiſſionem peccatorum, & ANIMÆ IVSTIFICATIONEM tribuunt ſatisfactioni, quam ſequebatur Abſolutio.* Mirum eſt quàm multæ labes in tam paucis vocibus inſideant; quæ ex poſtremo capite totius libri collectæ extremum illius ſpiritum referunt, afflántque. Illic, quaſi in decretorio pugnæ iudicio exitúque verſaretur, omnes argumentorum cateruas, & cuncta Patribus erepta teſtimonia in cuneum diducit, & aciem ex illis inſtruit quàm poteſt confertiſſimam, vt poſtremo impetu lectoris animum perrumpat. In hanc ſententiam infinita ſcripſit in ſecunda parte ſui operis, vt eam Sanctis Patribus vẽdicaret, præſertim Diuo Leoni, de quo ſic loquitur. [b] *Iam demonſtrauimus quòd Diuus Leo Sanctitate maximus, Poteſtatem exponens remittendi peccata, quam Ieſus Chriſtus Sacerdotibus conceſſit, expreſsè notet, eorum munus in hoc verſari, vt confitentibus peccata, pœnitentiam imponant: quo, ſalutari ſatisfactione purgatos reconcilient.*

[a] *C'eſt ce qui fait, que tous les Peres ne ſont point de difficulté d'attribuer ordinairement le Pardon des pechez, & la Iuſtification de l'ame, à la ſatisfaction qui eſtoit ſuiuie de l'Abſolution.*
3. part. cap. vlt. p. 788.

[b] *Nous auons deſia fait voir que le grand S. Leon, expliquant la puiſſance que Ieſus-Chriſt a donnée aux Preſtres de remettre les pechez, marque expreſſement, que leur charge conſiſte à impoſer Penitence à ceux qui confeſſent leurs fautes, afin de les reconcilier lors qu'ils ſe seront purifiez par vne ſatisfaction ſalutaire.*
2. part. cap. 30. p. 499.

CAVSÆ expoſtulãdi ſunt duæ. Satisfactioni quam ſequatur Abſolutio, *Vim iuſtificandi animam ordinaria lege* aſſignat Arnaldus. En prima. *Omnes Patres* huius Dogmatis aſſertores facit. Ecce altera. [c] Inuenti ſunt ante Concilij Tridentini tempora, qui repoſcerent à Pœnitente Contritionem Iuſtitiâ ornatam & perfectam, priuſquam ſe ſiſteret Sacerdoti abſoluendum. Sed Arnaldus inuſitato tramite incedens, *ſatisfactionem iuſtificãtem* pro conſilio prudẽtiáque ſua prærogare maluit,

[c] Magiſter in 4. d. 16. & 18. Altiſſiod. l. 4. ſum. tract. 6. c. 8. Alexan. Alenſ. 4. part. q. 80. Bonauent. diſt. 18. a. 2. q. 1. & 2.

quàm Contritionem. Scio tamen quibus in præſidijs habitet, Diuum Gregorium, Diuúmque Eligium ciet, quorum ſacra iudicia, per particulas malignæ indolis inſititias d SOLVM, e ET NON NISI, iam toties, & nunquam ſatis Arnaldo exprobratas, contrucidauit;

Sed hæc mitto. Nam Arnaldus præcipua huius opinionis ſuæ præſidia in caput quoddam ſui operis, tanquam in arcem munitiſſimam coniecit, duodecimum illud eſt. Illic animum intendens in Cauſam, ob quam olim ſatisfactio ire ante Abſolutionem iuſſa ſit, hanc eſſe refert. Quòd ſatisfactio ſit, quæ peccatorem mortuum exſuſcitat; quem Abſolutio vitæ reſtitutum, funereo apparatu & ſepulchralibus tænijs expediat. Quò tahit vulgare & peruagatum Lazari exemplum. ex D. Gregorio; qui notat eum non priùs poteſtati Diſcipulorum ſoluendum à Chriſto, fuiſſe traditum, quàm viuus è Sepulchro prodijſſet. Ego deinceps efficiam, ni fallor, vt intelligat Arnaldus, ſi nundum ſatis intelligit tamen, quàm vehementer à Tridentinis Patribus eius abhorreat oratio, in hoc præſertim munere & officio *Iuſtificationis*, ſatisfactioni arrogando. Faciam, ipſe vt videat, & fateatur vanum eſſe, quod prædicat PATRES OMNES in hanc ſententiam conſpirare. Nihil iam aliud dico niſi de Diuo Thoma, qui herculeum Arnaldi argumentum ex Sancti Gregorij teſtimonio promptum, quod habent commune omnes, qui Iuſtificandi vim, Abſolutioni præripiunt, iampridem fregit in opuſculo planè diuino. Hunc itaque loquentem audiamus. *Obijcit* (quidam hererodoxus) *quòd in ſuſcitatione Lazari ſecundùm Auguſtinum & Gregorium, ſignificata eſt ſuſcitationis peccatorum PRÆOPERATIO, quia Lazarus eſt priùs à Domino viuificatus, quàm traderetur Diſcipulis abſoluendus; Ex quo arguit, quòd nihil valet Abſolutio Sacerdotis, antequam homo ſit à Deo viuificatus per gratiam, & ſuſcitatus à morte culpæ. Ergo Sacerdos non poteſt ſuper culpam.* Hactenus Sanctus Doctor contra Nouatorem ſui temporis, qui ſe illo Diui Gregorij teſtimonio erigebat, vt iuſtificandi vires auferret Abſolutioni, & in præuiam diſpoſitionem

d *Car alors SEVLEMENT, comme S. Gregoire dit, l'Abſolution du Preſtre eſt veritable, quand elle ſuit la Sentence du Iuge inuiſible.*
Hæc particula, (*ſeulement*) eſt ſuppoſititia quam Arnaldus poſtea expunxit, & iterum reſtituit in 2. part. cap. 11. p. 327.

e *Que nous NE deuons deſlier par l'autorité Paſtorale, QVE ceux que nous reconnoiſsõs que noſtre Maiſtre a reſſuſcitez par ſa grace viuifiante.* Ibidem. At verus & incorruptus textus eſt iſte. *Quòd nos debemus per Paſtoralem Authoritatem eos ſoluere, quos cognoſcimus Authorem noſtrũ per ſuſcitantem gratiã viuificaſſe.* S. Elig. homil. 11.

D. Thom. opuſc. 20. de forma Abſolutionis. c. 2.

nem traduceret. Multis autem illum modis retundit, tum hoc maximè, quoniam inquit, *arguitur ex metaphoricis locutionibus, ex quibus non eſt arguendum, vt Dionyſius & Auguſtinus dicunt.* Nempe, vt Diſcipulos Chriſtus erudiret, in Peccatorem ſtupidum ac inertem, & adhuc in ſomno & letho quodam peccati conſepultum, non eſſe magis effundendam, quàm in exanime & fœtitum cadauer, ſacri Miniſterij poteſtatem. f Sed expectandum eſſe, vt à Deo excitatus euigilet, audiat vocantem Deum, & fide conceptâ, quæ vitæ radices habet, liberè in vocantem moueatur. Hæc enim ſunt rudia quædam & inchoata iuſtitiæ & ſanctitatis exordia, quæ ad captum hominum repræſentari accommodatiùs non poſſunt, quàm Chriſti Lazarum è ſepulchro excientis voce, & Lazari auſcultantis, atque ad iuſſum venientis appulſu: cuius corpus adhuc vittis tanquàm deuota morti victima, deligatum, & interclúſus illi vitalis auræ ſpiritus, ſignificat, peccatori non patere aditum ad fruendum vſurâ lucis beatæ & æui ſempiterni fiducia, donec ope & miniſterio Sacerdotum fuerit à vinculis peccatorum exolutus.

In eandem partem accipiendi ſunt D. Ambroſ. l. 2. de Pœnit. c. 7. D. Auguſt. homil. 27. c. 3. D. Elig. hom. 11. *qui eandem comparationem inſtituunt.*

f *Series iuſtificationis à Concil. Tridentino deſcripta, in Seſſ. 6. c. 6.*

Pergit Sanctus Doctor, *Sicut per Baptiſmum dimittitur omnis culpa, & originalis & actualis, ita per Sacramentum Pœnitentiæ remittitur actualis culpa. Contingit autẽ quandóque in Baptiſmo, quia aliquis antequam Sacramentum Baptiſmi actu percipit, dum habet Sacramentum in voto, vel in propoſito, conſequitur iuſtificationem à ſolo Deo; & tamen ſi antè conſecutus non fuerit, ex vi Sacramenti, niſi obicem opponat, iuſtificationem conſequitur, Sacramentum ſuſcipiendo. Ita omninò eſt de Pœnitentiâ. Nullus enim reputatur contritus, niſi habeat propoſitum ſubijciendi ſe Eccleſiæ clauibus. Quod eſt habere Sacramentum in voto. Verùm quandóque aliqui conſequntur iuſtificationem in ipſa Abſolutione, quam antè non fuerant aſſecuti.*

En igitur; vt ille ſacræ Scholæ anteſignanus Doctor, vices iuſtificandi tam ordinatas, tamque ratas Abſolutioni competere, quàm Sacramento Baptiſmi declarat. Quem ſi paulò diligentius conſulere Arnaldus ſtuduiſſet; In hoc certè ſcientiarum omniũ Theſauro, Gregoriani teſtimonij promptam & expoſitam interpretationem nactus, non dediſſet nobis lo-

cum apud *Beatitatem tuam* expoſtulandi, vtrúmne dicendum ſit, *Quòd omnes Patres, nullo negotio, ordinaria lege remiſſionem peccatorum, & animæ iuſtificationem tribuant ſatisfactioni, quam ſequebatur Abſolutio.* Nam cùm in duas partes accipi nomen ſatisfactionis poſſit, vno modo propriè & conuenienter ſacramento Pœnitentiæ, pro actione pœnarum, quam Sacerdos auditâ causâ Confitentis, de Tribunali præſcribit, quæ ſuum habet locum ab alijs Sacramenti partibus diſtinctum; Altero modo, pro quacunque perpeſſione pœnæ, quam Pœnitens ſponte, nec à Iudice compulſus ſuſcipit, ex odio & vindicta quadam ſceleris commiſſi, quo ſenſu pudor ipſe & verecundia Confeſſionis, quædam ſatisfactio eſt; Arnaldus ſatisfactionis nomen ſub prima notione ſemper vſurpat, neque de alia loquitur, niſi quæ ab Eccleſiæ Miniſtro fuerit imperata. Imò nulli præterquam illi, vim ineſſe apud Deum quidquam pro noxarum liberatione promerendi pugnat. Nos verò ex Decretis Concilij Tridentini poſtmodum efficiemus, vt liquidò conſtet, per actionem illam ſatisfaciendi, quæ propriam à Miniſterio Sacerdotis poſitionem habet, non modò peccatorem non liberari culpâ & iuſtum fieri, ſed eam potiùs eſſe, quæ hominem culpâ iam liberum & beneficio Abſolutionis expeditum deſideret.

SECTIO X.

ALIA DVO QVÆSITA PONVNTVR DE SATISFACTIONIS Muncre & Poteſtate.

QVÆSITVM vndecimum. Vtrúmne *ſicut dolor internus aliquando pœnas omnes externas ſupplet, ita* Pœnitentiæ exteriores, vt loquitur Arnaldus, *ſupplere defectum doloris interni aliquando poſſint.*

Integram ex libro de frequenti Communione Sententiam refero. [a] *Sicut dolor internus aliquando tam vehemens excitari poteſt, vt omnes pœnas exteriores ſuppleat, ſimi-*

[a] *Que la douleur interieure peut eſtre quelques fois ſi grãde, qu'el le ſupplée à toutes les*

liter fieri poſſe, vt Pœnitentiæ exteriores, tam aſſiduæ, támque vniformes euadant, vt defectum lacrymarum & doloris interni ſuppleant, qui nonnunquam obſcurior eſt, atque Sacerdoti minùs exploratus.

Penitences exterieures comme les Penitences exterieures peuuent eſtre ſi grandes, ſi continuelles, & ſi vniformes, qu'elles suppleent au defaut des larmes, & de la douleur interieure, qui eſt quelquefois plus cachée & moins connuë au Preſtre.

CAVSAM expoſtulandi pono, *Sanctiſſime Pater*, tum in hac particula Cõparationis (ſicut) tum in hac nota vniuerſitatis (omnes) ex quibus videtur Arnaldus hoc efficere velle, vt non minùs pœnæ externæ, ſupplere abſentiã doloris interni *Omnis* queant; quàm dolor internus, *Omnes*, vt ipſe fatetur, exteriores pœnas. Eſto, id exciderit fortè incogitanti Arnaldo, ad exaggerandam contritionem operis, laborioſam (ſic enim ſatisfactionem appellare ſolet) præ contritione cordis, redolet tamen obſoletum & Tridentini Concilij confixum decretis errorem quorumdam, qui opinabantur ſatisfactione externâ ſolâ, ſine vero motu interni doloris, hominem ſceletatum ad munditiam ſanctitatis perduci poſſe. Contra quos, ita decernunt Tridentini Patres. *Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum, hic Contritionis motus neceſſarius.*

2.part. cap. 33. p. 521.

Seſſ. 14 c. 4.

Vndecumque tandem hoc enunciatum in librum de frequenti Communione irrepſerit, animaduerſione opus habet, ne populo, cui liber ille ſcriptus & propinatus eſt, errandi cauſam præbeat.

QVÆSITVM duodecimum. An rectè & emendatè Scriptor libri de frequenti Communione ſtatuat. Quòd ſatisfactio *nullam vim aut gratiam habeat*, niſi à Sacerdote imponatur. Duobus in locis hanc Sententiam tradit Arnaldus. Primus extat in Præfatione his verbis. b *Poſtquam Sacerdos de ſtatu conſcientiæ intimo iudicauit, Confeſſione* (Pœnitentis) *quam excepit. Illi Pœnitentiam præſcribit, quæ nullam vim aut gratiam habet, niſi quantam ab eius impoſitione & Miniſterij poteſtate ſortitur.* Hanc tamen Sententiam in opere ipſo de frequenti Communione aliquantulùm mitigauit, vt eam faciliùs Diuo Gregorio imponeret, atque ita ſuſpicionem erroris, magno pondere Authoritatis obrueret. Sic loquitur. c *Exercitationes Pœnitentiæ non habent propriè vim delendi peccata, vt fert egregium Diui Gregorij dictum, niſi cùm ex iudicio Sacerdotis illis, ſubijcimur, qui diſcuſſis pecca-*

b *Le Preſtre apres auoir iugé du fonds de ſa Conſcience par la Confeſſion qu'il luy a faite, luy ordonne la Penitence, qui n'a point de vertu ny de grace, ſi elle ne la prend de ſon impoſition, & du pouuoir de ſon Miniſtere.*

Pref. p. 51.

c *Les exercices de la Penitence, n'ayans propremẽt le pouuoir d'ef-*

ſacer les pechez, ſelon l'excellente parole de S. Gregoire; que lors que nous nous y ſommes ſoumis par le iugement du Preſtre, lequel apres auoir examiné les actions du Pecheur qui cõfeſſe ſes offenſes, luy impoſe la peine & l'affliction de la Penitence, ſelon la qualité de ſes crimes.

2. part. cap. 13. p. 394.

toris quem de confeſſione noxarum audiuit, actionibus, pœnam illi, afflictionémque Pœnitentiæ pro modo criminum præſcribit.

Cauſa expoſtulandi eſt. Hodie ex hac Doctrina, conſequentiæ graues & pernicioſæ ducuntur; nempe ieiunia, eleemoſynas, & id genus expiationis opera nihil prodeſſe antequam in foro pœnitentiæ per Sacerdotem iniungantur; ſiquidem *nullam vim, nullamque gratiam* vt docet Arnaldus, *habeant*. Referámne Ego hîc quod è ſuggeſtu ad populum pro ſacra Concione dictum eſt, hoc anno, & hoc ipſo Religioſæ quadrageſimæ curriculo, quo tempore, diuini verbi ſemina in animis Chriſtianorum ad bonam frugem conduntur. *Si quis peccati mortalis conſcius, ſacris rebus interſit & Miſſam audiat; hunc ſe ſe nouo ſcelere mortali conſtringere.* Hoc documentum publicè excepit Vrbs Chriſtianiſſima & Populoſiſſima. Dixiſſe mihi videor ſatis, vt multa teſtium millia excitem. Et miramur vnde hoc venenum influxit? Ex hoc loco. Id verò pleniùs abhorret à communi ſenſu Scripturarum. *Peccata tua eleemosynis redime*, inquit Daniel Regi Babyloniorum *& iniquitates miſericordijs pauperum.* Quam diuini oraculi vocem interpretantur Sancti Doctores de eleemoſyna etiam non imperata per Sacerdotem, ſed ſponte & vltro erogata, cui vim ſatisfaciendi tribuunt prorſus admirabilem. *Sacrificium Chriſtianorum eſt Eleemosyna in pauperes, hinc enim Deus fit peccatis propitius*; inquit D. Auguſtinus. Eandem Baptiſmo comparat D. Ambroſius *Eleemosyna*, inquit, *quodammodo eſt aliud animarum lauacrum, vt ſi quis fortè poſt Baptiſmum, humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei vt iterum eleemosynis emundetur.* In his locis, nulla Sacerdotis mentio, quamuis enim eleemoſyna, non ſine voto Sacramenti Pœnitentiæ ad iuſtitiam perducat. Non ideo tamen opus habet præſcriptione Sacerdotis.

D. Auguſt. homil. 29. de 50.

D. Ambroſ. Serm. 2. de Eleemoſyna.

Sanctis Patribus addo Concilium Tridentinum, cuius decretum hoc, extat in Capite *De operibus ſatisfactionis* inſcripto. *Docet præterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis ſponte à nobis pro vindicando peccata ſusceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris ar-*

Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 9.

gumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus. Cur ergo Arnaldus dictat Populo Chriſtiano, *nullam vim, nullámque gratiam* ſatisfactionis operibus ineſſe; niſi à Sacerdote ſanciantur? Dicet forſan.[e] Aliter alio in loco ſcripſi. Ad ingenium & ad artes tuas redis Arnalde? Ego ad prudentiam meam reuertor. Præſens agitur locus, non alius, quid ergo nos ad alium remittis? Neque enim ſi quis conuicium Patri ſuo dixiſſet vno in loco, purgaretur apud Iudices, quoniã alio in loco bene precari parenti ſuo, auditus eſſet. Nemo reus damnabitur, ſi aduerſus manifeſta ſceleris indicia, excuſationes illorum admittantur. Quidque cuilibet effutire fas erit, dum ſe aliud quiddam alibi ſcripſiſſe, probare poſſit? Nunquid, hoc eſt ſibi teſtes & tabulas ad criminis impunitatem fabricari? Nam vt inſignitè D. Auguſtinus ait. *Omnis Dogmatiſta & ipſe eſt inimicus & defenſor, qui fidem Chriſtianam dum oppugnat, videtur defendere.* Itaque quid alius ille locus habeat, nihil tecum diſputo, quanquam enim & ille, nihil ſine ſpiritu Pœnitentiæ, (qui ſcilicet[f] Sacerdotis Pœnitentiam imponentis, ore & miniſterio imprimatur, vt ſic vtrumque locum conciliemus) recte agi in hoc negotio dictat; nihil moror. Hunc arguo in quo diſertiſſimè tuam ſententiam cõſignaſti, *Quòd Pœnitentia nullam vim aut gratiam habeat, niſi quantùm à Sacerdotis impoſitione & Miniſterio ſortitur.* Vide quàm æquo me ſis vſurus aduerſario? per me obtinebis, vt Cenſura non incertum illum, ſed hunc qui apertus eſt, in quo Dogmatis tui ſedem poſuiſti, locum notet.

e Lib. de freq. Cõ. 3. part. cap. 17

D. Aug. in pſ. 8.

f *Ces parolles du Cardinal Bellarmin, &c.* Ibid. p. 775.

Altera cauſa expoſtulationis noſtræ eſt, quòd falsò adſcribatur Diuo Gregorio hæc tam iniquæ doctrinæ acerbitas. Volo enim mihi det indicium huius teſtimonij Arnaldus; quod cùm præſtiterit, nihil dico quin causâ cadam. At ſi nuſquam oſtenſurus eſt, dicat ipſe cur in Præfatione ſua, Diui Gregorij nomen ad hoc effatum apponat. *Pœnitentia nullam vim aut gratiam obtinet, niſi ex Impoſitione & Miniſterio Sacerdotis?* Fortaſſis inquiet, ſe, in hac re: moderationem

deinceps adhibuiſſe, atque in progreſſione operis ſui, id omne ad mentem Diui Gregorij temperaſſe. Sit ita; Sed primùm fateatur hanc propoſitionem, *Quòd Pœnitentia nihil habeat pretij, niſi quantum ex Sacerdotali Munere & imperio accipit*, nullis Diui Gregorij literis extare conſignatam.

Venio iam ad illam qualemcunque temperationem prioris ſententiæ pro Gregorianâ falsò ſubiectæ. Hæc eſt. *Quòd Exercitationes Pœnitentiæ non habeant propriè vim delendi peccata, niſi cùm ex Iudicio Sacerdotis, illis ſubijcimur.* Hîc rurſus falſi crimen intendo; Non ſunt hæc verba D. Gregorij; Sed ita dixit. *In die igitur illa ieiunant, qui idcirco carnem pœnitendo atterunt: quia in luce ſpei peruenire ad indulgentiam ſe indubitanter credunt. Quæ tamen afflictio Pœnitentiæ ad delenda peccata tunc demum idonea eſt, cum Sacerdotis Iudicio fuerit imperata; cùm ab eo Confitentium actibus diſcuſſis, pro modo Criminis, onus eis decernitur afflictionis.* Sermonem facit D. Gregorius de pœnitentia eorum, qui ob crimina interdici & relegari ſacra Communione merebantur. Itaque docet non eſſe aliam viam conſequendæ illis *Indulgentiæ, & Abſolutionis* Canonicæ, per quam Criminoſi Eccleſiæ & Euchariſtiæ reddebantur, præter exercitationes & afflictiones pœnitentiæ; Neque has quidem eſſe ſatis idoneas, nempe ad Reconciliationem Canonicam ineundam, niſi per Sacerdotis poteſtatem iudiciúmque imponerentur. Quod certè veriſſimum eſt; Nam ex præſcripto & legibus veteris pœnitentiæ pro peccatis publicis inſtitutæ, nemini patebat aditus ad Reconciliationem Eccleſiaſticam quantumcunque maceraret & conficeret corpus ſuum labore, inedia & pœnitudine, niſi priùs in ordinem pœnitentium ritu quodam Eccleſiaſtico cogeretur. Quare de hoc ritu loquens D. Gregorius meritò dixit pœnitentiam tum demum idoneam eſſe *ad delenda peccata* publicè commiſſa, & Indulgentiam canonicè accipiendã, *cùm Sacerdotis Iudicio fuerit imperata.*

D. Gregor. Expoſit. in l. 2. Reg. cap. 5. ante mediũ.

Tenemus ergo, *Sanctiſſime Pater*, Scriptorem Duplicis Corruptelæ conuictum. Alterius, in verbis Diuo Gregorio ſuppoſitis; Alterius, in deprauatione totius Sententiæ.

SECTIO XI.

DE ABSOLVTIONE.

QVÆSITVM DECIMVM TERTIVM,

An Orthodoxè ab Authore Libri de frequenti Communione ſcriptum ſit, Quod Abſolutio & Communio idem ſint.

HANC ſui Dogmatis partem ſanè notabilem multis in locis Arnaldus tum obſcurè, tum enucleatè inſeuit. In ordine quidem Pœnitentiæ deſcribendo, cùm poſuiſſet primo loco, Confeſſionem; ſecundo, impoſitionem Pœnitentiæ; tertio, expletionem pœnitentiæ; quarto, Abſolutionem; huic articulo addit, *quam ſtatim excipiebat Communio.* In progreſſu eiuſdem capitis, cauſam tam arctæ coniunctionis hanc eſſe inſinuat, *quòd Euchariſtia ſigillum ſit remiſſionis peccatorum, & vltimum complementum.* Illicque ex Annalibus Eccleſiaſticis hiſtoriam interſerit de Serapione quodam, quem ait, in morte petijſſe Sacerdotem, qui ipſi *ABSOLVTIONEM EVCHARISTIÆ* adminiſtraret, cùm tamen hæc forma loquendi,[a] *Abſolutio Euchariſtiæ* non legatur apud Hiſtoricum. Tandem quia res erat ſuſpicioſa, maluit eam ore Patrum, quàm ſuo propalare, vt aſſolet in Doctrinis inſalubribus diſſeminandis.

Fusè hæc teſtimonia conſignata ſunt, Idiomate proprio, In cauſa 2. Sect. 2

a Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 36.

Sic ergo pronunciat, [b] *hoc ipſum liquet ex alijs ſanctis Patribus, qui nihil Diſcriminis faciunt inter Reconciliationem & Reſtitutionem in Communionem, quo fit vt dicant ſæpe ſæpius, Altari reconciliare, pro eo quod eſt, Abſoluere, aut peccata remittere.* En quomodo impingit ſacris Eccleſiæ Doctoribus ſuam ſententiam, vt tanto faciat Teſtatius doctrinæ ſuæ caput, quòd omni arte & diligentia communire ſtuduit.

b Suprà, In Causâ 2 Sect. 2.

Atque ſi ita quidem de Abſolutione Canonica, non de Sacramentali exiſtimaſſet: haberet me non modò ſuffragatorem, ſed etiam laudatorem ſuæ ſententiæ. At cùm ipſe dicta Sanctorum Patrum ex Reconciliati-

one Canonica in Sacramentalem traduxerit, vt ſtatueret Sacramenti Pœnitentiæ Abſolutionem, à Communione Euchariſtiæ non eſſe diuerſam, iſtud verò eſt, in quo non ſolùm turpis, verùm etiam pernicioſa & omnib⁹ viris bonis odioſa diſſimulatio noſtra eſſet.

Porrò vtriuſque Reconciliationis meminit Tridentinum, ex quo diſcrimen alterius ab altera repetimus. De Canonica mentionem facit, Seſſione decima quinta, Decreto de Reformatione; vbi monentur Epiſcopi, quibus remedijs morbidas oues curare debeant; quibus admonitionibus exhortari fideles, ſi quando ſegregati à Sacramentis per Excommunicationem fuerint, vt ad meliorem frugem redeant, séque dignos reſtitutione in Communionem præſtent.
Seſſ. 15. c. 3. *Excommunicatus verò quicunque*, inquit, *ſi poſt legitimas Monitiones non reſipuerit, non ſolùm ad Sacramenta & Communionem Fidelium ac familiaritatem non recipiatur; Sed ſi obdurato animo, cenſuris annexus, in illis per annum inſorduerit; etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum, procedi poſſit.* Quibus ex verbis rectè intelligimus genus eſſe quoddam Reconciliationis, quæ à ſacra Synodo ponitur in reſtitutione Communionis; Intelligimus ſecundò, eam opponi excommunicationi. Intelligimus tertiò, ad Cenſuras, & Canonum pœnas ſubleuandas referri, vnde Canonicæ nomen ſumpſit. Iam verò cùm Patres de Abſolutione Sacramenti decernunt (extat autem illorum decretum in Seſſione decima quarta) nullum de Excommunicatione, nullum de Cenſuris, nullum de Canonibus verbum faciunt; Neque iam edicunt aliquid, quod ad *reformationem* Morum, ſed quod ad rem ipſam & naturam Sacramenti attineat, ſic ſtatuunt. *Docet præterea Synodus ſacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipuè vis eius ſita eſt,*
Cap. 3. *in illis Miniſtri verbis poſitam eſſe. Ego te Abſoluo.*

In eandem Sententiam D. Thomas diuinum opuſculum ſcripſit contra *cuiuſdam Aſſertionem* quam *valde*
D. Thom. opuſc. 20. cap. 1. & 2. *temerariam* appellat, *dicentis quòd Sacerdos vti non deberet hac formâ. Ego te abſoluo*; & argumentum trahentis ex Abſolutione Cenſuræ & Pœnarum Canonicarum: cui ſic occurrit Sanctus Doctor. *Dicamus quod alia ratio eſt*

de

de Abſolutione ab Excommunicatione quæ non eſt Sacramẽtalis, ſed magis iudiciaria Iuriſdictionem conſequens; & aliud de Abſolutione à peccatis in Sacramento Pœnitentiæ; quæ conſequitur poteſtatem Clauium, & eſt Sacramentalis. In illa enim verba habent efficaciam ab intentione dicentis; in Sacramentis autem verba habent efficaciam ex inſtitutione diuina. Vnde tenenda ſunt verba determinata conſonantia diuinæ inſtitutioni. Inſtitutioni autem dicentis, Quodcunque ſolueris, &c. Iſta verba conueniunt, Ego te abſoluo; ſicut Inſtitutioni dicentis, Euntes docete omnes gentes baptiſantes, &c. Conueniunt iſta verba, Ego te baptiſo. Sicut ergo iſta tenenda ſunt in baptiſmo, Ego te baptiſo; ita in Pœnitentia, Ego te abſoluo.

Hæc ſunt quibus declarat Abſolutionem Sacramentalem conceptis quibuſdam vocibus adſtrictam eſſe, quæ vim habeant ſimilem illi, quam habent verba baptiſmi. *Ego te baptiſo. Sacramenta enim nouæ legis efficiunt quod figurant*, inquit, *figurant autem ſeu ſignificant ex materia, & ex forma verborum, vt in ſacramento baptiſmi apparet.* *Ibid. cap. 1.* Et ne quid ampliùs ſcrupuli reſideat, quo minùs Doctor Angelicus præter reſtitutionem & applicationem ex qua deriuari, ait Arnaldus, *perfectam & conſummatam remiſſionem peccati* in pœnitentem; tribuat Abſolutioni aliam efficientiam ſanctificantis gratiæ *ex opere operato*, vt loquuntur Theologi, & præciſa communione corporis Chriſti; pergit in comparatione Sacramenti Pœnitentiæ cum Baptiſmo ſuſcepta. Et ait. *Sicut ſolus Deus INTERIVS baptiſat, & tamen quia homo exteriùs miniſterium exhibet, dicit, Ego te baptiſo.* *Ibid. cap. 2.* *Ita Deus per ſeipſum à peccato abſoluit, & tamen homo qui exteriùs miniſterium exhibet, dicere debet, Ego te abſoluo.* Non igitur eâ de causâ datur Abſolutio, vt pœnitens iam ſanatus, oppiparæ Chriſti menſæ adhibeatur, ex eáque vires grauitate morbi fractas reficiat, ſed vt ſanitatem ope abſolutionis adipiſcatur. Quodque conſequens eſt multum diſcrepat Abſolutio Sacramentalis à Communione; tantúmque inter eas intereſt, quantum ſcilicet inter actiones duas, quarum altera porrigit Pharmacum ægroto ad exterminandum morbum. Altera alimentum depulsâ iam ægritudine præbet, vt robur corporis firmámque valetudinem

recuperet.

Quæ cùm ita ſint, meritò quærimus, *Sanctiſſime Pater*, an non fruſtra ſit, quod tam audacter affirmat Arnaldus, Abſolutionem & Communionem quid vnum eſſe.

SECTIO XII.

EXPOSTVLATIO, QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTi Communione, poſtquam conſtituit Abſolutionem idem eſſe cum Communione, conſequenter doceat eos, qui olim in morte priuabantur Communione, fuiſſe quoque ſacramentali Abſolutione priuatos.

HAnc conſecutionem non admittit modo Arnaldus, ſed vt certam probámque doctrinam toto capite decimo quinto ſecundæ partis, libri de frequenti Communione tradit; [a] *Semper Eccleſia*, inquit, *tam flocci fecit conuerſiones eiuſmodi quæ in morte fierent, vt pluſquam per trecentos annos, Miniſterij ſui authoritatem, poteſtatemque Reconciliandi peccatores, quam à Chriſto Domino accepit, conferre recuſauerit ijs, qui extremo vitæ tempore illam implorarent, poſtquam, omnem in ſceleribus & flagitijs ætatem contriuiſſent.* Id genus placiti adſtruere nititur ex Epiſtola quadam Diui Cypriani ad Antonianum ſcriptâ. Ex Canone vltimo Concilij Arelatenſis primi; Denique ex Epiſtola tertia Innocentij ad Exuperium.

[a] Superiori Sectione 8. huius Cauſæ ad verbum expreſſimus.

Res iſta, *Sanctiſſime Pater*, obſeruationem meretur. Declarat enim quàm penitùs in animum Lectoris immergere voluerit hanc opinionem Arnaldus; Quòd Abſolutio ſacramentalis, nihil eſſet præter Communionem Corporis Chriſti, Miniſterio & poteſtate Clauium Pœnitenti conceſſam. Inſtitutum eſt illi probare annis plus trecentis, Abſolutionem ſacramentalem (de hac enim agit in prænotato capite libri de frequenti Communione) denegatam eſſe ijs, qui appetente morte eam, nullâ peractâ pœnitentiâ flagitarent. Quibus argumentis id aggreditur, videamus? Ijs

nempe quæ docent Communionem in vitæ exitu fuiſſe talibus hominibus præciſam. Nam Canon Arelatenſis qui adducitur, totus eſt de Communione neganda. Sic habet. *De his qui Apoſtatant, & antequam ſe ad Eccleſiam repræſentent, nec quidem Pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt COMMVNIONEM, placuit eis, non dandam COMMVNIONEM, niſi reualuerint, & egerint fructus dignos Pœnitentiæ.* Vetat Canon Communionem dari; Abſolutionem ſacramentalem dari non vetat. Cur ergo vtramque permiſcet Arnaldus, & vtramque hoc eſſe canone negatam pugnat? Nempe vt qui Abſolutionem nihil à Communione diſtinguat.

Verùm Epiſtola Innocentij fidem meæ reprehenſionis luculentiſſimam facit. Interrogatus ab Epiſcopo Toloſate ſummus Pontifex; quid faciendum eſſet ijs hominibus, qui poſt vitam flagitioſiſſimè traductam, in extremis poſiti, pœnitentiam ſimul & Communionem petunt. Reſpondet primò, cum durior diſciplina vigeret ob perſecutionum procellas; datam illis pœnitentiam, at negatam Communionem fuiſſe; tum addit, compoſitis Eccleſiæ rebus, vtramque illis conceſſam. Textus talis eſt. *Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & Reconciliationem Communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior, durior; poſterior, interueniente miſericordiâ, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis Pœnitentia, ſed Communio negaretur; Nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne Communionis conceſſa facilitas, homines de Reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu; negata meritò Communio eſt; conceſſa Pœnitentia; ne totum penitus negaretur; & duriorem fecit remiſſionem temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſijs ſuis reddidit; iam depulſo terrore, Communionem dari abeuntibus placuit. Et propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis; Ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur; Tribuetur ergo cum Pœnitentia, extrema Communio, vt homines huiuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.*

Innocent. 1. Ep. 3. ad Exup.

C'eſt à dire, qu'on ſe contentou de leur impoſer la Penitẽce qu'ils deuoient faire pour expier leurs offenſes, ſi Dieu leur faiſoit la grace de retourner en ſanté.
2. part. cap. 15. p. 410.

Huic textui commentariolum addit Arnaldus his verbis. *Illa reſponſio à ſummo Pontifice data de hac re, confirmat ea quæ antè diximus, prioribus ſæculis concedi minimè ſolitam eiuſmodi hominibus Communionem, ſed Pœnitentiam dumtaxat, hoc eſt, nihil amplius quàm illis impoſitam pœnitentiam fuiſſe, qua ſuas noxas expiarent, ſi fortè cum Dei gratia in ſanitatem redirent.* En iterum, vt Arnaldus Abſolutionem à Pœnitentia diſtrahit, vt Communioni adiungat; Et calculo ſuo conficiat, quos olim Eccleſia in morte beneficio Euchariſtiæ priuabat, eoſdem Abſolutionis ſacramento deſtituiſſe, quoniam Abſoluere nihil ſit, quàm pœnitentem (vt cum Arnaldo loquar) communione donare: Quod tum fit, cùm ei Euchariſtia authoritate clauium porrigitur.

Cypr. Ep. 52. ad Antonian.

De teſtimonio Diui Cypriani, quod vnum ex tribus ab Arnaldo propoſitis reſtat, idem iudicium eſſe debet. Nam voces *communicationis, pacis, & ſolatij* ſic interpretatur Arnaldus, quaſi ſignificarent Abſolutionem ſacramentalem, & ab ea arcere vellet D. Cyprianus Chriſtianos, qui in articulo ſupremæ neceſſitatis, nullâ pœnitentiâ exercitati ſacramentum pœnitentiæ poſcerent.

Quibus ita diſpoſitis, Duo expoſtulationis meæ capita conſtituo. Primum ducitur ex ſententia duorum Doctorum, quos non minùs Eccleſiaſticarum rerum ſcientia, quàm ſacræ Purpuræ dignitas exornauit, Baronium & Bellarminum dico. Statuunt illi errorem Montani ſapere, ſi quis affirmet ab Eccleſia repudiatam olim Abſolutionis gratiam moribundis flagitantibus fuiſſe. Bellarminus quidem eam ob rem Concilium Eliberitanum frequenter erraſſe dictitat, & inde probat, quod *in plurimis caſibus, nec in articulo quidem mortis velit abſolui Pœnitentem.* Quibus verbis conſentit Baronius de eodem Concilio, ſic loquens. *Porrò ipſum in multis eſſe irritum multa ſunt quæ manifeſtè declarant; pleraque enim in eo ſunt, quæ fines Nouatiani erroris viſa ſint propè attigiſſe; dum eis qui capitalia quædam crimina perpetraſſent, nec in fine Communionem eſſe dandam,* [f] *pluribus Canonibus ſtatuitur. Sapere hæc hæreſim Nouatianam, qui Cypriani & aliorum de ea re ſcripta legerint, facilè agnoſcent.*

Bellarm. l. 2. de Imag. cap. 9.

Baron. ad an. D. 57. n. 119.

f Concil. Eliber. c. 1. 2. 6. 8. 12 17. 18. quibus Communio in fine denegatur.

Ab Eccleſiæ enim Catholicæ vſu, illud omninò alienum eſſe reperitur, g *quod in eo ſtatutum eſt, vt nec in fine communicet, qui poſt pœnitentiam mœchatus fuerit.* Hæc Baronius, quæ etſi in altero Annalium ſuorum volumine poſtea temperauit, in hoc tamen aſſeuerando conſtans ſemper & firmus fuit; quamuis negata communio morientibus quondam foret ad terrorem; tunc cùm erat magna lapſorum & Traditorum frequentia; Eos tamen nunquam à pœnitentiâ & peccatorum abſolutione fuiſſe repulſos. Imò Nouatianos inter & Patres Eliberinos hoc veluti ſeptum medium interceſſiſſe; quòd iſti, inquit, *communicationē interdicebant lapſos; tamen ad Pœnitentiam eos recipere non detrectabant; Quod à Nouatianus ſemper abhorruit.* Ita Baronius.

g Can. 3. 7.

Baron. tom. 2. ad an. D. 305. n. 41. & 43.

Alterum expoſtulationis meæ Caput in eo conſiſtit. Quòd Arnaldus, vbi ſuprà Innocentius teſtatur conceſſam peccatoribus ad extremum flagitantibus pœnitentiam, at negatam Communionem fuiſſe; nomen Pœnitentiæ, vacuum Sacramentali abſolutione ſumat. Vt Abſoluendi beneficium ab ipſa pœnitentia diſiunctum, ad Communionem transferat. [h] Ait enim nihil amplius hoc datæ pœnitentiæ nomine ab Innocentio ſignificari, quàm impoſitionem pœnæ ab moribundis præſtandæ, ſi aliquando conualeſcerent. Senſus ille, vt oſtendimus, Montaniſtica fuligine tinctus eſt, atque etiam falſus; nam contendo nomine Pœnitentiæ moribundis conceſſæ, Patres comprehendiſſe Abſolutionē Sacramentalem. De moribūdis loquor, nolo enim huic me immiſcere quæſtioni, an citra mortis periculum, pœnitentiam petentes ſimul acciperent cum pœnitentia Sacramentalem Abſolutionem, an hæc potius Abſolutionis gratia poſt expletam Pœnitentiam differretur.

Innoc. Ep. ad Exuper. ſuprà

h Arnaldus ſuprà citatus.

Primùm ſic dico. Si per Pœnitentiam nihil recipiebant aliud, qui fato vrgebantur extremo, quàm expiandi peccata ſua per pœnas luctuoſas à Sacerdote impoſitas facultatem; quid cauſæ eſſet cur Celeſtinus Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, tam atrociter cum illis, de pœnitentia morientibus denegatâ, tanquam de paricidiali impietate expoſtulet? Sic enim

Celeſtin. Ep. ad Epiſc. Gall. cap. 2.

ſcribit. *Agnouimus Pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſiderijs annui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de pietate deſperet; quaſi non poſſet ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem redimere, quo ſe ille expediri deſiderat & liberari. Quid hoc rogo aliud eſt, quàm morienti mortem addere, eiúſque animam ſua crudelitate, ne abſolui poſſit, occidere? Et ſalutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore Pœnitentiam denegarit.* Hîc certè Pœnitentia, Sacramentum Abſolutionis liquidò complectitur, quo liberatur anima morientis, eique ſalus redditur. Deſinat ergo Arnaldus contrariam ſententiam comminiſci, quæ Patres Primæuos impietatis & paricidij animarum arceſſit: Vt qui nudam & Abſolutionis inanem Pœnitentiam morientibus offerrent; atque ita ſalutem illis adimerent, & mortem alteram adderent: Quo pertinet dictum Iulij Papæ. *Si Presbyter Pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum.*

Iul. Pap. 26. q. 7. c. Si quis Presbyter

Secundùm. Si Pœnitentia quæ in mortis diſcrimine dabatur, virtute ſacramentali Abſolutionis caruit; quomodo dabatur ijs qui alienati à mēte [c] in Phreneſim incidiſſent? Vel qui ſubita Apoplexiâ perculſi, omni notitia omnique vſu ſenſuum priuabantur? Extant autem de ea re tam multi canones, támque luculenta Patrum teſtimonia, vt nullus ſit finis, ſi ſingula perſequamur. In [d] Concilio Arauſicano ſic decernitur. *Subitò obmuteſcens (prout ſtatutum eſt) baptiſari, aut Pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium, aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* Cui Canoni congruit D. Auguſtini dictum, quo librum primum de Adulterinis Coniugijs claudit: *Quæ autem Baptiſmatis, eadem Reconciliationis eſt cauſa, ſi fortè Pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupauerit; Nec ipſos enim ex hac vita ſine arrha ſuæ pacis exire velle debemus.* Loquitur de homine in Statu Pœnitentiæ conſtituto, quem comparat Catechumeno, quatenus vterque votum ſacramenti conſequendi habet, ille Pœnitentiæ, iſte Baptiſmi, incluſum in ſtatu ſuo, illúdque præ ſe fert. Ergo ſi contingat eos repentina morte premi, iſtam,

c Ex Concil. Carthagin. 4. c. 76.

d Concil. Arauſic. Ibidem. c. Qui recedunt.

OBSERVANDVM quòd Concilia & SS. Patres, cùm edicunt, vt Pœnitentia detur morientibus, etiam mutis & omni ſenſu captis, ſemper addunt hanc conditionem; ſi conſtet, aliorum ſaltem teſtimonio, eos priùs Pœnitentiam petiiſſe, idque ipſum pro baptiſmo Adultorum requirunt.

inquit, *deſperati & intra ſe pœnitentes iaceant, pro ſe reſpondere poſſint* adempto mentis & ſenſuum officio, docet tamen eſſe reconciliatione & baptiſmo donandos; quia publica profeſſio Catechumenatus & pœnitentiæ, in qua morbus eos intercepit, argumento eſt non caruiſſe admiſſorum criminum dolore ad hæc ſacramenta ſuſcipienda neceſſario. Ex quibus conſtat quòd nomine Pœnitentiæ morientibus tribuendæ, intelligant Arauſicani Concilij Patres, eam, quæ Abſolutionis fructum ferebat; quandoquidem eam Baptiſmo æquiparant.

Multa eiuſdem generis miſſa facio, vnum tamen tacitus non præteribo Concilij Toletani duodecimi capitulum; cui titulus eſt. *De his qui Pœnitentiam non ſentientes accipiunt.* In quo docetur, quòd muto ſurdo & omnis ſenſus experti Pœnitentia conferri poſſit, & quòd diuinâ quâdam vi in eius animum infundatur. Verba ſunt. *Vnde ſicut baptiſma quod neſcientibus paruulis, ſine vlla contentione in fide tantùm proximorum accipitur. Ita Pœnitentiæ donum quod neſcientibus illabitur, abſque impugnantia violationis hi, qui illud acceperint, obſeruabunt.* Quænam eſt quæſo vis illa pœnitentiæ quæ inſpiratur homini prope extincto & cunctis iam ſenſibus orbato? Niſi Abſolutionis gratia; quæ intimè in animum illapſa arcanos ſcelerum nexus reſoluit, incogitanti quidem & neſcienti: quia ſacramentum, ſi abſit obex, gratiam edit ſuapte vi, ex opere patrato, vt aiunt Theologi.

Conc. Tolet. 12. Capitulum 2.

OBSERVANDVM, quòd Ibidem, vnius anni excõmunicatione punitur Sacerdos, qui non ſentiēti, neque pœnitēti auſu temerario pœnitentiam dederit, neque ſe exhortatu eius qui pœnitētiam accipit, vel manuum Indicijs, vel quibuſlibet alijs, euidentibus ſignificationibus inuitatum fuiſſe probauerit.

Atenim cùm ſacramenti Pœnitentiæ *forma & præcipua vis* in Abſolutione conſiſtat, vt decernit Tridentinum; Quis eſt porrò qui non ab illa forma ſacramentali influxiſſe credat *donum illud pœnitentiæ, quod neſcientibus illabi*, Patres Concilij Toletani ſanciunt? Niſi informe ſacramentum forſan moribundis datum, & ab informi celeſtem illam vim dimanaſſe putabimus? Quæ Doctrina quàm plena offendiculi, & quàm ad conſtabiliendum Dogma de Communionis & Abſolutionis vnitate, & perniciosam peregrinitatem fouendam importunè facta & conficta ſit, Cenſuræ *Sanctitatis Tuæ* ſubijcimus.

Conc. Trident. Seſſ. 14. cap. 3.

SECTIO XIII.

OBSERVATIO.

QVÆNAM CAVSA PRÆCEDENTIS hallucinationis Arnaldo fuerit.

HALLVCINANDI cauſa fuit, Sacramentalis Abſolutionis, cum Canonica vitioſè implicata confuſio. SACRAMENTALEM appello, quæ ex ſola Chriſti inſtitutione conſtat. Canonicam verò, quæ habet aliquid ex inſtituto & Diſciplina Eccleſiæ adiunctum. Chriſtus enim pro *Excellenti Poteſtate* quâ erat, Sacramenta condidit, & ſignum Pœnitentiæ ſacrum certâ quâdam & præſcriptâ formâ verborum alligauit.[a] *Ego te abſoluo, &c.* Sed hanc Abſolutionis gratiam, quibus conditionibus largiri vellet Eccleſia, ei integrum reliquit. Olim igitur Eccleſia criminoſis illam non largiebatur, antequam ſtadium publicæ Pœnitentiæ confeciſſent, cum hac exceptione tamen, extra quam ſi quis ſupremum diem ageret. Vnde hæc Abſolutio,[b] Canonicæ nomen accepit, vel etiam[c] Synodalis eſt dicta, quoniam ex Conciliorum Canonúmque Sanctionibus ad componendos Eccleſiæ mores, & politicam diſciplinam erat conformata.

Itaque differunt ambæ, inſtitutione, efficiendi virtute, & Miniſtro. Primùm enim Sacramentalis, cauſam habet inſtituti ſui à Chriſto repetitam,[d] atque in his Diui Apoſtoli verbis poſitam, *probet autem ſeipſum homo & ſic de pane illo edat.* Cui, cùm facta per ſacros Canones quædam eſſet adiunctio pœnarum antè luendarum, quàm daretur; In ius alterum noménque tranſijt Eccleſiaſticæ Reconciliationis.

Secundò, efficientiam habent diuerſam. *Sacramentalis* rem huius Sacramenti perficit, *quæ eſt Reconciliatio cum Deo*, vt ex capite tertio Tridentinæ Seſſionis decimæ quartæ iampridem decidimus, & conſequenter ius ſacræ menſæ peccato mortali ablatum, coram Deo reſti-

a Concil. Trident. Seſſ. 14. c. 3.

b *D. Greg. Ep. 32. ad ſelic. Epiſc.* Canonicè reconcilientur.

c Iuo Carnot. *Quo modo inter ſe conueniant prophetica Sententia & Synodalis.*

d Concil. Trident. Seſſ. 13. c. 7.

reſtituit. At Canonicæ, vis agēdi & efficacitas propria eſt,in oculis & conſpectu Eccleſiæ reconciliare diuinis myſterijs & ſocietati fidelium reddere, à qua fuiſſet quis ob nefarium crimen auulſus ;quare vocabatur Reſtitutio in Communionem, & in ſacrorum Myſteriorum participationem redintegratio.

Tertiò, Miniſter vtriuſque erat diuerſus. Tridentinum declarat nefas eſſe ſacramentalis Abſolutionis miniſterium, *ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos & Sacerdotes extendere.* Aliàs verò perſuadet nobis locus quidam Diui Cypriani celeberrimus, Canonicæ Reconciliationis adminiſtrum & diſpenſatorem etiam Diaconum ab Epiſcopo delegari potuiſſe. Nam eos quibus reconciliandis ſummitti Diaconum mandat,ſi fortè deficeret Sacerdos; Arbitror antea iam fuiſſe per Martyres Presbyteros qui in fodinis & in carcere detinebātur; ſacramentali Abſolutione impertitos: idque ex contextu Epiſtolæ colligo.Quò etiam ſpectant illæ Tertulliani voces. *Quam pacem quidam non habētes à Martyribus in carcere exorare conſueuerunt.* Et libro de pudicitia nimiam huius prærogatiuæ licentiam increpans, *ad metalla confugiunt, & inde Communicatores reuertuntur*, ait.

Seſſ. 14. cap. 4.

D. Cyprian. Ep. quæ eſt lib. 3. 17.

Dixi de vario vtriuſque inſtituto, efficiendi munere, & Miniſtro breuiter. Quæ ſi ad patefaciendam Arnaldi hallucinationem, qui hæc omnia conturbauit, non ſunt ſatis, aliud quoddam genus argumenti quod in genere demonſtrationis poni ſolet, effero. Quæ duæ res ita affectæ ſunt, vt diuortium inter ſe pati queant, adeò vt, cùm exceſſerit altera, tum extet altera & ſuperſtes maneat, eas res naturâ & poteſtatibus diſcrepantes eſſe neceſſe eſt. Nullum enim diſtinctionis veſtigium inuenire luculētius homines potuerunt, quàm rerum duarum ſeparationem. Duplex autem illud reconciliandi miniſterium, oſtendo fuiſſe perſonis & temporibus diuiſum. Primùm perſonis, nam Clericos,vt à pœnitentia publica,ſic à Reconciliatione Canonica immunes extitiſſe; Teſtis eſt D. Baſilius quem de hoc argumēto [g] ſuprà diffusè diſputātem audiuimus. Nunc S. Leonis vox iſta ſufficiat. [h] *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, vt qui in Preſbiterali hono-*

g Cauſâ 2. Sect. 6 n. 1.

h D. Leo Ep. 92.

re, aut Diaconij gradu fuerint conſecrati, ij pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitentiæ, quod ſine dubio ex Apoſtolica Traditione deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt, Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei, priuata eſt expetenda receſſio, vt illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit fructuoſa. Erant ergo perſonarum generibus ſeparatæ.

Secundò temporibus; vt docet hic Canon Concilij Arauſicani antiquiſſimus. *Qui recedunt de corpore, Pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine Reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit RECONCILIATIONI, qui huiuſmodi cõmunionem congruè viaticum nominauerunt. Quòd ſi ſupervixerint, ſtent in ordine Pœnitentium, vt oſtenſis neceſſarijs Pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum RECONCILIATORIA MANVVM IMPOSITIONE recipiant.* Hîc duo tempora duplicis Reconciliationis capiendæ adnotãtur. Quarum vna *Morienti ſufficiat* ad illum viatico neceſſario muniendum; Altera autem, recreato ex lethali ægritudine ſuſtinenda ſit, vt in ſocietatem veniat *legitimæ Communionis.* Quænam eſt illa prior Abſolutio? quam ait *Morientis ſufficere Reconciliationi.* Nónne ſacramentalis, ſine qua corpus Chriſti ſumi, iure diuino [1] prohibetur? Quænam vero altera, quæ in alterum tempus, & in exitum morbi incertum remittitur, ſine qua interim Pœnitens *communicare* iubetur? Sanè eſt illa Canonica, quæ habet rationes ſuas in Eccleſiæ arbitrio & poteſtate conſtitutas. Itaque diuelli ambas differentijs perſonarum & temporum ſpatijs cernimus. Quandoquidem qui erant in gradu Diaconorum vel Sacerdotum collocati, Canonicam Reconciliationem honoris causâ non accipiebant, Sacramentali certè non carebãt. Itémque Laici morbo præpediti, Abſolutione Canonica priuarentur, & Sacramentali contenti eſſe iuberentur. Minimè igitur permiſtam & confuſam habent naturam, neque in vnam ſunt ſimplicem conferendæ rem, vt exiſtimat Arnaldus.

[1] Ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 7.

SECTIO XIV.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE ſcrupulum mouerit. Vtrúmne Peccata venialia pro materia ſufficiente Confeſſionis adhiberi poſſint.

OBTVRBATVM eſt hac in parte nonnihil, *Sanctiſſime Pater*, & ſcrupulus conſcientijs iniectus de Confeſſione peccatorum venialium; ex duplici capite. Quòd neque antiquitati conſentiret, neque cum lege inſtitutóque Pœnitentiæ ſatis conuenire videatur. Ius quidem & nomen Antiquitatis illi abrogant his verbis. *Ipſa etiam Confeſſio quæ apud Sacerdotem fit, cùm iam communis euaſerit iuſtis atque Peccatoribus, & vſuuenerit apud omnes Fideles æquè pro peccatis venialibus, atque pro mortalibus. Eccleſia coniectare non poteſt, quinam illi ſint animo verè demortui, pro quibus præcipuè ingemiſcendum ſit: Et magna Pœnitentia peragenda ad pacandum Deum, eíſque propitium reddendum.*

Et la Confeſſiō meſme qu'on fait au Preſtre, eſtant deuenuë commune aux iuſtes & aux pecheurs, & ſe faiſant par tous les fideles, auſſi bien pour les pechez veniels que pour les mortels; elle ne ſçauroit deuiner qui ſont ceux, qui ſont vrayment morts dans leur ame, & pour leſquels il faut principalement gemir, & faire vne grande penitence pour appaiſer Dieu, & le leur rendre propice.

2. part. cap. 11, p. 339.

Hæc eſt querela indignantis Arnaldi, quòd Confeſſio pijs perinde ac ſceleratis, communis euaſerit: Neque iam Eccleſia eos qui letho peccati occubuerint, ab alijs internoſſe poſſit. Quo dicto ſignificat Confeſſionem peccatorum venialium ex Traditione non deſcendere: Quippe, Traditio, eſt ſeries quædam iam inde ab Chriſto, & Apoſtolis qui primi ex illa ſtirpe diuina floruerunt, per omnes conſequentium annorum periodos ſine intermiſſione ad nos vſque ducta & propagata. Hoc igitur inſigne Traditionis, in confitendis venialibus noxis nullum agnoſcunt, ſed tum in libro de frequenti Communione, tum in alijs detrahunt. Poſt hunc enim alius quidam extitit ex Literarum San-Cyranianarũ collectione cõpactus, Authori ſuo poſthumus. Huic expurgando, etſi compilatorum deſudauit induſtria, tamen, ſiue quòd Theologi manus omninò deſiderabatur; ſiue etiam iudicium in hac Cauſâ anticipatum afferebatur, hæc

illorum opera & recenſio efficere non potuit, quin malè ſanatorum vlcerum malè obductæ cicatrices remanerent: Hæc in primis, de Confeſſione noxarum venialium ex albo Traditionis eradendâ. Verba cuiuſdam Epiſtolæ de illo argumento ſcriptæ, *Quo* nempe *modo de peccatis venialibus Pænitentia peragenda ſit;* hæc ſunt. *Inter varios modos quibus hæc Pænitentia ſuſcipi poſſit, locum habet Confeſſio notabilem. Quanquam poſtremus ille modus eſt, qui ad delenda peccata venialia, in Eccleſia vſurpatus ſit, cæterique illum omnes Antiquitate præcedant.*

Lettre XCII. Il luy montre la maniere de faire quelque Penitence pour les pechez veniels. Entre les diuers moyens qu'il y a de faire cette Penitence, la Confeſſion tient vn rãg notable, quoy que ce ſoit le dernier moyen qu'on a pratiqué dans l'Egliſe pour effacer les pechez veniels, tous les autres eſtans plus anciens.

Lettres de Saint Cyran. pag. 764.

Enimuerò, vt animi mei ſenſum aperiam, non tam me mouet ſtudium antiquitatis, quod laudabile tamen eſt, huic ritui vendicandæ, quàm terret peſtilens quædam conſecutio doctrinæ ex iiſdem cauſis atque principijs profectæ. Nam illi, omnia quæ ſpectant doctrinam aut Diſciplinam Eccleſiaſticam; in duo membra diuidunt; Traditionem ſcilicet, atque conſuetudinem hominum; Nihil porrò conſuetudini, omnia Traditioni, quæ recta ſunt, adiudicant. Vnde ſequitur morem confitendi peccata venialia, qui non ex illa ſcaturigine Traditionis ortus ſit, eſſe ab Eccleſia deturbandum.

Hoc etiam ex famoſiſſimo Arnaldi Dogmate quod de poteſtate ligandi ac ſoluendi poſuit, facilè conficitur. In eo enim duo ſunt quæ rata eſſe vult. Alterum, quod ſcelus ſit abſoluere; niſi quem antea ligaueris: quia [a] *ſunt*, inquit, *hæ duæ poteſtates indiuulſæ*; Alterum, quòd ligare, hoc loco, nihil quàm excommunicare ſit. Ex quibus ſequi neceſſe eſt, vt quoniam pœnitens ob peccata venialia excommunicari non poſſit, abſolui etiam poteſtate clauium adhibitâ non poſſit.

[a] Sectione 1. huius Cauſæ.

Quare vt hic ſcrupulus ex animis Piorum euellatur.

QVÆSITVM.

Quærimus, *Sanctiſſime Pater*, hócne Dogma tutum ſit, quâ parte ſegregat à Traditione, ac proinde ab inſtitúto Chriſti Confeſſionem Peccatorum Venialium Sacramẽtalem; tum eâ, quâ hanc materiam liberam licèt, ſubtrahit poteſtati Clauium, contra Decreta Concilij Tridentini.

Conc Trident. Seſſ. 14. cap. 5.

SECTIO XV.

COMPLEXIO TOTIVS CAVSÆ.

IN QVA PROPONITVR DOGMATIS Arnaldici articulis membríſque ſuis diſtincti apta Delineatio.

QVOD in Præfatione libri de freque͂ti Communione Scriptor promiſerat, vnicum eſſe ſcopum, in quem conſilia ſua, curas omnes opúſque ſuum collinearet, nempe *in vnicam veritatem Orthodoxam, quæ maximi cuiuſdam momenti ſit*, quam non ſolùm *exhibendam* ſed etiam *ſuſtinendam*, ſibi proponeret. In eo certè fidem ſuam liberauit, niſi quòd *Orthodoxam* eſſe, non probauit. Egóne hanc à *Sanctitate Tua* inibo gratiam; vt vaſtum illud vnius Dogmatis corpus, quod membratim Analytica diſſectione concidimus, liceat mihi modò totum repræſentare, ex iunctura ſuarum partium, & articulorum commiſſionibus abſolutum.

Contextus integer ample & Scriptoris idiomate expreſſus eſt in Cauſâ 1. Sect. 1.

NVMERVS I.

CORPVS ET PARTES DOGMATIS CAPITALIS.

CORPVS Dogmatis eſt Poteſtas, ſeu Miniſterium Clauium ex quatuor Articulorum iunctione ita diſpoſitum, vt hic Ordo pro lege communi ſeruetur.

I. *Confeſſio & petitio Poenitentiæ.*

II. *Impoſitio Poenitentiæ per excommunicationem Poenitentis.*

III. *Effectio Poenitentiæ, quæ ſanat & iuſtificat Poenitentem.*

IV. *Abſolutio, ſeu Reſtitutio in Communionem.*

MEMBRA Dogmatis ſunt Placita tredecim, in hac cauſa à nobis hactenus recenſita.

Hæc placita, diſponuntur ſecundùm ſeriem & numerum quæſitorum, in hac cauſa comprehenſorum.

1. *QVOD antè ligari Pœnitens, hoc eſt, excommunicari debeat, quàm ſoluatur, ſeu abſoluatur.*

2. *QVOD Impoſitio Pœnitentiæ comparanda ſit cum obligatione & ſanatione vulneris; Abſolutio autem cum diſſolutione vulneris iam ſanati.*

3. *QVOD Præcipuum in Tribunali Pœnitentiæ iudicium in Caſtigatione quadam expiatoria & vindicta poſitum ſit quà plectuntur peccata.*

4. *QVOD Confeſſio ex Chriſti inſtituto ad Satisfactionem referatur, vt per eam expurgati Pœnitentes abſoluantur.*

5. *QVOD Confeſſio à Concilio Tridentino dirigatur ad Satisfactionem, tanquam ad finem proximum.*

6. *QVOD conceptæ & ſolennes Contritionis formulæ parum momenti habeant.*

7. *QVOD miraculum ſit in ipſo etiam Ordine gratiæ quando diuina gratia Peccatorem Abſolutioni præſtat idoneum ſine mora ſatisfactionis inter Confeſſionem eius, & Abſolutionem interpoſita.*

8 *QVOD in Pœnitente præter Confeſſionem & teſtationem doloris, requiratur præſtatio operis, tanquam ordinaria præparatio ad munus abſolutionis accipiendum.*

9. *QVOD Eccleſia flocci faciat Conuerſiones quæ in morte fiunt.*

10. *QVOD vis iuſtificandi Ordinaria in Sacramento Pœnitentiæ, ex ſatisfactione procedat.*

11. *QVOD ſicut dolor internus, aliquando pœnas omnes externas ſupplet. Ita Pœnitentiæ exteriores ſupplere defectum doloris interni nonnunquam poſſint.*

12. *QVOD ſatisfactio nullam vim habeat niſi à Sacerdote imponatur.*

13. *QVOD Abſolutio & Communio ſint idem.*

Hæc eſt pictura textilis omnium partium ex quibus primarium libri de frequenti Communione Dogma componitur. Hæ propagines ex vna ſtirpe naſcuntur. Stirps eſt, quia mouit loco duas Pœnitentiæ partes Arnaldus, & ambas muneribus atque officijs com-

mutauit. Nam cùm in hoc Sacramento, principatus Abſolutioni debeatur ad eluendam peccati maculam, Arnaldus hoc illi imperium detraxit, atque in ſatiſfactionis iura tranſtulit. Hæc eſt ſedes, hoc cubile totius Nouitatis. Hoc centrum vnde ducuntur exordia, progreſſiones ſumuntur, in quo extrema clauduntur. Hic denique locus non eſt ſicut membrum quoddam in corpore, ſed tanquam ſanguis per omnes illius partes diffuſus.

NVMERVS II.

ORDO PARTIVM POENITENTIÆ EX DECRETIS CONcilij Tridentini reſtitutus.

I. Contritio, perfecta vel imperfecta.
II. Confeſſio.
III. Abſolutio, ex Lege ordinaria.
IV. Satisfactio.

HVNC Ordinem reſtitutum voco, quoniam Abſolutionem loco ſuo repoſitam habet. Addo ex Concilij Tridentini Decretis; ideo quia hæc acies partium ab illis inſtructa eſt. Et verò quòd hæc partium deſcriptio Tridentina ſit, duobus argumentis demonſtrat vir ornatiſſimus in quadam Diſſertatione quam de hac controuerſia dedit. Primum quidem duxit ex tota & continenti ſerie Seſſionis decimæ quartæ, in qua ſingulæ partes Sacramenti Pœnitentiæ eo Ordine pertractantur, quo obeundæ ſunt. Alterum autem genus probationis ſumpſit ex Iudicio & teſtimonio tum Patrum, tum etiam Theologorum, ſeu qui in illa decima quarta Seſſione ſententiam dixerunt, ſeu qui præſentes illi Seſſioni interfuerunt, ſeu qui ſtatim poſt eam promulgatam; de Pœnitentia ſcripſerunt. Seu denique illius temporis æquales fuerunt. In quibus nemo eſt, qui partes Pœnitentiæ non ea Ordinis ratione & diſtributione collocatas à

Diſſertatio de mente Concilij Tridét.

Tridentina Synodo fuiſſe confirmet, quâ in ſubiecto ſchemate repræſentamus.

Sed actum agere nolo: aliud genus argumenti profero ex intima Concilij Tridentini medulla decerptum cuius hæc ſumma eſt. Quòd ſatisfactio ex Sancitis à Conſeſſu Tridentino, ſit actio hominis Iuſtitiâ & Sanctitate iam donati; vnde primùm colligo, inſcitè vim iuſtificādi Ordinariam in hoc Sacramento, fuiſſe ſatisfactioni ab Arnaldo tributam. Tum euinco, præpoſterum Abſolutioni locum eſſe ab eodem Scriptore deſignatum, qui ad typum propoſiti Ordinis reſtitui debeat.

Itaque ſic tecum pugno, Arnalde, ſi iuſtitiæ iam redditæ, ſuccedere ſatisfactio debet, non eſt profectò vt dicis ad reddendam iuſtitiam & ſanctitatem inſtituta ſatisfactio, atqui hoc polliceor atque recipio me ex placitis Concilij Tridentini probaturum tibi. Et ne longum ſit, in rem præſentem veniamus. Quid ſacra Synodus de ſatisfactionis neceſſitate & vſu nos informet, exploremus. Age, verba referamus ex capite octauo, cui titulus eſt *de Satisfactionis neceſſitate & vſu*. Ita exorditur dicere. *Demum quoad ſatisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à PATRIBVS NOSTRIS Chriſtiano populo fuit, PERPETVO TEMPORE COMMENDATA.* Vides quid ſuſcipiat? nempe *quemadmodū* Antiquæ memoriæ Patres *perpetuâ* temporis & Traditionis ſerie, vim & naturam ſatisfactionis commendatam habuerint. Pergit verò. *Sancta Synodus declarat, falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur.* Hîc quæſo conſiſte. Semen habes totius Doctrinæ, *de neceſſitate & vſu ſatisfactionis* quæ adhibetur in Sacramento Pœnitentiæ, in his verbis incluſum. Cur adhibenda nobis eſt ſatisfactio? quia falſum omninò eſt, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Inquiunt Chriſtiani orbis Magiſtri: ergo ſatisfactionis proprium munus eſt, non culpam ipſam, ſed relictas ex culpa iam amandatâ reliquias pœnarum tollere. Cuiuſnam ergo partis functio eſt, ipſam

ipſam culpæ labem abolere? Quænam eſſet illa Sacramenti pars, antea in eâdem Seſſione ſacer Senatus edixerat, his verbis. *Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illis Miniſtri verbis poſitam eſſe; Ego te abſoluo.* Quænam autem *vis illa* Sacramenti eſſet, poſt paulò ſubiecerat. *Sanè verò res & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, RECONCILIATIO EST CVM DEO.* Iam capis Arnalde, quo modo Reconciliatio cum Deo quæ illa ipſa iuſtificatio eſt, per Abſolutionem ineatur, ſiquidem præcipuam vim huius ſacramenti, Patres in reconciliando Deo ponunt, & eandem vim quæ eſt Princeps & primaria, Abſolutioni adſcribunt, Sequere iam totius decreti veſtigia clariſſimis luminibus diſtincta & notata. *Cum igitur falſum omninò ſit, & à verbo Dei alienum,* culpam(quæ per Abſolutionem conciliatricem diuinæ gratiæ & iuſtitiæ deletur) *à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur.* Hoc eſt, quin adhuc quædam temporalium & fluxarum pœnarum nomina Deo diſſoluenda reſtent. Hinc *neceſſitas & vſus* oritur ſatisfactionis. Ex quibus conficitur quòd accedat gratiæ iam reconciliatæ ſatisfactio, vt quod eſt minutioris æris ex grandiori relictum, expediat. Eâdē ſeſſ. c. 3

Eodem capite.

At fortè hæc adhuc nimis obſcura tibi ſunt quamuis omnium mentes ſuo ſplendore perſtringant. Vis igitur aliquem locum exhiberi, qui nulla animi ſuſcepta grauiori cogitatione in oculos ſtatim totus incurrat? Recita mecum *Caput de lapſis & eorũ reparatione* in ſeſſione ſexta perſcriptum. *Qui verò ab acceptâ iuſtificationis gratiâ per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum, excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Chriſti, amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus eſt lapſis reparatio, quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, ſancti Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro ijs, qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur Chriſtus Ieſus Sacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit, Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Perge porrò, videamus quo ritu, & quo ordine partium confici debeat. *Vnde docendum eſt Chriſtiani hominis Pœnitentiam poſt*

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14.

lapſum, multo aliam eſſe à baptiſmali, eáque contineri non modò ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum, verùm etiam eorumdem SACRAMENTALEM CONFESSIONEM ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & SACERDOTALEM ABSOLVTIONEM, itémque SATISFACTIONEM per ieiunia eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia; NON QVIDEM PRO POENA ÆTERNA, quæ vel Sacramento, vel ſacramentali voto, vnà cum culpa remittitur; ſed pro pœna temporali, quæ vt ſacræ Literæ docent, non tota ſemper, vt in Baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperunt, ingrati ſpiritum ſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti.

Iámne vides, iámne ſentis Arnalde, iámne in omnes ſenſus tuos Tridentini Decreti intrat authoritas.? Quo iubeat Ordine Pœnitentiam celebrari? Vt primùm Contritio & Confeſſio, deinde Abſolutio Sacerdotis, tum denique ſatisfactio obeatur. Quid muneris gerat ſatisfactio? non vt culpam abluat, ſed vt culpæ iam per abſolutionem abolitæ ſuccedat, extemporalium mulctarum quæ reſtant, expiatrix.

Hic tandem de ſenſu tuo aliquid remitte? Da manus veritati, Arnalde? ſi non duceris cupiditate *contradicendi* vt cum Diuo Auguſtino loquar, *quâ tument omnes qui veritate Dei vinci nolunt, & ſuâ peruerſitate vincuntur.* Reſtitue locum, reſtitue munus Abſolutioni? non eſt ambitioſa ſatisfactio, dicam quoque; non eſt idonea muneri ſuo, niſi poſt adeptam gratiæ diuinæ reconciliationem.

D Auguſt de vnit. Eccl. c. 21.

Ad animum quæſo tuum reuoca, quàm multa præfidenter in hoc negotio ſcripſeris. Duo tantùm tibi in præſentia refricabo. Vbi erat honeſtas tua, cùm ita ſcriberes? *Sancti Patres explanatè docent, VT IVS HABEAMVS EXPECTANDÆ A SACERDOTIBVS REMISSIONIS PECCATORVM, OPORTERE priùs Satisfactionem à nobis conuenientem & grauitati pœnarum reſpondentem explere.* Et alio loco [d] *Hoc tibi formaliter affirmo PATRES OMNES CREDIDISSE, QVOD GENERALITER PRO OMNIBVS PECCATIS MORTALIBVS NECESSE EST POENITENTIAM EXEQVI.*

[d] *Conſulatur Sectio 2. Cauſæ quintæ, in qua vterque ille contextus inſeritur.*

ANTE COMMVNIONEM. Tibíne ergo Patres Tridentini, nulli Patres ſunt? Nulli Iudices? Nulli Authores & Teſtes? An non æquius eſt vt tu nobis pro nullo habearis. Et hoc primum.

Ad alterum venio. Quis erat animus tibi, cùm in libro tuo; quaſi conſiliorum atque decretorum diuinorum conſcius & interpres ad populum eſſes, hoc ſignificaſti. [e] *Statuiſſe Deum pro ſapientiæ ſuæ regulis, vt ſatisfactio interponatur inter Recognitionem Criminis & Abſolutionem Sacerdotis. Sicut Natura duce, & Experientiâ docemur in Rebus Ciuilibus offenſiones reconciliari non ſolere, niſi præmiſſa repræſentatione iniuriarum rebus aut perſonis factarum.* Noui intelligentiam tuam; his verbis, Praxim hodiernam accuſas violati Iuris diuini, naturalis, humani. Siue, vt alijs verbis non vtar quàm tuis. Contrariam eſſe *Statuto Dei*, *Naturæ*, *Experientiæ*. Quæ criminatio eſt ſanè, & grauis & acerba, iniuſta tamen. Non labefactat diuinæ mentis & Sapientiæ regulas, Praxis quam diuinæ Conciliorum leges comprobant; & quam Deus ipſe in Dauide ad pœnitentiam traducendo præmonſtrauit, cui, vix crimen confeſſo, crimen remiſit, at pœnam non prorſus omnem; ſed quæ ſuper erat eam perpurgato luendam reliquit.

[e] *Tota verba Idiomate vernaculo inſcripta ſunt in* Causa ſextâ.

Etenim ſi vacuum à contentionibus animum diuinæ ſapientiæ traderes, Arnalde, flueret ex illâ, radius quidam puriſſimus, qui mentem tuam luce ſua perfunderet. Atque rationes eas oſtenderet, quibus factum eſt à Sacramentorum opifice Deo, vt ſatisfactio poſt recuperatam animæ vitam atque ſanctitatem perageretur. Satisfactio ſub genere meriti continetur. Itaque vt huic merito ſua dignitas & perfectio conſtaret, debuit eſſe actio quædam hominis iuſti; affirmat enim Diuus Thomas, & cum eo Theologiæ conſulti; vim meriti, quod ſimpliciter & propriè vſurpatur, atque præſtantiam, *ab inhabitantis ſpiritus ſancti gratiâ procedere, mouentis nos in vitam æternam, ſecundùm illud Ioannis* 4. *fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Non repugnat igitur *diuinæ ſapientiæ regulis* hæc inſtitutio vt potiùs eximiè quadret.

D. Thom. 1. 2. q. 114. *a.* 3.

Nam ſi voluit Deus promerendi facultatem antè

largiri voluit vt ex ea, meritum ſequeretur vberius: ſi voluit, vt ſatisfactio non eſſet opus quoddam hominis emortui & adhuc diabolo mancipati, ſed reconciliati, & in amicum filiúmque adoptati; nihil eſt ibi, non prouidè, non ſapienter, non in optimo opportuniſſimóque iure conſtitutum. Ita fit enim vt ſatisfaciendi actio, vitâ vitali prædita, duplicem fructum pœnitenti ferat. Alterũ, quem ex diuinæ gratiæ in animo inſidentis radice & quaſi genitali ſucco trahat; alterum, ex ipſius operis in Sacramentum aſſumpti & à Deo nobilitati inſtitutione procreatum.

Neque verò feliciùs *Naturam Ducem & experientiam* inuocas. Primùm enim, contra decreta tua facis, Arnalde, [b] qui nullum rationi aut conſuetudini humanæ ad res diuinas aditum patere voluiſti? Defenſionem tuam accipio tamen. Quis naturæ noſtræ intelligentior quàm illius redemptor Chriſtus? Quid ille nobis indicat in Parabola Creditoris auari & barbari, qui conſeruum ſuum tenebat in vinculis, donec ad denarium ſolueret? Illiúſne factum approbauit, & ſecundùm naturam eſſe dixit? aut potiùs inhumanæ indolis, & importunitatis arguit?

b *Et ne ſuiure ny le raiſonnement, ny la couſtume des hommes dans les choſes de l'Egliſe, &c.* Totus cótexus extat in Cauſa 2. Sect. 1. exaratus.

Denique quòd ad vſum & experientiam rerum forenſium me prouocas; miror ſanè. Si de familia erciſcũda, ſi de communi diuidundo, vel ſi finium regundorum actio tractaretur; prouocatus, ex iuris ſcientia reſponderem. Nunc etiam dico, quòd ea quæ ſeruatur Iudiciorum conſuetudo in ſolutione rerum debitarum, nobis non aduerſatur. Nam ſæpe fit vt vel promiſſione, vel cautione iuratoriâ, vel ſatiſdato creditor contentus eſſe iubeatur; neque opus ſit numerato. Quare iam ſatis obſeruas, cùm datur Abſolutio in foro diuino, ſatisfactione nondum præbitâ; ſed fide pœnitentis & pollicitatione, ac veluti ſatisdatione lacrymarum acceptâ, per eam, neque violari *Statutum Dei*, neque *naturam Ducem*, neque *experientiam rerum Ciuilium* labefactari.

Ex ijs quæ de Concilij Tridentini ſententia poſuimus, *Sanctiſſime Pater*, difficile non eſt ſubuertere operoſam illam variorum placitorum ſtructuram & mo-

lem quam ex hoc vno Arnaldi dogmate excitatam vidimus; nam vt malè materiatum fuerit fundamentum, ita neceſſe eſt quidquid illi impoſuerit, vitium faciat. Quare reſtitutâ in locum & imperium ſuum Abſolutione, poſtremíſque partibus ſatisfactioni, vt Patres Tridentini præſcribunt, contributis; tredecim illa commenta ſubtiliter & artificioſè ex primario Dogmate intexta concidunt, & tanquam vmbræ & ſomnia quædam euaneſcunt. Itaque ad illorum refutationem, præter ea quæ diximus, nihil addemus.

NVMERVS III.

REGVLA QVÆDAM SACRORVM CANONVM INTERpretandorum ponitur, à quâ Scriptor Libri de frequenti Communione deerrauit.

DIVELLI à Diui Auguſtini regulis non poſſum, *Sanctiſſime Pater*, ijs præſertim quas tradit ad rerum diuinarum ſtudioſos in Doctrina & Diſciplina Eccleſiaſtica informandos. His enim duobus omnis res Chriſtiana continetur, Doctrinâ & Diſciplinâ. Alteram quidem ab illo viro poſitam de Diſciplinis & Ritibus religioſiſſimè tenendis præceptionem iam ſuprà denotauimus, quæ hæc fuit. Vt morem in tractandis ſacris eum arbitraremur eſſe optimum, qui ab Eccleſia Catholica ſeruatur, eámq; pro Catholica habeamus, quæ Romanæ tanquam Capiti firmiter cohæret. Nunc alterum de Doctrinæ tuenda ſanitate ex eodem Duce & Præceptore documentum iſtud eſt. Quòd priorum temporum Concilia explicari per poſteriora, & ea quæ non ſunt Oecumenica, ab Oecumenicis lucem accipere debeant. Sic ille contra Donatiſtas. *Quis autem neſciat & ipſa Concilia quæ per ſingulas Regiones vel Prouincias fiunt, Plenariorum Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano ſine vllis ambagibus cedere? ipſáque Plenaria ſæpe priora poſterioribus emendari?* Dixit (emendari) quod fieri poſſit vt aliquid deſit Concilijs ex toto Orbe collectis, quominùs

D. Auguſt lib. 2. de Bap. cont. Donatiſt. cap. 3.

Oecumenica ſint, vt quibuſdam deeſſe ſcimus, quæ ſupremi Capitis aſſenſu atque approbatione caruerunt.

Nemo eſt qui non videat quàm hoc præceptum in optimo quodam æquitatis iure fundetur. Etenim vt ex malis moribus bonæ leges, ſic ex prauis opinionibus ſanctiſſimi Canones exiſtunt. Hæreſes quæ ſubinde naſcuntur & pullulant, Eccleſiæ ſunt emolumento, inquit idem D. Auguſtinus, *Improbatio quippe hæreticorum facit eminere quid Eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina.* Cuius rei familiare exemplum de ſeipſo, & de Alipio ſuppeditat. Nam cùm vterque in eàdem hæreret lacuna, num Diuinitas in Chriſto pro mente eſſet? Vtrumque pariter Apollinaris error damnatus, & Photini proſcripta falſitas, in Orthodoxa fide ſtatuit.

D. Auguſt. lib. 8. Confeſſ. c. 19.

Iam verò cùm omnium Conciliorum, quæ legitimè congregantur, magnum ſit nomen, magna amplitudo & maieſtas, tum ad ea maximè nos vocat Diuus Auguſtinus, quæ noſtris temporibus citima ſunt; quando de rebus iiſdem, atque priora, pertractarunt: vſque adeò perſuaſum erat illi celſiſſimo viro ſpiritum Eccleſiæ non extingui, neque diuturnitate temporum obſoleſcere. Vt potiùs ex illa errorum veluti nocturna viciſſitudine, quæ intercurrit; purior atque nitidior ſemper affulgeat. Certum eſt autem inter Patres publicis Eccleſiæ comitijs congregatos nullo vnquam tempore magis accuratè & definitè conſultum atque deliberatum eſſe de materia, officio, fine, & forma Sacramentorum, quàm in Florentino & Tridentino, ſed in Tridentino præſertim ob coortam ſub hæc tempora tumultuantium Sacramentariorum factionem. Quam ob cauſam in Procemio ſeſſionis ſeptimæ quæ *de Sacramentis in genere* ſuſcepta eſt, hoc inſcriptum legimus. *Sacro Sancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreſes, quæ circa ſanctiſſima ipſa Sacramenta hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de nouo adinuētæ ſunt,*

quæ Catholicæ Eccleſiæ puritati & animarum ſaluti magnopere officiunt, ſanctarum Scripturarum doctrinæ, Apoſtolicis Traditionibus, atque aliorum Conciliorum & Patrum conſenſui inhærendo, hos præſentes Canones ſtatuendos & decernendos cenſuit; reliquos qui ſuperſunt ad cœpti operis perfectionem, deinceps, diuino ſpiritu adiuuante, editura. At ſingillatim in exordio Seſſionis decimæ quartæ, quæ de Pœnitentiæ Sacramento ferè tota inſtituitur, hanc ſtudij ſui curam ſolicitudinémque ſummam declarant. *Quamuis*, inquiunt, *in decreto de ſatisfactione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorũ cognationem, neceſſaria quadam ratione ſermo interpoſitus: tanta nihilominus circa illud noſtrâ ætate diuerſorum errorum eſt multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem & pleniorem definitionem tradidiſſe, in qua DEMONSTRATIS & CONVVLSIS, ſpiritus ſancti præſidio vniuerſis erroribus, Catholica veritas PERSPICVA ET ILLVSTRIS fieret; quam nunc ſancta hæc Synodus Chriſtianis omnibus perpetuò ſeruandam proponit.*

Habemus igitur in negotio Pœnitentiæ, id quod D. Auguſtinus in controuerſo iure Dogmatum Eccleſiaſticorum tantopere expetebat; Concilium ætati noſtræ finitimum, in quo ſenſa & dicta ſuperioris memoriæ Patrum & Conciliorum elucidentur, atque *perſpicua & illuſtria* reddantur. Inde factum eſt, vt qui poſt Acta Sacro-Sanctæ Synodi edita, Theologi in ſacram ſcholam influxerunt; Omnes ex hac puriſſima luce Decretorum, Praxim hauſerint Pœnitentiæ quæ nũc vſu recepta eſt, atque ſatisfactioni locum nouiſſimum reliquerint. Legebant enim, *lapſorum reparationem* hoc ordine progreſſúque in Sacramento Pœnitentiæ perfici. Contritione, Confeſſione Sacramentali, Sacerdotali Abſolutione, *itémque ſatisfactione, non quidem pro pœnâ æternâ, ſed pro pœnâ temporali.* Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 14.

At huius Regulæ, non ſolùm deſertor, ſed etiam euerſor Arnaldus, ad remotiſſima ſæcula transuolauit, atque ex vltima Patrum memoria vetuſtiſſimos Canones excitauit ad intelligentiam & claritatem poſtremis afferendam, contrà ac deceat, & quàm fieri debeat, ſi Auguſtinum audimus. Ergo ille quid agat? poſtquàm hæc conuerſa fecit omnia. Ante ſexcentos

annos cernere ſe puram & ſplendidam Pœnitentiæ ſpeciem profitetur, nunc autem obſcuram & ſqualli- dam, & nullis prope veſtigijs ſpectabilem. Cúmque Tridentinus Patrum Senatus in eo ſe operam & au- thoritatem ſuam poſiturum eſſe polliceatur, vt quan- tum ei diuinus ſpiritus, qui comitiorum iſtorum Princeps & moderator eſt, aſpirabit, de Sacramento Pœnitentiæ ſtatuat, *quid ſacræ Scripturæ, quid Apoſtoli- cæ Traditiones, quid aliorum Conciliorum & Patrum conſen- ſus ferant.* Neque ſemel tantùm, ſed iterum, & *exa- ctiori ac pleniori*, vt loquitur, *definitione* ſingulas Pœni- tentiæ partes, actiones, officia perſequatur, vt *demon- ſtratis & conuulſis erroribus vniuerſis Catholica veritas & per- ſpicua & illuſtris fiat.* Arnaldus tamen, in hoc meridie lucem quærit. Atque in decretis tam claris támque ratis, [c] *vias tantùm quaſdam* & rimas ad veritatem videt apertas. In tam diſerta verò, támque copioſa Sacra- menti pertractatione, nihil præter correptam & inter- ciſam & [d] *abbreuiatam Concilij linguam, quæ ſententias includat ſub litera non tam perſpicuas, & aures audiendi poſtu- let*, agnoſcit. O contemptorem non modò Auguſti- niani documenti, ſed etiam Tridentini Conſeſſus, & ſanctiſſimarum illius legum prope dicam deriſorem! ille, nos ad metam collocat; tu, nos ad carceres re- uocas? Ille, compendium tradit immenſi temporis & laboris & negotij inextricabilis; tu, quaſi operam perdidiſſet, totum opus retexis? Tu denique Cauſam ab illo iudicatam, ad Iudicij tui limam refers?

c Diffusè, in cauſa 7. ſect. 1. tota verba retulimus.

d. Ibidem.

Hanc igitur rationem in toto libro de frequenti Communione ſecutus eſt Arnaldus ſanè difficilem atque æſtuoſam. Quis enim neſciat quàm multis dif- ficultatibus interceptum ſit iter antiquitatis, & quàm ſalebroſæ ſint vetuſtiſſimorum Annalium membranæ. Nos è diuerſo viam pergimus à Diuo Aurelio Au- guſtino conſtratam; Antiquitatis canitiem venera- mur, eius ſcripta monimenta perſcrutamur, & ſedu- lò peruoluimus, atque etiam ſi gloriæ pretium nobis eſſet, in illis inueniremus quod orbem Chriſtianum commoueret. At illos nimium elatos, nimiúmque ſui iuris cupidos in arbitrando ſpiritus, ſub iugum huius Augu-

Auguſtinianæ regulæ comprimimus. Omnem illam Antiquæ Pœnitentiæ formam ſingulis propè ſæculis variam atque multiplicem, ad eam rationem & normam reducimus, quam Oecumenicum, quod proximè à nobis diſtat Concilium, ſuis decretis clariſſimis luculentiſſimiſque conſignauit. Quis ergo noſtrûm peccat, *Sanctiſſime Pater*? Egóne qui hanc ſemitã curro; an Arnaldus, qui aduerſis veſtigijs inſiſtit?

Quínam ſunt, qui Pœnitentiæ Diſciplinam rectiùs adminiſtrant? Illíne qui omnem Pœnitentiæ modum vnâ Euchariſtiæ abſtinentiâ determinant. An illi qui regulam à Tridentinis Patribus traditam obſeruant de ſatisfactionibus tum [a] *pro qualitate criminum*, tum etiam *pro Pœnitentium facultate iniungendis*; qui quidem peccata publica ſolenni & Publicâ Pœnitentiâ vindicant, [b] vbi gentium poſſunt, [c] hoc eſt, vbi prima Chriſtianæ Religionis ſemina iaciunt; vbi verò non Poſſunt, lugent non vindicari, & quotidianis ſacrificijs expiare conantur.

a Conci. Trid. ſeſſ. 14. c. 8.

b *Epiſcoporum munus eſt, pro publicis criminibus Pœnitentias publicas imponere.* Ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8.

c *Relationes Canadenſes.*

VNDECIMA CAVSA COMMOTIONIS.

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE Concilium Lateranenſe Diuúmque Paulum in ſuas partes trahere tentauerit.

RECVPERATA Concilij Tridentini authoritas, in eam cauſam nos inducit, *Sanctiſſime Pater*, vt ereptam Concilio Lateranenſi, nec non & Diuo Paulo, Doctrinæ cum noſtra ſummam conſenſionem, ijſdémque artibus profligatam reſtitui in integrum poſtulemus.

SECTIO I.

EXPOSTVLATIO PRIMA, QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREquenti Communione Canonem Concilij Lateranenſis in ſuam ſententiam ſit interpretatus.

EN Canon, quo Dogma ſuum tueri ſe poſſe Arnaldus putat. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteri fideliter ſaltem ſemel in anno, proprio Sacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de Conſilio proprij Sacerdotis, ob aliquam rationalem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtianâ careat ſepulturâ.*

Concil. Later. c. 21. An. D. 1215.

Ex hac Editione Canonis mirum in modum con-

firmari ſuam doctrinam Scriptor contendit, quatenus (inquit) ius datur ſacerdoti ad remittendum Communionem Paſchalem pœnitenti, ſi cùm reus eſſet alicuius noxæ mortalis, ad hoc vſque tempus Confeſſionem extraxiſſet; Quapropter affirmat, Eo canone *Egregiè cautum fuiſſe ne Confeſſio tempore Paſchali determinaretur, quia vigebat illius ætate vſus Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vt quicunque noxæ lethalis ſibi conſcij eſſent, confiteri initio quadrageſimæ tenerentur, vt haberent hos minimùm quadraginta dies fletibus, Ieiunijs & macerationibus corporis deſtinatos ad præparandum ſe Communioni; in quo quaſi conſtitit extrema relaxationis meta ad quam vſque Eccleſia progreſſa eſt: cùm hoc inuentum denique excogitauit AD OBSTRINGENDOS FIDELES vt non eant ad Communionem niſi quibuſdam pœnitentiæ officijs priùs exercitati, ET AD OBSERVANDAM VEL HOC PACTO PRÆSCRIPTIONEM OMNIVM CANONVM, dum illo temporis interuallo pœnitentes ab altari præciſos teneret.*

CAVSA expoſtulandi nobis eſt, *Sanctiſſime Pater*, quòd in hoc Arnaldi ſermone multa fabulis, multa etiam falſis in Eccleſiæ ſanctitatem confictiſque criminibus aſperſa ſunt, primùm enim, quòd diſciplinam Pœnitentiæ qualem deſcripſit, temporibus illis ſeruatam fuiſſe aſſeuerat: id neque ex illo canone, quem fortè hanc ob cauſam citauit tantùm, non recitauit, neque ex vllo alio eiuſdem Concilij Decreto vel leuiſſimâ coniecturâ aſſequi poteſt. Aliorum verò Sanctiones extra rem prorſus adhibet. Loquuntur enim de Diſciplina externa ſuorum temporum.

Quod autem ſecundo loco addit, conſenſiſſe Concilium vt *Relaxatio pœnitẽtiæ* ad citimũ diſſolutionis terminum perueniret, conſtituto intra quadrageſimam, ſpatio pœnitentiæ, non ſolùm fabuloſum eſt ſi de pœnitentia ſacramentali, vt aſſumit Arnaldus, vſurpetur; ſed etiam iniurioſum & infandum. Tertiò, quod adijcit à Concilio Lateranenſi *obſtrictos fuiſſe fideles, vt vel hoc pacto obſeruarent præſcriptionem omnium Canonum*, ſignificat Eccleſiam hodie in luctuoſo & deplorando ſtatu Diſciplinæ penitus diſſolutæ & diſſipatæ verſari, quippe quæ prætervecta metas *vltimæ relaxationis*, ne illud

Comme donc il eſt clair par ces paroles que le Concile de Latran, en ordonnant à tous les fideles de communier tous les ans à Paſques, n'a fait que ſuiure l'vſage, que la foibleſſe des Chreſtiens auoit deſia introduit, ainſi voulant faire la meſme choſe pour ce qui regarde la Confeſſion, IL N'AVOIT GARDE DE LA DETERMINER AV TEMPS DE PASQVES, puiſque du tẽps de ce Concile; l'ordre de l'Egliſe eſtoit, que tous ceux qui ſe ſentoient coupables de pechez mortels, ſe doiuent confeſſer au commencement du Careſme, afin d'auoir pour le moins ces quarante iours de pleurs, de ieuſnes, & de mortification pour ſe preparer à la Communion de Paſques. CE QVE L'ON PEVT DIRE AVOIR ESTE' LE DERNIER RELASCHEMENT QVE L'EGLISE A FAIT, ayant à la fin trouué cette inuention pour obliger les pecheurs à n'aller pas à la Communion ſans auoir auparauant pratiqué quelques exercices de la Penitence, & pour obſeruer au moins en cette maniere LE REGLEMENT DE TOVS LES CANONS, en tenant les Pecheurs durant ce temps là ſeparez de l'Autel.

2. par. cap. 20. p. 465.

quidem extremum mali remedium (quod *INVENTI* nomine notat Arnaldus, vt Traditioni opponat) tenuerit ad ſeruandum aliquod veſtigium Pœnitentiæ *per omnes Conciliorum canones præſcripta.* Annon oportet cor ei obriguiſſe, quem talia non percellant dicta, *Sanctiſſime Pater*, quibus in tantum ſe ſuúmque opus Scriptor ille extulit, vt quaſi iactis in ſuam Piiſſimam Matrem tot maledictis ſatiari non poſſet, niſi apertè eidem conuiciaretur, in hac Luce Galliæ, & quod triſtius eſt, in oculis Heterodoxorum quibus vndique cingimur & obſeruamur, ad hunc locum non obſcurè alludens, hanc funeſtiſſimam næniam addiderit. *Quandoquidem nunc dierum videmus, quod Cæcitate ſtupenda vſque adeò de Diſciplina Apoſtolorum & Ieſu-Chriſti relaxatum eſt, vt quoddam operæ pretium in eorum veſtigijs delendis poſitum eſſe videatur, non poſſumus ſatis iuſta gratiâ compenſare eorum merita, qui verbo & ſcriptis eam in vſum reuocare deſudant, & id efficere, vt apud nos primorum Chriſtianorum zelus reuiuiſcat.*

Que nous voyons en nos iours que par vn aueuglement épouuentable, on s'eſt ſi fort relaſché de la diſcipline des Apoſtres, & de Ieſus-Chriſt, qu'il ſemble qu'on ait pris à taſche d'en effacer les veſtiges, &c.
Aduertiſſement, pag 40.

Auguſt. l. 6. in Iulian. cap. 5.

Vrget enimuerò, me Communis & optimæ Parentis charitas, animúmque meum Dignus Auguſtino vindice ſenſus occupat, & cogit in hæc eius verba erumpere. *Fruſtra te intorques argumentationibus vanis, non aduersùs me, ſed aduersùs Communem Matrem Spiritalem, quæ non te aliter peperit, quàm ſicut iam non vis vt pariat; Contra cuius viſcera ſatis acutis telis tibi videris armatus; de Iuſtitia Dei contra Iuſtitiam Dei. De gratia Dei contra gratiam Dei colligens argumenta.*

QVAESITVM 1.

Interim expoſcimus, *Sanctiſſime Pater*, vt ſtatuatur de hac grauiſſima quæſtione, quam mouet Arnaldus; an per Canonem Concilij Lateranenſis Ius detur Sacerdoti, ad remittendam Communionem Pœnitenti, extra tempus Paſchale, eo tantùm nomine, quia tunc reus alicuius noxæ mortalis inuenitur. Quærimus iterum.

QVAESITVM 2.

An hæc propoſitio vera ſit. Quòd vltima Relaxationis meta, ad quam vſque progreſſa eſt Eccleſia, in eo conſiſtat, vt quicumque lethalis maculæ ſibi conſcij eſſent, confiteri initio quadrageſimæ, minimùm tenerentur?

Dici non poteſt, quàm iſta duo pronuntiata dirè

vexent Conſcientias & Iudicium qui in foro Dei Sedent, & Reorum qui de confeſſis criminibus veniam petunt.

SECTIO II.

EXPOSTVLATIO SECVNDA,

QVOD SCRIPTOR LIBRI DE FREquenti Communione Diuum Paulum ad ſuam ſententiam adiungere conatus ſit.

DE Diuo Paulo ſic Arnaldus cenſet, *Beatiſſime Pater*, Probationem quam poſtulat ab ijs qui in peccatum mortale ćeciderunt, ad dignè communicandum Corpori Chriſti, hanc eſſe, vt ſatisfactionem à Sacerdote impoſitam obeāt, priuſquam ſe ad ſacram menſam ſiſtant. Itaque primùm affirmat id genus probationis neque in Confeſſione criminum, neque in carendo criminibus conſiſtere. Sic enim loquitur. *Quaſi verò præparatio omnis quæ ab Apoſtolo quæritur ad manducandum corpus Domini ſolâ confeſſione clauderetur?* tum addit. *Quare manifeſtum eſt, propoſitum Apoſtoli primarium non eſſe, vt ſimus extra ſtatum peccati mortalis, cùm communicamus.* *L. freq. Com. 2. part. ch. 2. p. 222. & 223.*

Quidnam porrò illud ſit, quod tantopere ab illo Apoſtolo deſideratur præter Confeſſionem & vacuitatem peccati, declarat his verbis, quæ ex Diuo Auguſtino de publicè pœnitentibus ſermonem faciente deprompſit. *Hoc eſt enim indignè accipere, ſi eo tempore accipiat, quo debet agere Pœnitentiam.* Sed longè clariùs capite decimo tertio, temporis illius & probationis rationem neceſſitatémque apponit, eámque quaſi ex Sanctorum Patrum eloquijs expreſſam haberet, quod illi familiare eſt, quoties aliquid ſuſpecti Dogmatis ingerit, fulcire eorum nomine & authoritate nititur. *Hocce modo*, inquit, *Sanctiſſimi Epiſcopi & Apoſtolorum ſucceſſores Digniſſimi, eorum documentis & regulis gnariſſimè inſtructi, exiſtimarunt eos omnes, qui crimina admiſiſſent, debuiſſe ad Sacram Euchariſtiam præparatos accedere, elaborando ſcilicet* *Ibid. pag. 227.*

C'eſt en cette ſorte que ces Sainčts Eueſques, & dignes ſucceſſeurs des Apoſtres, ſi bien inſtruičts de leurs maximes, & de leurs

regles, ont creũ que tous ceux qui auoient commis des crimes ſe deuoiët preparer à l'Euchariſtie, en s'efforçant de les expier auparauãt par vne ſatisfaction raiſonnable. C'EST L'ESPREVVE QV'ILS ONT ESTIME QVE L'APOSTRE DEMANDOIT D'EVX POVRNE POINT MANGER CE PAIN A LEVR CONDAMNATION.

2. par. cap. 13. p. 380.

Nomine criminis intelligendum eſſe quodlibet genus peccati mortalis, docet 2 part. cap. 4. pag. 251. & cap. 9. pag. 309.

ea prius expiare ſatisfactione congruenti. HANCQVE ESSE PROBATIONEM, quàm de ipſis Apoſtolum exigere crederent, ne hunc Cœleſtem panem cum iudicio condemnationis ederent.

Cauſa expoſtulationis noſtræ eſt. Quod ſentimus quidem homini in peccatum mortale prolapſo non eſſe ſatis ad applicandum ſe corpori Chriſti, quod in gratiam cum Deo redierit, ſed opus eſſe Pœnitentiæ Sacramẽto quo probetur omninò ſtatuimus. At Confeſſione probari quãtùm ſatis eſt; ad ĩtellectũ D. Pauli, neque verò neceſſe eſſe vt ante Cõmunionem expleatur ſatisfactio defendimus. Argumentum ex Tridentino ducimus; non aliter id genus probationis à D. Paulo mandatum interpretante. Huius enim verba ſunt in ſeſſione decima tertia; capite octauo. *Quare Communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum, Probet ſeipſum Homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat;* In hoc ſanè Decreto, ſola Confeſſio vices Probationis habet, vt ipſa verba declarant. Quin etiam vt intelligamus ſtatim à Cõfeſſione, non interpoſitâ ſuſpenſione Euchariſticâ aut ſatisfactione præberi, addit hanc clauſulam; *Quòd ſi neceſſitate vrgente Sacerdos abſque præuia Confeſſione celebrauerit, quàm primùm confiteatur.*

Quapropter cùm hanc eſſe *Eccleſiaſticam conſuetudinem*, Id eſt, vt opinor, Traditionem; in hoc *Probationis* præcepto de expiatione peccatorum quæ per Confeſſionem ſacramentalem fiat, non autem de ſatisfactione ipſa, interpretando, auguſtiſſimus Patrum Tridentinorum conſeſſus decernat: meritò quærere à *Sanctitate Tua* nobis videmur, an non ſatius ſit, *huiuſce Probationis* regulam ex hoc Diuini Spiritus oraculo quàm ex Arnaldi vario atque opinabili iudicio repetere?

QVAESITVM

DVODECIMA CAVSA COMMOTIONIS.

QVINAM AVTHORES ANTE SCRIPTOREM LIBRI DE FREquenti Communione hoc illius primarium Dogma docuerint.

NIHIL vt, *Analyſis*, eorum prætermittat, quæ ſuſceptum munus in enucleando libri de frequenti Communione primario Dogmate poſtulat; duo reſtant, illi perfungenda. Primum, quinam extiterint ante Arnaldum huius Doctrinæ Parentes & Patroni. Secundum, quid præſertim cauſæ fuerit, cur Arnadus hanc exoleti Dogmatis memoriam renouaret. Hæc enim duo capita cùm acceſſerint ad priora. Tum habebimus intima & extima Dogmatis, ad quod vnum, ſe retuliſſe omnia ipſe profeſſus eſt: atque adeò huic noſtro labori, & Analyticæ inſtitutioni erit plenè atque cumulatè ſatisfactum.

SECTIO I.

DOGMATIS ILLIVS CVM MARCO ANTONIO DE DOMInis, & cum ipſo Luthero conſpiratio.

QVOD vir ille Patritius & Conſularis de Sacerdote qui aurum in ſepulchris rimabatur expoſtulat, eum ſcilicet *Effoſſis cineribus funeſtas diuitias inter hominum cadauera, perſcrutatum, Concuſſionémque mortuis intuliſſe, quem oportet viuentibus quietem prædicare.* Caſſiodor l. 4. 19.

Vereor, *Sanctiſſime Pater*, ne in Authorem libri de frequenti Cõmunione conferri poſſit, qui totam ex Marco Antonio de Dominis, Archiepiſcopo Spalatenſi Schiſmatico, ſui Dogmatis artificioſam elaborationem eſt mutuatus.

Quod ſanè plagium manifeſtius eſt, quàm vt inficiari quiſquam poſſit. Sicut enim Ianſenius nunquam efficiet quin credatur ſuam Doctrinam à Baio ſuffuratus, neque Baius [a] obtinebit vnquam vt à Luthero & Caluino ſuam non traxiſſe videatur; ita profectò San-Cyranus, ſeu Arnaldus, ſeu quiſquis alius Scriptor eſt libri de frequenti Communione, nunquam perſuadebit Viris cordatiſſimis, quin quidquid eſt in eo libro Nouitatis infuſum, ex Marci Antonij cœnoſo gurgite hauſtum atque arreptum eſſe exiſtiment. Sic enim Schiſmaticus ille libro quinto de Republica Chriſtiana pronunciat. *Præcipua Poteſtas Clauium eſt ligare. Ligamen autem illud conſiſtit ſemper in Excommunicatione & impoſitione operum pœnalium, &c. Iniunguntur Pœnitentiæ ab Eccleſia peccatoribus, vt inde poſſit ligatos ritè & legitimè ſoluere*, &c. *Pœnitentia externa Eccleſiaſtica in qua peccator pœnitentiali ſubſtat Excommunicationi, eò ſeruit Eccleſiæ, vt illa pœnitentiæ internæ per externos fructus notitiam colligat, ex quibus agnoſcat illa, quando rectè & legitimè ſoluendus ſit Pœnitens, quem ante cognitam ipſius pœnitentiam in ſuo peccato ligauit.* Denique numero 81. *In hac profectò pœnitentia Eccleſiaſtica, plus Eccleſia vtitur Clauibus ad ligandum, quàm ad ſoluendum, ad hoc enim potiſſimum datæ ſunt, & primariò, ad quam reducitur Peccator per Eccleſiam, dum per Claues ligatur, & pœnitentiali excommunicationi ſubijcitur.*

Quis hæc cùm audit, non videatur ſibi medullam libri de frequenti Communione intimam perbibere? quæ prorſus ijſdem Aſſertionibus, & propè vocibus continetur. [b] *Quòd is ordo ſit agendæ pœnitentiæ de noxis quibuſcumque mortalibus ex Patrum doctrinâ repetitus, vt primo loco, ſtatuatur confeſſio & petitio pœnitentiæ; ſecundo, Impoſitio pœnitentiæ; tertio, effectio pœnitentiæ iuſto temporis interuallo definita; quarto, abſolutio. Neceſſarium eſſe vt peccator pœnitentiam peragat de peccatis non modò antequam communicet, ſed etiam antequam abſoluatur. HANC LEGEM in*

admini-

a *Vt inuictè demonſtrat Anton. Richardus in* Defenſione Cenſuræ ſacræ Facultatis.

De Dominis lib. 5. n. 25. 26. & 27. *vt aliàs, in quodam Commentariolo notauimus.*

b Hæc verba libri de freq. Communione fusè referũtur in Cauſa 2. Sect. 2.

adminiſtranda poteſtate ligandi ſoluendique à Chriſto tradita tenendam eſſe Sacerdotibus, vt non abſoluant pœnitentes, niſi poſtquam gemitibus & lacrymis indulſerint atque pœnas peccatis congruentes expleuerint. Neceſſe eſſe vt Sacerdotes pro accepta à Chriſto poteſtate retinendi peccata, pœnitentem INIECTO VINCVLO pœnitentiæ LIGENT, antequam reconciliando abſoluant. [c] *Cum LIGANDI SOLVENDIQVE poteſtas ijſdem legibus à Domino conceſſa ſit, nefas eſſe eas diſiungere, & alteram abſque altera vſurpare. Quódque Eccleſia in vtroque obedientiam probet ſuam, PRIMVM RETINENDIS PECCATIS, pòſt autem remittendis.* [d] *Quidquid illud ſit quod IESVS CHRISVS operatur in animo pœnitentis, Sacerdos, qui iudicium capere non poteſt niſi ex ijs quæ videt, nihil autem niſi quod foris eſt, videt; iuſtam habet cauſam ſuſpendendi ad tempus ſententiam Abſolutionis, vt agnoſcat motiones intimas & inuiſibiles, per fructus viſibiles Pœnitentiæ.* Tandem, quòd primaria virtus & poteſtas pœnitentiæ, in ligando conſiſteret, tunc docuit, cùm [e] *ſeparationem à Chriſti corpore partem maximi momenti* nominauit, ex eodémque argumẽto duxit quo Schiſmaticus ille.[f] *Quòd omni generi peccatorum mortalium debetur excommunicatio. Quódque Eccleſia non ſoleret reconciliare, niſi quos antea excommunicaſſet.* [g] Quódque *præcipuum huius Sacramenti Iudicium, in quadam expiatoria caſtigatione & vindicta conſiſtat.*

Quid, quòd ambo illi Scriptores non ſolùm rem ipſam, ſed rei proprietates, Authoritates, Exceptiones & querelas habent etiam communes. Sic enim Deſertor ille de affectionibus quæ propriæ ſunt poteſtatis clauium diſſerit. [h] *Sicut imponere pœnitentiam eſt ligare, ita reconciliare eſt ſoluere; vterque actus clauium; Idem verò eſt Reconciliare, quod pacem dare, ad Communionẽ reſtituere, Eccleſiam aperire, veniam, indulgentiam concedere.*[i] *Soluere per claues Eccleſiæ eſt eiſdem clauibus ligatũ, liberum reddere. Reconciliatio ſemper in Antiqua pura Eccleſia, facta eſt ſola Communionis reſtitutione, tam in Publica quàm in ſecreta pœnitentia; In ſecreta quidem, Reconciliari, erat ſacræ menſæ participationi reſtitui.*

Non diſſimiliter Author libri de frequenti Communione de ijſdem Clauium affectionibus definit. [K] *Interrogate* (Inquit) *illos Patres ad quos Cõcilium nos remittit. Quid ſit peccatorem ligare, reſpondebũt aliud nihil eſſe quàm eum*

c Conſulatur Cauſa 10. Sect. 1. vbi detegitur hæc textus Ambroſiani deprauatio.

d *Ie ne puis m'empeſcher d'adiouſter pour couronnement à cette explication de la doctrine des Peres, vne excellente Epiſtre d'Ives Eueſque de Chartres, qui confirmera ce que nous venons de dire, que quoy que Ieſus Chriſt opere dans le cœur d'vn Penitent, le Preſtre qui ne peut iuger que de ce qu'il voit, & qui ne voit que le dehors, a raiſon de ſuſpendre quelque temps, la ſentence de l'Abſolution, pour recõnoiſtre les mouuemẽs interieurs & inuiſibles, par les fruicts viſibles de la Penitẽce.* 2. par. 131. p. 368.

Similia habet in capite præcedẽti pa. 358. *Quoy que Dieu faſſe dans le fonds de l'ame d'vn Pecheur, & quoy que la grace y opere interieurement, &c. Les paroles quelque belles qu'elles ſoiẽt ne ſont que de belles fueilles ET NON PAS DES FRVITS, &c.*

Conſulatur etiam Cauſa 10. Sect. 7.

e *Cauſa* 1. *Sect* 2.

f *Cauſa* 10. *Sect.* 1.

g *Cauſa* 10. *Sect.* 3.

h *De Dominis* 5. *n.* 55.

i *Num.* 56.

in numero pœnitentium ſtatuere,& tempus & modum pœnitentiæ præſcribere, Eum denique hoc temporis interuallo à participatione Myſteriorum ſeparare. Quid ſit autem abſoluere,docet his verbis.*Id etiã liquidò cõſtat apud omnes alios SS.Patres, qui nihil diſcriminis ponunt inter Reconciliationẽ & reſtitutionem in Communionem quo fit vt dicant ſæpius Reconciliare altari,pro eo quod eſt abſoluere , aut peccata remittere. Reconciliationem opponi excommunicationi,quippe quòd Eccleſia reconciliare non ſoleret, niſi eos quos antea excommunicaſſet. Hoc eſt à Sacramentis præcidiſſet.* l Hanc verò præciſionem ſi quis dixerit publicis tantùm peccatis, & non quibuſcumque mortalibus occultiſſimis inflictam eſſe, portentum ignorantiæ vocat,& primis duodecim ſæculis,cum nondum defloruiſſet Eccleſia conſtanter obſeruatam fuiſſe contẽdit.

l Cauſa 2. Sect. 2. pag. 33.

Hanc ordinis antiqui in pœnitendo legem, cùm ambo pro Regula generali poſuiſſent, eandem ambo ab illa exceptionem præſcripſerunt. Ille quidem Transfuga Religionis Orthodoxæ, hunc in modum. m *Reconciliatio Peccatoris , ſemper & neceſſariò ſupponit externam Eccleſiaſticam pœnitentiam, niſi in moribundis,* Tum deinde numero 89. *Cùm igitur Viatici Communio data Moribundis ſine præuia vera Eccleſiaſtica pœnitentia , non ſit plena illa & vera Eccleſiaſtica Ordinaria peccatorum Reconciliatio,dubia ſemper fuit.* Numero 90. *An verò in tali Reconciliatione adeſſet effectus ſoluendi Clauium, Diuinæ Miſericordiæ remiſſum eſt.* Numero 96. *De effectu talis Reconciliationis paſſim dubitant Patres.* Numero 96. & 98. *Reconciliatio illa per Viatici Conceſſionem non eſt propriè abſolutiua per Claues, & aliàs non conceditur niſi ſatisfactoria pœnitentia præeat , quæ in moribundis præire non poteſt.*

m De Dominis lib. 7. c. 7. n. 36.

Nunc au[illegible] amus Scriptorem libri de frequenti Communio[illegible]e ſimiliter excipientem moribundos ab illa lege , & cum eadem fluctuatione ſalutis excipientem. Ait ergò n *Nullam eſſe regulam adeò generalem quæ aliquid exceptionis non patiatur; nuſquam tamen ab ea receſſum eſſe,niſi cùm extrema fati neceſſitas perurgeret, cúmque impoſſibile erat vt obſeruaretur. Admiſſos fuiſſe eiuſmodi moribundos cum hac exiſtimatione Eccleſiæ , vt incertum vehementer eſſet, an illis iſta Reconciliatio quidquam eſſet profutura. Non aliter id feciſſe,quàm permittendo Miſericordiæ Diuinæ , vt vt id omne cedere vellet. Nullam denique certam ſpem feciſſe illis,*

n Conſulatur Cauſa 2. Sect. 3. Item Cauſa 10. Sect. 8.

quod Ieſus Chriſtus ratum haberet in Cælo, quod eius miniſtri ſola neceſſitate compulſi, & veluti vi quadam adacti in terris egiſſent.

Hic ego rem obſeruo exquiſitiſſimi artificij plenam in Authore Schiſmatis. Ille cùm inficias ire non poſſet, quin fato proximi, Euchariſtiâ tanquam Viatico accingerentur abſque præuia ſatisfactione; excogitauit egregium commentum. Dixit. Id genus abſolutionis non eſſe Pœnitentiale, ſed Euchariſticum. *Reconciliatio illa*, inquit, *per Viatici conceſſionem, non eſt PROPRIE ABSOLVTIVA PER CLAVES*; Quare duobus modis Peccatorem abſolui poſſe retur. Vno per Sacramentum Pœnitentiæ, altero per Sacramentum Euchariſtiæ. Prior Abſolutio illi eſt, quæ Patribus Antiquis *Legitima* dicebatur; Poſterior verò, quam ijdem *Viariam* ſeu pro Viatico nũcupabat. Et primam quidem per Claués conferri, alteram autem ab Euchariſtia proficiſci autumat. Ex quo id, non ſine ſolertia quadam aſſequitur, vt aſſenſus ſuos firmè ſuſtineat, ſtétque in eodem ſemper veſtigio erroris quod ſemel impreſſit; cùm ſibi pro decreto fixit, ab Eccleſia recludi non poſſe, niſi quod prius ſub ſua Claue concluſerit.

Verùm quòd in hanc quoque ſubtilioris Doctrinæ partem & ſocietatem Scriptor libri de frequẽti Communione venerit, hæc mihi ſigna & indicia ſuppetunt. Primò, quandam [n] *Abſolutionem Communionis* appellauit Arnaldus, tam conceptis verbis, quàm Antonius ille Dominicus; eam ſcilicet quæ migrantibus è vita datur in Viaticum. Deinde, cùm Arnaldus in Præfatione operis ſui, Dogma illud ſuum tanquam magnum aliquid præmonſtraret. Ordinem Pœnitentiæ, quem erat præſcripturus, ſubobſcurè indicauit [o] *eſſentialem eſſe*; & hac ſignatum voce notauit. Tertiò, [p] quoties alijs in locis negat hunc ordinem *eſſentialem eſſe, au abſolutè neceſſarium*; ſubſumit, ad percipiendam Euchariſtiam. Hæc porrò dictionis reſtrictio, ſartum tectum, integrúmque dogma conſeruat. Nempe ſtat ſemper nefarium eſſe per Claues abſoluere, niſi quos per pœnitentiam & excommunicationem ligaueris: etiamſi per aliam viam aliquando Reconciliatio perfici poſſit. Quid verò de

n *Faire venir vn Preſtre qui luy puſt donner l'Abſolution de l'Euchariſtie.* 2. parte cap. 8. p. 296

o Contextus integer Idiomate proprio deſcribitur in Cauſa 2. Sect. 5.

p Cauſa 7. Sect. 4.

Reductione Hæreticorum extemporanea dicturi ſint, neſcio, niſi fortè quòd repetitâ q Chriſmatis vnctione in Eccleſiam reciperentur. A qua re San-Cyranus non videtur in ſummis ſuis fuiſſe alienus. Adeò alius error alium accumulat. Ea ſunt ſatis ſolida & expreſſa communis vtriuſque ſententiæ indicia & argumenta.

q Cauſa 2. Sect. 6. Num. 2.

Sed comparationem finio. Vterque de lapſu & interitu Antiquæ Pœnitentiæ deteſtabiles querelas fundit. Ille quidem vt ſignum rebellionis extulerat, apertè debacchatur. *Hæc eſt vera Eccleſiaſtica pœnitentia, nec alia legitima aut vnquam fuit aut eſſe poteſt, eam verò . . . . corruperunt horribiliter, & ad Clericalis auaritiæ ambitioniſque fomentum & adiumentum, cum ingenti animarum deceptione & periculo in aliam transformarunt quam neque Euangelium tolerat, neque Patres Antiqui Eccleſiaque pura vnquam agnouerunt. Transformatio verò hæc, imò miſerabilis deformatio in his conſiſtit inter cætera, quòd ſatisfactionem præpoſterè Abſolutioni poſtponamus, & quòd Abſolutioni verbali nimiam tribuamus poteſtatem.*

De Dominis lib. 5. cap. 7. n. 57.

At Scriptor noſter, non tam inſanas & furoris plenas relaxatæ, vt ait, Diſciplinæ cauſas effutijt, ſed pro ambitione *Ignorantiam*, pro Cupiditate *Deſidiam Eccleſiaſticorum* ſuppoſuit, non minus ingenti tamen audaciâ armatus, quàm alter, auſus eſt dicere *Praxim pœnitentiæ quæ hoc tempore ordinaria eſt, fauere omnium hominum Impœnitentiæ generali.*

Conſulatur Cauſa 4. Sect. 1.

Ad has Communis Doctrinæ conditiones & notas, Exceptiones & querimonias, ſi adiungere Authoritatum momenta, & Patres Patribus. teſtimonia teſtimonijs vtrimque adducta componere vellemus, nullus nobis in hoc tam inſigni plagio detegendo finis inueniretur; vſque adeò omnia ijſdem Scripturæ Sacræ Patrúmque textibus confirmata, ijſdem exemplis ac ſimilitudinibus illuſtrata occurrunt; quantum quidem attinet Dogma Capitale libri de frequenti Communione hactenus commemoratum. Neque enim volo vt Arnaldus quidquid de Pœnitentia veneni ſparſum apud alium eſt exhauſerit, ſed eam partem quæ ligandi ſoluẽdíque officium explicat, quin ab illo

ſumpſerit, nunquam æquis Iudicibus probabit. imò apud ſuos etiam carebit inani quadam oſtentatione & gloriolâ, quam Nouatores ſolent inueniendis nouitatibus ſibi pro fructu & præmio laborum proponere: neque enim apud illos audiet vt Inuentor, ſed vt Interpolator Dogmatis, cui formam venuſtiorem concinnare tantummodò valuerit. Debuerat ille potiùs apud veros ſapientiæ cultores ſolidam gloriæ laudem emereri, quàm prætextatas cuiuſdam deſertoris Ieſuitæ reliquias pro ſuis inuentis oſtentare. In quem, ſi quid erit de errore ſplendido, & ad imitationem veri confícto gloriandum, omnis illa qualiſcunque eſt ingenij & ſolertiæ palma eſſet conferenda.

Quanquam vt æquitatem in rebus decernendis teneamus dicendum quod res eſt, ne illi quidem factionis Schiſmaticæ Architecto debetur tota Dogmatis Inuentio ſed Luthero, de quo tamen ea tantùm producam quæ annis abhinc centum & viginti quinque, Chriſtophorus Marcellus Corcyræ Archiepiſcopus contra hunc hæreſiarcham de hoc ipſo pœnitendi ritu ſcriptis ſuis mandauit, ſub hoc titulo. *Cur primis Eccleſiæ temporibus ſolebant pœnitentiæ ante Abſolutionem infligi, quo etiam pacto in vtraque conſuetudine ſemper neceſſaria fuerit ſatisfactio.* Sic igitur habet.

Lib. 1 de Authoritate Papæ cap. 18. Sect. 2.

I. *In ſuo adhuc inſtituto perſiſtens Lutherus quatuor ſatis debiles attulit rationes. Nam priſcus erat Eccleſiæ mos, pro peccatis pœnitentiam prius iniungere, quâ peractâ, abſolutio ſequebatur, quoniam pœnitentiæ finis Abſolutio eſſe videtur. Cùm itaque modò oppoſitum fiat, vanus iſte mos eſſe videtur; quia finem præponit ijs quæ ad illum ſunt iure ſuo directa. Eum autem fuiſſe priſcum Eccleſiæ morem, docet quæ obſeruatur homicidij pœnitentia.*

II. *Id authoritate Hieronymi probat, qui Fabiolam in hunc modum ſcribit abſolutam fuiſſe, & Diui Ambroſij qui eodem pacto Theodoſium Imperatorem abſoluit. Ita Cyprianus 3. Epiſtolarum libro fieri docuit; Ita tripartita & Eccleſiaſtica hiſtoria. Ita Dionyſius Areopagita factum eſſe commemorat.*

Hæc duo ſunt ex Luthero decerpta, eiuſdem cum Arnaldo comprobandæ Doctrinæ capita, quæ, vt miſſa faciam cætera, ijſdem in libro de frequenti Commu-

nione illuminata coloribus cernuntur. Primùm enim de vanitate hodiernæ pœnitentiæ eodem quo Lutherus argumento & ſtylo conqueritur, quòd hodie finis & terminus pœnitentiæ qui eſt Abſolutio, præpoſterè anteponatur ijs, quæ ad hunc finem inſtituta ſunt, hoc eſt, ſatisfactioni; b *Nunquid enimuero* (Inquit) *eodem iure dici poteſt? quòd fruſtra prædicatur pœnitentia, cuius fructus ante conceditur quàm de ea ſeriò obeunda cogitatum ſit, cum Nauta portum tenet, de procellis non eſt ſollicitus. Porrige coronam pugili in primo paſſu quem in arenam figit, propoſitũ pugnandi deponet. Poſtquam Piſcator quidquid ſperabat piſcium cæpit, à iaciendis retibus feriatur.* Secundò hiſtoriam c Fabiolæ ex Hieronymo, Exemplum d Theodoſij ex Ambroſio, e Serapionis mortem ex Ecclaſiaſticis annalibus expreſſit, f In Dionyſij commentatione multus eſt, in Cypriani Epiſtolis totus; adeò vt non minùs Lutheri, quàm Antonij de Dominis veſtigia preſſiſſe videatur.

Hi ſunt, *Sanctiſſime Pater*, Duces ac Proceres, quorum ex cineribus hoc intermortuum Pœnitentiæ Dogma ſuſcitatur. Supereſt, vt ad calcem huius inſtitutæ cum Heterodoxis conſonantiæ, aliud quoddam de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento effatum adnotem, quod aliquid è Caluino coloris contraxiſſe, multis viſum eſt. Aſſerit Arnaldus nihil intereſſe inter eos, qui carnem Chriſti in Cœlo, & qui in terra edunt, niſi quantum intereſt inter fidem & claram viſionem. Verba eius ſunt. g *Vnde addiſcimus quòd ſicut Euchariſtia eſt idem cibus ac ille qui in Cælo comeditur, neceſſe eſt vt in fidelibus, qui eam hic edunt, puritas animi inſit, quæ quodammodo conueniat & quadret cum ea qua pollent Beati. Neque plus differant, quàm quantum fides & clara viſio. EX QVA SOLA PENDET DIVERSVS MODVS QVO IN COELO ET IN TERRA MANDVCATVR.* Nolo cauillari, purè & ſimpliciter loquor: ſuſpicio Caluiniani Dogmatis in hac poſtrema dictione latet. *Ex qua ſola pendet diuerſus modus quo in Cœlo & in terra manducatur.* Nam vox illa, (*ſola*) excludit omnem aliam differentiam manducandi corporis Chriſti, quàm quæ intercedit inter fidem & claram Dei viſionem. Ex quo certa conſequentia ducitur, quod cùm ille modus

b *Mais ne pourroit on pas dire auec autant de raiſon? En vain on preſche la Penitence, dont l'on accorde le fruict auparauant que l'on ait penſe ſerieuſement à la faire. Quãd vn Nautonnier eſt au port, il ne penſe plus à la tempeſte; Preſentez la couronne à vn Athlete auſſi toſt qu'il eſt entré dans la Carriere, il perdra le ſoin de combattre. Quand vn Peſcheur a pris ce qu'il pouuoit eſperer de poiſſons, il ceſſe de ietter ſes rets.*
2. par. c. 8 p. 294.

c *Lib. freq. Commun.* p. 240.

d *Ibid. p.* 497.

e *Ibid. p.* 296.

f *Ibid p.* 27.

g *Dou nous apprenõs que comme l'Euchariſtie eſt la meſme viande que celle qui ſe mange dans le Ciel, il faut neceſſairemẽt que la pureté du cœur des fideles qui la mangent icy bas, ait de la conuenance, & de la proportion auec celle des bien-heureux, & qu'il n'y ait autre difference qu'autant qu'il y a entre la Foy & la claire viſion de Dieu, DE LAQVELLE SEVLE DESPEND LA DIFFERENTE MANIERE DONT ON LE MANGE DANS LA TERRE, ET DANS LE CIEL.*
3. par. c. 7. p. 680.

penes ſolam obſcuritatem & claritatem varius ſit; in eo non conſiſtat illius diuerſitas, quòd realiter in terra, & metaphoricè tantùm in cœlo comedatur.

Æſtimabit, *Sanctitas Tua*, de hoc pronunciato vt libuerit benigniſſimè & ſapiētiſſimè; at certè quin ſuſpicioſiſſimum ſit, Caluinus dubitare non ſinit, qui cùm tam orthodoxè, quam Arnaldus ipſe, veritatem corporati in Sacramento Chriſti fateri videatur his verbis. *Sunt enim qui manducare Chriſti carnem & ſanguinem eius bibere, Vno Verbo definiunt, nihil eſſe aliud quàm in Chriſtum ipſum credere; ſed mihi expreſſius quiddam ac ſublimius videtur voluiſſe docere Chriſtus in præclara illa Concionē, vbi Carnis ſuæ manducationem nobis commendat, nempè vera ſui participatione nos viuificari, quam manducandi etiam ac bibendi Verbis ideò deſignauit, ne quam ab ipſo Vitam percipimus ſimplici cognitione percipi quiſpiam putaret.* Hanc diuiniſſimi Sacramenti honeſtiſſimam ſanè & pulcherrimam profeſſionem, ſtatim deturpat, atque (vt varium eſt hæreticorum ingenium) peruerſa & contradicente conclusione corrumpit. Sic enim loquitur, *Interim verò hanc non aliam eſſe quàm fidei manducationem fatemur, vt nulla alia fingi poteſt.* En quò aſpirabat tot verborum blandimentis homo Vaferrimus. Nempe *ad manducationem fidei*, præter quam alia cogitari nulla apud nos debeat. Vtinam eodem non conuenerit Arnaldus in ſimili complexione ſermonis, nihil agnoſcens quo differat manducatio Chriſti in Cœlo, ab ea quæ in terra celebratur, præter obſcuritatem fidei; Vnde liquidò ſequitur *hanc non aliam eſſe, quàm fidei manducationem*. Caluin. l. 4. Inſt. cap. 17.

Sed hic iam me locus monet, vt ad hanc expoſtulationis noſtræ partem, adiungamus alteram de Ianſeniſmo in librum de frequenti Communione infuſo, atque vt, iunctas Ianſenij San-Cyraniſque in Commune ſententias oſtendamus; poſteaquam *Sanctitudo Tua* decreuerit; quid de Conſenſione illa libri de frequenti Communione cum Hetero doxorum dogmatibus. Quid de manducatione Chriſti per ſolam fidem in Sacramento Euchariſtiæ ſentire debeamus. Nam quibus in articulis nodiſque Controuerſiarum Orthodoxi ſeipſos diſcernere ab Heterodoxis ge-

ſtiunt claritate dicendi; ambiguitatem obſcuritatémque heterodoxorum conſectari, ſuſpicione non vacat clandeſtini fœderis.

SECTIO II.

IANSENISMVS IN LIBRVM DE FREQVENTI COMMVnione infuſus.

Declaration de Mr. l'Eueſque de la Vaur.

QVI homo eſſet, quámue partem haberet in libro de frequenti Communione San-Cyranus Abbas, vno quaſi penicilli ductu delineauit Illuſtriſſimus Epiſcopus Vaurenſis, Literis ad *Sanctitatem Tuam* datis. *Erat is*, inquit, *Abbas San-Cyranus, audax dum viueret, atque præfidens nouorum Dogmatum fabricator; Librum ille multorum annorum ſpatio elaborauerat, quem edidit ſub Antonij Arnaldi Diſcipuli ſui nomine; Et gallico quidem idiomate, vt eo latiùs ſerperet venenum illud, quo pluribus imbecillioribúſque familiare eſſet ac domeſticum.*

Hæc porrò quàm iuſta ſit religioſiſſimi Antiſtis exiſtimatio [a] acta publica nuper in lucem edita comprobarunt. In illis enim continetur Quæſtio Iudicialis de San-Cyrani Dogmatibus & Conuenticulis habita, quæ ſub oculos ponit, quidquid de Pœnitentiæ & Eccleſiæ legibus innouandis, aut refigendis Liber de frequenti Communione incluſum habet. In hoc publicæ fidei inſtrumento Denunciator inſcribitur [b] Illuſtriſſimus Epiſcopus, cuius vigilantiæ Paſtorali, & inuictæ fortitudini debet Eccleſia Gallicana ſuam incolumitatem. Teſtes, præ cæteris, Abbates duo: quorum alterum [c] iam ſacra Purpura pro meritis decorauit; Alter [d] illam meritis etiam ſuis adæquauit: Omnes San-Cyrano familiariter vſi, antequam nouitatem illis ſuam effudiſſet. Ea Dogmata, Teſtes iurati & infulati referunt, non ex diſſipatis rumoribus collecta, ſed ex ipſius ore San-Cyrani excepta: iſtud imprimis, *Quòd impartiri Abſolutionem, antequam*

a Information de l'Abbe de S. Cyran.

b *Monſeigneur l'Eueſque de Langres dans ſon memoire premierement adreſſé à Monſeigneur l'Eueſque de Sainct Malo, & depuis reconnu, & ſigné de la main de Mondit Seigneur Eueſque de Langres le 10. Iuillet. 1638 deuant Monſeigneur le Chancellier.*

c *Monſieur l'Abbé de Foye, maintenant Eueſque de Palmiers teſmoigna le 19. Iuin* 1638.

d *Monſieur l'Abbé de Prieres, Secretaire de l'Ordre de Ciſteaux teſmoigna le 17. Iuin 1638.*

Hæc inſtrumenta nunc typis vulgata ſunt.

tequam Pœnitens Satiſfactionem expleuerit, abuſus ſit. Quo vno maximè totum opus de frequenti Communione regitur. Quare fides omnis de medio tollenda eſt, niſi hæc tam caſta támque incoprupta in teſtando integritas conſiſtat.

Ille igitur libri de frequenti Communione ſi minus Parens, at certe Fundus meritò appellandus San-Cyranus, cùm ſe totum Ianſenio deuouiſſet, qui cum diutiſſimè vixerat, eius doctrinam vbique ſpargere ſermonibus ſuis non contentus, eam in opere de frequenti Communione tanquam in mellito poculo degustandam propinauit. Certa quædam illius capita noto. Primum, ſpectat legem antiquam de qua ſic effertur in libro de frequenti Communione. [e] *Quod Populus Iudaicus in tam accurata legis obſeruantia, tantaque multitudine religioſarum exercitationum, nihil apud Deum merebatur, quia ſine eius ſpiritu hæc præſtabat, imò vera notitiâ finis carebat, ob quem hæc præſtabat.* Id verò ex riuulis Ianſenianis ductū eſſe nemo dubitabit, qui in Ianſenio legerit, [f] *Quòd non adfuit hominibus ſub veteri lege viuentibus auxilium ſufficiens ſeruandi legem, vel vllum præceptum eius, ſed potiùs impediens*: vnde ſequitur & Dei ſpititu caruiſſe, & merito.

Secundò Ianſenius vllam fluere à Christo gratiam negat, quæ non ſit efficax. [a] *Nulla prorſus*, inquit, *effectu caret, ſed eum in omnibus quibus datur, infallibiliter operatur.* An non illi concinit [b] Scriptor de frequenti Communione? qui cùm ſtatuiſſet motus quoſdam à Deo immitti contrarios Conſilijs Piorum hominum, & ſummi Pontificis admonitionibus addit; [b] *Huic internæ legi, æquè difficulter reſiſti poſſe, ac torrentibus è monte cadentibus.* Quod etiam clariùs alio loco expreſſit, aiens, [c] *Dei gratiam eſſe inſeparabilem à bonis operibus.* Non dixit bona opera eſſe à gratia Dei inſeparabilia, quod orthodoxum eſt. Sed Diuinam gratiam à bonis operibus ſeparari non poſſe, hoc eſt efficacem ſemper eſſe & cum effectu coniunctam; quod placitum Ianſenianum eſt.

Tertiò. Cauſam cur omnis gratia ſit efficax hanc affert Ianſenius, quòd gratiæ actuali in hoc ſtatu re-

e *Car ſi autrefois le Peuple Iuif dans cette exacte obſeruance de la Loy, & dans ce grand nombre d'exercices de Religion, n'en auoit aucun merite deuant Dieu, parce qu'il les faiſoit ſans ſon eſprit; & ſans connoiſtre meſme la veritable fin pour laquelle il les deuoit faire. Il peut arriuer auſſi qu'vn homme fera des Penitences auſteres. qui luy ſeront inutiles; parce qu'il ne les aura point faites dans la conduite de la verite, & dans cet eſprit qui les doit viuifier par l'onction de ſa grace.* Pref. pag. 42.

f Ian. tom. 3. l. 8. c. 3

a Ianſen. t. 2. l. 2. de grat. ch. c. 25.

b *Ce qui nous marque clairement qu'il n'entreprenoit ces choſes que par le mouuement du Sainct Eſprit. Puiſque vn homme d'vne auſſi grande humilité qu'il eſtoit, ſe fuſt ſans doute rendu facilement au conſeil de tant de gens de bien, & aux remonſtrances des Papes meſmes, s'il n'euſt ſenti vne autre loy dās luy-meſme, qui le menoit ailleurs, à laquelle il eſt auſſi difficile de reſiſter qu'aux Torrens qui deſcendent des montagues.* 2. pa. c. 42. p. 581.

c *C'eſt pourquoy il n'y a que Dieu qui puiſſe rompre ce double enchainement par l'infuſion de ſa grace inſeparable de l'exercice des bonnes œuures, comme Sainct Auguſtin dit en cent endroits.* 2. par. c. 26. p. 489.

ſiſti non poſſit, neque fieri vt voluntas d *per gratiam pulſata nolit ac deſſentiat.* Ad eandem ſententiam Arnaldus alludere videtur pœnitentem introducens ita loquentem e *Tandem tetigit me Deus impulſione ſui ſpiritus, & gratia cui reſiſtere non potui.*

Quartò, aduerſus orthodoxam, de gratiarum diſtributione quæ ſufficientes vocantur, doctrinam muſſitat aliquid cum Ianſenio, quando conditas ſtatis temporibus deuotiones vellicat hac interrogatione. f *vnde certum habes, quod ſe ad tuas horas Spiritus Sanctus accommodabit?*

Quintò, diſtinctionem Theologiæ, in Theologiam Scholaſticen, & Theologiam Traditionis, ex officina Ianſenij prodijſſe ad extenuandam Diui Thomæ Doctrinam declarant hæc eius verba. g *RATIOCINATIONES PHILOSOPHO-SCHOLASTICÆ rem potiùs ex ratione, quàm ex TRADITIONE metientes in dubium reuocarunt, id de quo antea Eccleſia non dubitauit.* Atqui Author libri de frequenti Communione in eandem diſtinctionem concurrit. Cùm enim poſuiſſet, Directori Conſcientiæ opus eſſe triplici genere ſcientiæ; tum ſubiecit. h *Vna eſt quæ in ſcholis addiſcitur, altera quæ ex Traditione Eccleſiæ Catholicæ hauritur.* Quaſi verò aliam Doctrinam ex Angelico Doctore, *Scholaſticæ* Profeſſores exugerent, quàm quæ ex puriſſimis Eccleſiaſticæ Traditionis fontibus effluit? aut quaſi *Scholaſtica*, non eſſet ars diuina, quæ certa ratione & via procedit ad omnium ſacrorum Dogmatum comprehenſionem, quæ ad nos vſque ab ipſo Capite Chriſto emanarunt; vel in ſanctis Literis conſignata, vel in Oecumenicis Concilijs definita, vel in Patrum monimentis conſcripta, vel vſu denique Maiorum perpetuo recepta. Hic eſt verò ſenſus Tridentinorum Patrum grauiſſima exiſtimatione confirmatus, cùm Diui Thomæ, qui ſubtilioris Theologiæ Princeps habetur, ipſa verba Decretis ſuis tanquam oracula inſerere, atque ex illis totos Canones nonnunquam componere quos vniuerſo orbi Criſtiano ſequendos traderent, alienum à dignitate ſua non duxerunt: Hoc documento Poſteris relicto quod à Diuo Auguſtino acceperant, nullos

d *Ianſen. de gratia Chr. l. 2.*

e *Enfin Dieu m'a touché par vn mouuement de ſon Eſprit, & par vne grace à laquelle ie n'ay peu reſiſter.* Pref. pag. 21.

f *Et qu'elle aſſeurance auez-vous que le S. Eſprit, s'aſſuietiſſe à vos heures?* 2. part. cap. 38. pag. 189.

g *Ianſen. in Proœm. c. 6.*

h *De ſorte qu'on peut dire qu'il a beſoin de trois ſciences; l'vne eſt celle qu'on apprẽd dans les Eſcoles; l'autre eſt celle qu'on apprend de la Tradition de l'Egliſe Catholique. La troiſieſme eſt celle, &c.* 1. par. c. 29. p. 140.

eſſe veræ Religionis certiores Magiſtros, quàm qui vel *in Sacris philoſophantur*, vel *in Philoſophia conſecrantur.*

Intempeſtiua igitur eſt,atque inimica partitio Theologiæ, in eam quæ ex Traditione, & eam quæ ex Schola diſcitur, nec minùs inſulſa laus quam San-Cyrano Diſcipuli poſt mortem perſoluerunt. Aiunt enim deliberatum illi fuiſſe, ſi diutiùs viueret, ſublimioris cuiuſdam Doctrinæ quàm illius quæ in Summa D. Thomæ continetur, Magiſterium profiteri; ad eos qui diu multúmque D. Thomam & Magiſtrum ſententiarum contriuiſſent, erudiendos. Sic loquuntur. K *Cum D. Thomas nullâ magis certâ re teſtari potuerit æquè ſe humilitate ac ſcientia pollere, quàm cum in veſtibulo ſummæ Theologicæ quam ſcripſit, appoſuit eam Nouitijs, hoc eſt rudibus ad Theologiam initiandis eſſe ſcriptam,* (San-Cyranus) *in animo habebat, qui in hac Schola bene fuiſſent informati, eos educere ad lectionem aliam Theologicam omnium operum quæ D. Auguſtinus de gratia edidit, quæ quidem tribus Voluminibus collecta tradere pollicebatur, Annotationibus ad Marginem, nec non gloſſis inter lineas poſitis, interpretata & illuſtrata ad ſubſidium eorum, qui poſt accuratam in Magiſtro ſententiarum & D. Thoma perlegendo poſitam operam, ſe ſe dignos huius ſecundæ lectionis effeciſſent.*

K *Et comme Sainct Thomas n'a pu mieux teſmoigner qu'il auoit autant d'humilité que de ſcience, qu'en diſant à la teſte de ſa ſomme Theologique, qu'il ne l'a faite que pour les Nouices, c'eſt à dire pour initier les hõmes à la Theologie. Il propoſoit de faire paſſer ceux qui ſeroient inſtruicts en cette Eſcole, à vne leçon Theologique de toutes les Oeuures de la grace de Sainct Auguſtin recueillies en trois volumes, qu'il promettoit de donner tous interpretez, tant par des Annotations marginales, que par des gloſes iterlinaires,* POVR LE SOVLAGEMENT DE CEVX QVI S'ESTANS BIEN EXERCEZ DANS LA LECTVRE DV MAITRE DES SENTENCES, OV DE SAINCT THOMAS, SE SEROIENT RENDVS CAPABLES DE CETTE SECONDE LECON. Apologie pour S. Cyran 2. part. article 20.

Hoc Elogio San-Cyraniſtæ de Magiſtro ſuo profitentur, eum nihil præter rudimenta quædam in Summa Diui Thomæ inueniſſe, cui conſummando operi magnus ille Theologiæ genius eſt immortuus; K in quo Summi Pontifices, quot verba, tot profunda myſteria, quot articulos, totidem miracula numerant: Theologi verò ad diuinæ ſcientiæ lumen, amplitudinem & Maieſtatem ſumma reperiunt omnia. Ludunt ſanè diuini Viri modeſtiam quâ ſe ſcribere *Nouitijs* dixit, imitator ſcilicet illius, qua ſe Diuus Paulus nouiſſimum Apoſtoſtolorum appellabat; abutuntur, inquam, hoc modeſtiſſimo nomine ad traducendam admirabilis illius doctrinæ gloriam, quæ Angelico Doctori nomen fecit.

K *Ioãnes Papa* XXII. *Qui inter Sanctos, D. Thomã retulit ob miracula doctrinæ, quæ totidem in eius ſumma, quot Articulos numerabat.*

Iam verò cùm ex hac detractione laudis augere famam ſuo Duci affectant, & Doctoralem illi exedram ſupra Sorbonicas omnes altiſſimè ſubuectam conſti-

tuunt ex qua dictare deberet *interlinearia gloſſamenta cum annotationibus ad marginem, emeritis è Schola Theologis, & diu in Diuo Thoma confectis atque conſumptis;* quid aliud agunt, quàm glorioſi non dicam militis, ſed Doctoris perſonam imponunt? dignam certè Diſcipulis nexu & mancipio addictis fabulam!

Atenim vt maiorem huic Methodicæ ſcientiæ inuidiam cum Ianſenio, Scriptor libri de frequenti Communione crearet, ad illud tempus quo florere primi illius Authores cœperunt, funeſtiſſimam Epocham alligauit, in qua excidiſſe veteris Pœnitentiæ Sanctitatem & decus affirmat. Hoc enim relaxationis initium
l Causâ 4. Sect. 1.
[l] duodecimo ſæculo adſcribit, quæ eſt ætas Petri Lombardi, Magiſtri ſententiarum, & Scholæ Theologicæ
m Causâ 11 Sect. 1.
Coryphæi. Pòſt autem cùm addit [m] tempora Concilij Lateranenſis intra metam huius deprauationis incidiſſe; ſignificat ruinam illius Sacramenti ſub D. Thoma, Bonauentura, Scoto, aliiſque Scholaſticæ Palæſtræ Ducibus, qui proximè ab illis temporibus diſtant, contigiſſe. Cùm tandem illi ipſi, qui de Scholaſtica Diſciplina detrahunt, [n] à Monaſtica ſtylum & linguas non abſtineant; viderint quæſo, quàm procul ab illo Petri Bleſenſis caſtigatiſſimo rerum diuinarum ſenſu atque iudicio abſint. [o] *Iuxta ſententiam Cordis mei, ſi Paradiſus in hac vita præſens eſt, vel in Clauſtro vel in Scholis.*

n *Aurelius, idem qui San-Cyranus, ſcripſit* ſtatum Monaſticum nullis magis conuenire quàm lapſis & facinoroſis. *Vindic.* pag. 628.
o Petrus Bleſenſ. Ep. 13.

Quintò, hæc vtriuſque partis conſpiratio ex libro de frequenti Communione deprehenditur, quando eius Scriptor tam ambitioſè ſuffragium Ianſenij captat, eúmque pro Authore, Aſſertore, & vindice illius Dogmatis, in quo vno nititur opus de frequenti Communione, aſſumit. Locum notauimus, *Sanctiſſime Pater*, [p] in laudes Ianſenij effuſiſſimum. Ac mirabile profectò eſt, id hominis, triplici præconio paucis paginis tantopere cumulari, & à doctrina ſummè commendari, quam tot notis & ſtigmatibus inuſtam Sanctæ Sedis authoritas repræſentat.

p *Ianſenius ter magnificè laudatus in lib. de freq. Communione* 2. par. c. 12. p. 349 Ibid. c. 40. p. 567. Ibid. c. 45, p. 623.

His itaque compoſitis Doctrinarum fœderibus & Symbolis inter Ianſenium & San-Cyranum conuentum eſt, vt alter in ſcientiam contemplatricem Theologorum quæ eſt de merita nobis per Chriſtum gra-

tia; alter in diſciplinam Sacramentorum vſu communi Eccleſiæ receptam ſuas copias efferret. Quo pacto vterque ſibi erat ſuppetias laturus, dum ambo, ad eadem ſigna literatam militiam conuocarent; Eodem Claſſico ad prælium animarent; in eoſdem hoſtes mouerent; hoſtes autem haberent, quot quot eorum nouitati & conatibus obſiſterent.

Inde porro factum eſt, vt cùm in librum Ianſenij qui *Auguſtinus* inſcribitur, Roma Sacræ Bullæ fulmen excuſſiſſet, eam carpere & arrodere aggreſſi ſint, & *Bullam* [a] *informem*, *abortiuam*, [b] *plenam nullitatum falſitatúmque* circumforaneis libellis in plebem diſtributis appellare non erubuerint.

Nec officio diſſimili San-Cyrani defenſio contra ſanctiſſimum Chriſtianiſſimi Regis conſiſtorium ſuſcepta eſt; Obſtiterat optimi Regis clementia, ne Interrogatio San-Cyrani per Iudicem Eccleſiaſticum inſtituta, ad exitum fatalem deduceretur, ratus Chriſtianæ rei conſultum eſſe ſatis, ſi Dogmatiſta perpetuo carceri mandaretur, quo, vt ait D. Auguſtinus, *& licentia auferretur peccandi, & tempus daretur pœnitendi*; præſertim cùm iam illi ætas ingraueſceret.

At poſt obitum Richelij Cardinalis factum eſt, vt potentiſſimis patrocinijs primi Iudicij robur ad vltimam lenitatem, quæ Reges nunquam dedecet, inflecteretur; & gratia Reo, libertáſque concederetur: fide tamen per Chirographum quod nunc etiam extat obligatâ, datíſque ſponſoribus, quòd nihil deinceps Nouitatis, nominatim in Vſu & Doctrina Pœnitentiæ, moliretur. Sed quantocyus in Abbatiam ſuam ſecederet, illic reliquos vitæ dies ſilentio & pœnitentiâ tranſacturus. Ex hoc tamen ipſo libertatis veſtigio, liber de frequenti Communione, qui iamdiu manuſcriptus ſub Pœnitentiæ titulo multorum oculos explorauerat, prodit in lucem, nouo habitu & nomine frequentis Communionis, mollitus ille quidem & mirabili arte fallendi ſubactus. Vix erant voti compotes; ecce Diuina Iuſtitia præſtò eſt. [c] Lucis vſuram adimit Authori: San-Cyranus icitur apoplexiâ repentinâ & finitur; caſu ſanè miſerando, quem

[a] *Que cette Bulle n'eſt autre choſe qu'vne piece informe, & vn proiet de Bulle* Difficultez ſur la Bulle p. 3.

[b] *Que cette Bulle eſt pleine de nullitez & de fauſſetez.* Apolo. pour Mr. Arnauld. pag. 1. de l'aduis.

Præfuit Interrogationi Delegatus ab Illuſtriſſ. Archiepi. Pariſienſi D. De Leſcot Doctor Sorbonicus, nunc Epiſcopus Carnotenſ. Ex tabulis Regij Conſiſtorij.

[c] *Adhuc eſca eorum erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Pſalm. 77.

d propudioſis fictionibus & ementitis miraculis honeſtare Diſcipuli adlaborarunt. Opto equidem vt æternùm illi bene ſit, ſed miraculis non eſt pro falſitate pugnandum, miraculum enim eſt ſigillum Diuinitatis, quod adulterari ſine inexplicabili ſcelere non poteſt.

d Apologiē pour Monſieur Arnauld pag. 74. 75 76. *Contra fidem eorum qui tunc præſentes aderant, cùm obijt.*

Quin & ipſi in Quæſtionem & Quæſitorem, in teſtimonia & teſtes, in cõprehenſionem Rei & interrogationem, fanda & infanda ſcripſerunt, & e *effrænatæ aduersùs leges diuinas impotentiæ*, f *iniuſtæ Captiuitatis*, g *euerſionis denique omnium diuinarum humanarùmque ſanctionum accuſarunt* hoc factum, quod quàm fuerit & pium & iuſtum & neceſſarium, teſtis eſt vel hæc procella temporum, & Eccleſiaſtici ſtatûs formidoloſa commotio.

e *Vne entrepriſe manifeſte, contre l'Ordre de Dieu.* Apologie pour S. Cyran 1. part. p. 27.

f *Iniuſte Captiuité*; Reſponſe au P. Iues pag. 124.

g *Qu'on a violé toutes les Loix Diuines & Humaines.* Apol. pour Monſeur Arnauld, pag. 71.

οἱ ἄρχοντες ὑπηρέται τοῖς νόμοις. καὶ δοῦλοι τῶν νόμου. Plat. de leg. lib. 4. Magiſtratus non de legibus, ſed ſecundùm leges iudicare debet.

Sed *hæc vox eſt omnium litigatorum malorum*, Inquit D. Auguſtinus, *quaſi haberent, quòd dicerent malos Iudices ſe eſſe perpeſſos, cùm fuerint etiam manifeſtiſſima veritate ſuperati.* Atqui fruſtra exſpectant ſe memoriam San-Cyrani poſteritati redintegraturos, niſi purgationem obtineant Criminoſæ Quæſtionis, authoritate publica in illum decretæ & conſtitutæ, quam viuus ipſe ſperare non eſt auſus; libertate ſibi pro ſummo beneficio, & ſuprà ſpem maiore, contentus.

D. Aug. Ep. ad Eleuſ. 162.

Mihi quidem inuito & ingratis hæc excidunt, neceſſaria tamen cauſæ meæ ſubſidia. Etenim ſumma neceſſitudo nobis eſſe debet Eccleſiæ, quæ rerum vincit cæterarum charitates. Sic eſt igitur, *Sanctiſſime Pater*, viſi ſunt eodem tempore, & Romana Iura & Gallicana obteſtari; vt iniectis vltro citróque inuidioſis vſurpati Iudicij criminationibus impune conſiſterẽt inter vtriuſque iuris cuſtodes atque vindices. Hæc dicta ſunt, vt geminarum ſectarum affinitas & fœderatorum inter ſe conſpiratio cerneretur. Hæc enim Cauſa ad vtriuſque factionis confluentes poſita eſt, vnde expoſtulandi ratio quàm iuſta nobis ſit, & quàm neceſſaria, ſatis liquet ex prænotatis antea capitibus communis doctrinæ de Antiqua lege, de gratia efficaci, de auxiliorum ſufficiẽtium largitione, de contẽptu Scholaſticæ Theologiæ, de Criminatione Bullarum & Iudiciorũ Publicorum.

CAVSA VLTIMA.

QVÆNAM CAVSA LABENDI SCRIPTORI LIBRI DE FREQVENTI COMMVNIONE OBLATA SIT.

SECTIO I.

CAVSA LAPSIONIS, IVDICIVM IN STATVENDA ET DEFInienda Traditione vſurpatum.

ANALYSEOS extremæ partes ſunt, vt quæcumque in ſubiecta re partitè diſtinctéque poſuerit, ea omnia vel ad vnum, vel ad quàm pauciſſima fieri poteſt principia reducat : ſimili fere ratione ac Phyſicus qui cunctas corporis naturalis affectiones ad vnam definitionem reuocat ; ac Medicus, qui omnem hiſtoriam morbi ad vnum locum affectum refert ; ac Artifex, qui multiplices operis artificioſi regulas in vnam ideam colligit ; ac Nauta qui totius nauigationis curſum in vnum venti radium dirigit ; ac Opticus qui infinitarum linearum rectè atque ex trãſuerſo incurrentium aſpectabilem figuram in vnico oculi obtutu defigit.

In hanc igitur cogitationem & curam intenti vt inueniremus, quid eſſe poſſet, quod San-Cyranum vel etiam Arnaldum in Dogmate de Renouatione Antiquæ Pœnitentiæ ſcribendo maximè fallere & ab impreſſa veritatis orbita tranſuerſos agere poſſet ; iſta præ cæteris ratio occurrit : quòd ipſi ſuo Iudicio definire, quænam eſſent Traditiones Apoſtolicæ inſtituerint, atque in album Traditionum efferre priuatâ authoritate capitaliſſimum Decretorum ſuorum non

dubitauerint, quo ſtatuunt, vt Chriſtiani omnes qui mortale peccatum, quodcunque peccauerint, excommunicati Sacra menſa, extraneique per ſententiam Sacerdotis fiant antequam abſoluantur. Id ergo cùm efficere corrogatis, vndique teſtimonijs & probationibus omninò conſtituiſſent, eò deinceps omnia verterunt. Nihil in Sacris codicibus inſcriptum, nihil in antiqua memoria inſtitutum, nihil in monimentis Patrum de Pœnitentia eximiè commendatum legebant, quin illicò in hanc ſententiam perducere conati ſint. Sicut enim quibus ægri ſunt à ſanguine, aut à flaua bile oculi, ijs cruenta & fulua apparent omnia, ita ſi ſemel in alicuius ſenſu inueterauit opinio, atque in venis eius medulliſque inſederit; cuncta, quæ aut videntur aut audiuntur rapit ad ſe ſe, & ea videri facit ſibi ſimillima.

Cauſa 2. Sect. 10. & in alijs paſſim.

Eam ob rem factum eſt, vt in libro de frequenti Communione nihil frequentius legentium oculis offeratur, quàm Chriſtianos ad Praxim Originalem, ad Praxim Apoſtolicam eſſe reuocandos. Nihil ſit, quod tãto cum fragore aures pulſet, quàm Patrum omnium nos aberrantes, ad ſe ſe reuocantium conclamatio, quàm centum Canonum, & duodecim ſæculorum fugam & deſertionem noſtram obiurgantium atteſtatio.

Mihi verò vt dicam quod ſentio, *Sanctiſſ.me Pater*, optima ſemper regula Traditio viſa eſt ad Chriſtianæ fidei integritatem & retinendam diſciplinam; ſed viciſſim nullam Reipublicæ Chriſtianæ peſtem magis excitatam & exitialem inferri puto poſſe, quàm ſi concedatur vnicuique pro captu ſuo Traditionem fingere & credendam populo ſequendámque proponere.

Quòd ſi quis alius ſit, qui longiùs etiam proueha-tur, neque id aſſumat tantùm, vt ſtatuat quænam res pro Traditione tenenda ſit, ſed velit etiam vt quam ipſe ſtatuerit, ea pro Iudice habeatur: hunc ego hominem Sacrarum omnium perturbatorem religionum, euerſorémque appellare non verebor.

Hoc verò malum eſt, quod in ipſis libri de frequẽti Communione viſceribus hæret infixum & cætero-

rum

rum præbet cauſam malorum. Figuntur Traditiones & refiguntur ex arbitrio vnius Doctoris Priuati; atque figmentum quoddam Pœnitentiæ nobis procuditur, quod vetuſt um eſſe ſuſtinetur, quia nouum.

Vtinam nunc me, quantâ vi, vocis, quanta grauitate ſermonis, quanta ſtudiorum dignitate poſſum dicentem, exaudirent omnes veritatis amatores; ita profectò exclamarem. Scopulus libri de frequenti Communione & nouitatum omnium, quæ nunc in diſciplinam Eccleſiaſticam infunduntur, eſt Iudicium de Traditione ſtatuenda & definienda iniuſtè vſurpatum: Si quis dubitat, ex ſententia Iudicis iam latâ experimentum capiat; Ius ſit nobis, quod Iudicatum eſt.

Inter Aſſertiones quas ex libro de frequenti Communione *prior Analyſis* excerpſerat plenas offenſionis; vna erat inſigniter notata, qua *Diui Petrus & Paulus, duo eſſe Capita Eccleſiæ aſſerebantur in vnum coalita.* Hæc enim dictio nobis non ſolùm ominoſa, ſed etiam portentoſa videbatur, & erat reapſe vt [a] Anathema quo nuperrimè afflicta eſt, Orbi vniuerſo comprobauit. At illi quibúſnam præſidijs ſuum illud bicipitis Capitis oſtentum tuebantur? Traditione; quibus libris? ex Traditione confictis; quibus ſuffragijs? ex Patrum Traditione fraudulenter excuſſis. Vnum Traditionis nomen in petitionibus illorum atque defenſionibus volitat. Et nihil ad aſſerendam SS. Petro & Paulo indiuiduam, atque ex æquo communicatam Summi Pontificatûs Societatem in exordio, in progreſſu, in fine, à capite ad calcem præter inanem Traditionis vmbram & imaginem habent.

Sic exordiuntur in Epiſtola qua, *Sanctitati Tuæ*, librum de hoc argumento ſcriptum nũcuparunt. [b] *Non ergo hîc conjecturis, ſuſpicionibus, aut humanis cuiuſcunque generis ratiocinationibus indulgendum, ſed euoluendis antiquorum monimentis incumbendum, è quibus ſi ad eum modum vniuerſalem Eccleſiam principio fundatam fuiſſe manifeſtè conſtiterit, iure an iniuria factum fuerit in dubium reuocare ſit nefas.* Tum in progreſſione propoſitam ſeriem Traditionis contexere inſtituunt, his verbis. *Hæc eſt Apoſtolicæ Sedis;*

a *DECRETVM Sanctiſſimi D. N. D. Innocentij Diuina Prouidentia PAPÆ X: Aduersùs Propoſitionem iſtam*: S. Petrus & S. Paulus ſunt. duo Eccleſiæ Principes qui vnum efficiunt. *Ita explicatam, vt ponat omnimodam æqualitatem inter S. Petrum, & S. Paulum ſine ſubordinatione, & ſubiectione S. Pauli ad Sanctum Petrum in poteſtate ſuprema & regimine Vniuerſalis Eccleſiæ, HAERETICAM CENSVIT & DECLARAVIT.*

b De ſuprema Romanæ Eccleſiæ amplitudine Epiſto. pag. 7.

BEATISSIME PATER, de vna Petri & Pauli authoritate, à primis Eccleſiæ temporibus ad noſtram vſque ætatem, NVNQVAM INTERRVPTA TRADITIO. Hæc eſt mens, hæc ſunt oracula ſanctiſſimorum Prædeceſſorum tuorum, quæ quamuis leuiter tantùm & ſumma quaſi rerum faſtigia perſtringentes attigerimus, ita tamen per ſeipſa lucent, vt vel ſola in omnium animos ſplendidiſſimum huiuſce veritatis lumen inijciant.

Pergunt eodem præfidenti ſtylo fictam & adumbratam quandam Traditionis ſpeciem delineare, & in omnes ætates à prima vſque ad noſtram ducere. Quam denique cum vniuerſo opere concludunt in hunc modum. *Si enim Patrum illorum effata minus fideliter à me deſcripta, aut in alienos ſenſus detorta, non criminosè iactatum ab aduerſarijs, ſed verè probatum fuerit, quidquid eiuſmodi in hoc libro eruditorum, & Eccleſiaſticæ Traditionis DE QVA SOLA AGITVR, peritiſſimorum iudicio reperietur; & ipſe iam damno, & à S^{tte}. V^{a}. omnibuſque Chriſtianis damnari ac repudiari non recuſo, ſed expeto vltrò ac poſtulo. Sin autem Deceſſorum veſtrorum germanæ iſtæ ſunt voces, QVIBVS OBSISTERE ET REFRAGARI NON LICEAT, ſi cum illis conſentiunt Sanctorum Patrum ſententiæ, Oracula Conciliorum, & quidquid in ECCLESIASTICA TRADITIONE ſummam fidem atque authoritatem obtinet, ac ſemper obtinuit; non iam Priuatus vnus & alter, ſed vniuerſum quodammodo Eccleſiæ corpus BEATITVDINIS VESTRÆ, ſapientiam & æquitatem in hac cauſa implorat atque obteſtatur.*

Satiſne demonſtratum eſt cauſam errandi in hac parte Doctrinæ; quæ tanti momenti eſt, vt ipſa fundamenta Eccleſiæ reuellat; fuiſſe Traditionis nomen præcipiti conſilio & temeritate arreptum? Atqui vanum illud Traditionis ſimulacrum ipſum eſt, quod Authorem libri de frequenti Communione, in tradendo de Pœnitentia Dogmate ſimiliter, atque in iſto iam damnato deluſit. Vbique Patres, vbique Concilia, vbique Canones, vbique Traditionis vox reſonat in libro de frequenti Communione. Quare & huic aduersùs Petauium confirmando alius *de Traditione* inſcriptus ſucceſſit, qui Antiquorum Patrum memoriam & monimenta ſplendidis ludificationibus

ampliaret.

Dicite,quæſo,Sacræ Theologiæ Antiſtites; vos etiam, quibus vera pietas ingenium ad intelligendas res diuinas nobilitauit, dicite? An maior fides Traditioni, quæ in libro de frequenti Communione deſcribitur, quàm illi quæ in libro de Suprema Romanæ Eccleſiæ Amplitudine depingitur, habēda ſit? An non vtraque eiuſdem vteri Soboles? eodem ſatu, iiſdem nata & alta progenitoribus? An non eoſdem habuit Aſſertores & Vindices, qui vtramque pari animorum contentione, paribus verborum amplificationibus, virium iactationibus, ignorantiæ aduersùs nos ſimili exprobratione, erroris ac hæreſeos inſimulatione defenderent atque prædicarent? Qui ſibi lucem Veritatis puriſſimam & ſolem totum affulgere, nobis nihil præter nebulas, & obductam noctis caliginem eſſe relictam proclamarent? ô iam præclara ignorantiæ probra! Auguſtæ & amabiles contumeliæ! honorifica conuicia!

Nos verò ſi freti iiſdem auxilijs, alia Dogmata eiuſdem libri, non iam inſititia, vt illud erat; ſed innata, exagitare cœpimus, & modò etiam exagitamus: Si eaſdem ab iiſdem propugnatoribus obſeruatas eſſe artes & Verſutias ſermonum; ſi conſimiles Sacrorum textuum compilationes, miſerè laceratas, & peiùs etiam deformatas indicamus, cùm totas nonnunquam ſubiectas ſententias, quæ Dogma conſtituerent, pro veris Patrum germaniſque vocibus & decretis eſſe demonſtramus. Denique ſi eaſdem obtrectandi, Cauillandi ſubterfugiendique calliditates, certas facimus & exploratas. Quis eſt, qui dubitet, quin hæc reliquorum de Euchariſtiæ & Pœnitentiæ Diſciplinâ conflatorum Dogmatum machinatio, in caſſum & irritum *Traditionis* nomen recaſura ſit?

Sed enim quàm res triſtis & luctuoſa ſit in hoc vaſtum Traditionis pelagus ſuâ ſe fiduciâ committere ſine Duce, ſine Rectore quem Deus Eccleſiæ clauo præfecit, teſtis eſt procella quædam primorum temporum longè ſæuiſſima de luſtrandis iterato baptiſmo Hæreticis, coorta: quæ profectò, niſi Stephanus Papa *præ cæteris* vt obſeruat Vincentius Lirinenſis, *reſtitiſſet*

dignum exiſtimans ſi reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci authoritate ſuperabat, totam Eccleſiæ puppim æſtu & commotione ſua, & magnitudine fluctuum abſorbuiſſet.

Dux Rebaptiſantium extabat in Africa Diuus Cyprianus; in quo viro ſumma erat cum vitæ ſanctitate vis doctrinæ & copia dicendi coniuncta. Authoritas verò tanta, vt Africanæ Eccleſiæ pro oraculo eſſet, nec illi tantùm ſed Aſiaticæ, quas ipſe quocunque vellet pro nutu ſuo facilè flecteret. Illi etiã Cauſæ adiũgebat ſe Diuus Dionyſius Alexãdriæ Epiſcopus, alterum illius ætatis decus & ornamentum; qui Cyprianum acerrimo ſtudio complexus, eius Decreta in Ægypto promouebat. Quin & Firmilianus Diuis quoque aſcriptus, Vir nulli ſuorum temporum vel eruditione, vel morum dignitate ſecundus, ſi hanc tamen illi labem, & alteram Quarta-decimanorum demamus, quas denique tẽpus abſterſit, tunc Cappadociam ijſdem opinionibus & totam ferè Aſiam iactabat. Oriens totus nutabat in Cypriani partes inclinatus.

Tres ille Synodos congregarat, [a] primam Carthagine, tum [b] ſolenniorem alteram Africanam dictam, in quam vnus & ſeptuaginta Epiſcopi conuenerant. [c] Tertiam Rurſus Carthagine conuocatis ex Africa Numidia & Mauritania Epiſcopis & numero ſeptem & octaginta collectis. Tot & tanti Viri ex flore adoleſcẽtis Eccleſiæ delibati, quoties in ſuffragiũ venerant, toties vna voce in Cypriani ſententiam iuerant. Nullam apud Hæreticos eſſe Baptiſmi vim atque authoritatem; Illorum fluentis non cenſecrari homines ſed contaminari. Vt vnius Eccleſiæ, ſic vnius Lauacri caſtam eſſe fidem, ac religionem lege Chriſti ſancitam. Erat autem illis omnibus hoc præſidium commune & cauſæ ſuæ vnicum, TRADITIO. [d] *Apud nos non noua aut repentina res eſt*, Inquiebat Cyprianus, *vt baptiſandos cenſeamus eos qui ab Hæreticis ad Eccleſiam veniunt, quando multi iam anni ſint & longa ætas ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro, conuententes in vnum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt.*

a Cypr. Ep. 70. ad Ianuar. & Epiſc. Numidiæ.

b Cypr. Ep. 73. ad Iubaianum.

c Concilium Carthagin. apud Cyp.

d Cypr. Ep. 2. ad Iubaian. quibus ſimilia habet in Ep. 70. Synodica, ad Ianuar. & ſocios Epiſcopos Scriptà.

O nomen Traditionis difficile, ô nomen impeditum & inextricabile ſi quis ad aliud, quàm ad ſupremi Pontificis Tribunal, diſſoluere conetur. Aberrabat tum D. Cyprianus, dicam enim cum Diuo Auguſtino,[e] aberrabat *à regulâ veritatis* cum Collegis ſuis. Et quam illi eſſe putabant, non erat vera Traditio, ſed falſa quædam Traditionis opinio, ex impuris Cataphrygarum myſterijs, aſportata. Stetit ergo legitima Traditio aduerſus tot auguſta Purpuratorum Patrum Comitia, & ſuffragia; ſtetit vno Stephani calculo ſubnixa, hoc eſt, vno Summi Pontificis oraculo renunciata. Fuit illa vox: [f] *Nihil innouetur.* Quæ vox, quaſi de Cœlo emiſſa eſſet, atque ipſo Dei ore prolata, omnes tempeſtatum motus repente compoſuit, & fortiſſimis Eccleſiæ propugnaculis quæ vacillabant, firmitatem attulit, paciſque vinculum, quod etſi hæc rerum dimicatio non abrupiſſet, laxauerat tamen nonnihil, fortiùs adſtrinxit. Dedit hoc Deus illuſtre Poſteris documentum iam inde ab illis temporibus, ne quis deinceps in controuerſia Traditionis decernenda, aliud quàm ſupremi Paſtoris Iudicium interponeret.

e D Auguſt. de Bapt contra Donat. l. 2. c. 1.

f Cypr. Ep. 74. ad ad Pompeian.

At Scriptor libri de frequenti Communione, quod tam infeliciter Diuo Cypriano ſucceſſit, (neque enim hanc vt opinor aut ipſe, aut quiſquam alius comparationem ſibi fieri iniquè feret) id renouare hac ætate atque Ritum Pœnitentiæ quendam, longè ab eo qui in Romana Eccleſia ſeruatur alienum, adſcribere Traditioni, nec quomodocunque, ſed veluti clauo Trabali fixus eſſet, nihilque diuinis Decretis in laude conſtantiæ & immutabilitatis concederet; ita illum prædicare in vulgus ſine Placito, ſine Ductu, ſine Conſulto & admonitione ſummi ſub Deo, Eccleſiæ moderatoris aggreſſus, paulùm abeſt quin eoſdem hodie fluctus & agitationes animorum multò etiam perículoſiores excitarit.

In hoc antiquitatis exemplo, animum tuum recollige nunc tandē Arnalde? Intuere amabo te, an tu iure nobis ſuccenſea, quòd hanc Cauſam ad Chriſti Vicarium retulerimus? In hac Eccleſiæ petra quandiu

firmiter inſiſtent, quos ne tu quidem ſine Pœnitentia laceſſis; quandiu ſe non impares inſtituto ſuo præſtare conabuntur, & nouiſſimas in Agri Dominici cultura relictas eſſe ſibi partes ducent; quandiu ſe ab illorum qui in primis vigilijs conducti ſunt, inexhauſtis laboribus, & vberrimis glorioſiſſimíſque prouētibus procul abeſſe profitebuntur; ideóque inſtandum operi, duriſſima quæque fungenda munera, Compendium temporis magnitudine operarum compenſandum eſſe ſibi proponent: vt & ipſi ſuum à cæleſti Colono diarium recipiant. Hæc inquam prudens animi conſideratio, quandiu ſollicitos tenebit & impigros vltimarum vigiliarum operarios, & in omnem Chriſtianæ rei bene gerendæ occaſionem intentos, ſtabunt intrepidi: atque irrumpentibus in ſacram Vineam hoſtibus, primi, vel etiam ſoli (quod propè modò fecerunt) obſiſtent. Qui profectò ſi ſeruirent tempori & prudentiam carnalem atque fluxam in conſilio admitterent, contrahere vela & cedere procellis ſupra modum intumeſcentibus uel hac vice debuiſſent; & nouitati ſuccumbere, quam Eccleſiæ ceruicibus impendentem quà ſtylo, quà voce tam fortiter repulerunt, Signum erit remiſiſſe, cùm ſilebunt.

An tu ergo leuem hanc Commotionis noſtræ Cauſam eſſe cenſes? An vanâ trepidatione ad arma conclamatum? Etenim ſi in gubernatione regni, aut Ciuitatis, aut familiæ, inſolens eſt abolere vſus & conſuetudines vitæ communes atque gentilitias velle, abſque permiſſu Regis, aut Vrbis Præfecti, aut Patris-familias: quantò id exiſtimari debet in Chriſtiano Imperio magis intolerabile, vt iniuſſu ſupremi rerum Sacrarum Antiſtitis magnus ille moneatur Pœnitentiæ lapis in quo pars maxima Sacræ Structuræ, ideſt Eccleſiæ à Sapientiſſimo Architecto ædificatæ recumbit: Cuius ſingulæ partes ita commiſſæ inter ſe ſe & coagmentatæ ſunt, vt vel vnâ loco auulsâ, totam machinam ſubuerti neceſſe ſit.

SECTIO II.

CONCLVSIO CAVSARVM COMMOTIONIS.

CAVSAS dedimus aliquàs, ex quibus nata nobis ſit aduersùs librum de frequenti Communione grauis animorum incitatio, ſtudiorúmque Commotio, *Sanctiſſime Pater*, ſingulas enim, aut rerum numero atque varietate, aut periculi magnitudine complecti eſſet infinitum. Summa omnium, hæc eſt. Agitur, vtrúmne Sacramentum Pœnitentiæ aliquod, an hodie nullum habeamus? Quæ res ſi eſſet eiuſmodi vt vel auditione tantùm, vel incertis ſparſa rumoribus iactaretur, meritò in conſilium reuocaretur quid famæ & credulitati hominum pro defenſione Religionis anxiorum tribuendum eſſet? at cùm pateat omnium oculis qui gallicè ſciunt; cùm hodie vulgata typis, detrita legentium manibus, eruditorum ſenſibus comperta, populorum animis imbibita, ſtudio partium fota & erecta, Hæreticorum gratulationibus & lætitijs & plauſibus excepta ſit, Audeo dicere, omnis Gallia nutum ſummi Arbitri obſeruat; Nauicularij omnes ſignum è puppi non dicam Prætoria, ſed Apoſtolica expectant; Cuncti Paſtores imperium ſupremi præſtolantur, haud leuiùs de hac Arnaldi, quàm de illa iam fulminata Ianſenij nouitate ſolliciti, quâ niſi eiuratâ, Henrico Caleno Pedum Paſtorale committi *Sanctitas Tua* non eſt paſſa.

Dicámne quàm luctuoſa ſit Eccesiæ facies in hoc recenti tumultu? dum ſciſſi in varias partes popularium animi in Vrbibus ijſdem atque municipijs factionum Duces æmulantur: dum ſub eodem tecto Vxor à Viro, à Parentibus liberi diſſident: quodque triſtius eſt, in eodem grege alius ab alio Paſtor diſſentit. Cùm nihil præter rumores doctrinarum in Circulis, in Conuiuijs, in Concionibus auditur ab hominibus qui veterem Pœnitentiæ ritum iure poſtliminij repetunt, tanquam dignitate præcellentem & primigenium, & Chriſti Sanctione atque Apoſtoli-

ca Traditione fixum ratum.

Quin & ipſi Sacerdotes, quorum munus eſt peccata plebis ritè procurare, & legatione pacis apud Deum fungi, tentantur hoc periculo Nouitatis grauiùs etiam quàm cæteri. Hoc enim documentum vt diuinitus emiſſum accipiũt. *Ex perpetua Eccleſiæ Traditione, HANC LEGEM in adminiſtranda ligandi ſoluendique poteſtate à Chriſto tradita tenendam eſſe SACERDOTIBVS, vt non abſoluant Pœnitentes, niſi poſtquam gemitibus & lacrymis indulſerint, atque pœnas peccatis congruentes expenderint.* Legunt: *Neceſſe eſt vt Sacerdotes pro accepta à Chriſto Poteſtate retinendi peccata, Pœnitentem iniecto Pœnitentiæ vinculo ligent* (hoc eſt excommunicent) *antequam abſoluant.* Legunt: *Cùm ligandi* (hoc eſt excommunicandi) *ſoluendique poteſtas iiſdem legibus à Domino conceſſa ſit, NEFAS ESSE eas disiungere, & alteram abſque altera vſurpare.* Quibus incredibiliter obturbantur, & credulas conſcientias obturbant ipſi, dum externæ Iuriſdictionis in publicè pœnitentes edita olim decreta, in priuati Tribunalis iura duriter & imperiosè tranſcribunt. Hinc ridicula paſſim & Sæua in Pœnitentiæ foro miſceri ſpectacula, aut inſanè Pœnitentium, aut Triſtiùs deſperantium: in illis præſertim locis, vbi plebs rudior & indefenſa, Nouatorum inſidijs facilè pateſcit; quæ deinde in offenſionem publicæ pietatis, in dedecus & ludibrium Catholici nominis, denique in contemptum rerum Sacrarum apud impios & arbitrariæ Religionis homines erumpunt. Nos hîc quemquam non deſignabimus, etſi non deeſt nobis copia ſcribendi quanta ad iuſtum volumen Hiſtoriæ eſt ſatis.

Cauſa 2. Sect. 2.

Cauſâ 10. Sect. 1.

Ibid.

Neque tamen Paſtorum minùs quàm populorum intereſt ad delendam *Inſcitiæ deſidiæque* labem quam præſtantiſſimo Hierarchiæ Ordini liber de frequent[i] Communione aſperſit, hoc turpi & infando Scommate in eos iniecto, quos pro oculis & luminibus Eccleſia veneratur. *Quòd per inſcitiam incuriámque Eccleſiaſti-corum* facta fuerit præceps illa Pœnitentiæ deprauati[o] atque ex optimo ſtatu in eum qui *faueret generali Impœnitentiæ*, conuerſio.

Vt probauimus Cauſâ 7. Sect. 8.

Non eſt enim verò, non eſt in Præſulibus, Doctri[n]

a

aut Pietatis intermortua laus, extincta gloria, conſepulta Maieſtas. Argumento ſit compreſſa lues ſuperioris ſæculi & propè extirpata inueteratorum errorum ſemina, qui omnes Galliæ Germaniæque Prouincias vaſtauerant. An hæc indicia ſunt *Ignorantiæ & negligentiæ in viris Eccleſiaſticis?* An non potiùs ſigna ſapientiæ teſtatiſſima, atque ex altiſſimo fonte in populorum Præſides & Magiſtros transfuſæ charitatis? Fons ille Deus eſt, bonorum omnium largitor, qui per Sacramenta, quos inſtituit gratiarum ſuarum ductus & canales, influit in animos noſtros tantò copioſiùs, quantò ex illis hauritur frequentiùs. Nam vt ait D. Auguſtinus, *Bonorum ſumma, nobis Deus eſt*, qui in copia ſui facienda nunquam moras ducit, neque licitatorem agit: Sed ſibi ritè applicatis, ſeipſum largiſſimè, & vt ita dicam, effundit impatientiſſimè.

D. Auguſt. lib. 1. de morib. Eccle. cap. 8.

Quid eſt igitur; quod Chriſtianæ Sanctitatis ſplendorem & decus renouauit? Norunt Sapientiſſimi Antiſtites, Intelligunt Experientiſſimi Duces & Rectores conſcientiarum, qui callent, vt loquitur ibidem D. Auguſtinus, *Diſciplinam, per quam ipſi animo ſanitas inſtauratur*, & ſciunt morbos ac vulnera curare, *in quibus excellentia & rara Magiſteria deſiderantur.* Norunt, inquam, per iterata ex interuallo Confeſſionum ſubſidia, cum refectione identidem cibi cœleſtis, radices vitiorum annoſas euelli; fœtentes ſcelerum ſentinas paulatim exhauriri; ſanitatem deſperatiſſimis ægrotis reddi; Relapſis verò confirmari ſolitam. Norunt qui ſtudia Iuuentutis ad pietatem inſtituunt, his duobus Sacramentis tanquam vberibus teneram ætatem lactari, eius innocentiam hoc antidoto ſeruari. Norunt hoc guſtu, hac conuiuij ſuauitate, æſtuantes iuuenum animos à vagis voluptatibus abſtrahi, & integros ætati maturæ ad gerenda Eccleſiæ vel Ciuilis vitæ officia tradi.

Iam verò cùm hæc humana dilectio inhærentem vberibus tuis nutriuerit & roborauerit animum ſequendo Deo factum idoneum: vbi eius Maieſtas ex tantâ parte quanta homini, dum terræ huius inhabitator eſt, ſufficit, aperire ſe cœperit: tantus charitatis ardor innaſcitur, & tantum diuini amoris conſurgit incendium, vt exuſtis omnibus vitijs, & homine purgato atque ſancti-

Deſinant ergo publicæ pietatis Parentes Epiſcopos criminari *inſcitiæ & incuriæ?* quibus nunquam illuſtrior Gallia quàm hodie fuit. Deſinant Chriſtiani roboris neruos incidere? deductiones gratiarum & riuos intercipere? & ea præſidia de medio tollere, quibus

ficato ſatis appareat quàm diuinè dictum ſit; Ego ſum ignis conſumens. *D. Auguſt. Ibidem. cap.* 30. *loquens de humaniſſima benignitate Eccleſiæ erga Chriſtianos.*

Clem. VIII. ad Præſ. Gall. an. Chr. 1598. Auguſt. die 27.

apud nos antiqua virtus & religionis integritas reuixit? tempus enim aduenisse reor, quod Clemens Octauus non ante multos annos præſentiebat, cùm ad Illuſtriſſimos Cleri Gallicani Antiſtites ita ſcriberet. *Ille qui* D*iues eſt in Miſericordia, Regnum nobiliſſimum non dereliquit, vnde tot fortiſſimi Martyres, tòt Sanctiſſimi Epiſcopi, tot Chriſtianiſſimi Reges prodierunt, in quo ſuperſunt ſemina veræ Pietatis & auitæ Religionis, quæ veſtra diligenti culturâ ſunt excolenda, vt reuulſis Vepribus & ſpinis, læta & copioſa ſeges ſuccreſcat in illa CHRISTIANISSIMA GALLIA, quæ ob inſignem in fidei integritate conſtantiam à veteribus celebrata eſt, & Illuſtribus Elogijs ornata, QVOD MONSTRA NON ALVISSET.*

Sed ecce dum hæc ſcripta ad prælum committo, affertur ad me quantis lætitijs efferat ſe Gallia, ob receptum à *Sanctitate Tua* contra Dogma de *duplici Eccleſiæ Capite*, Decretum. Offertur illud mihi totum Lilijs conſperſum, & Regio Sigillo communitum. Potuítne Gallia pignus dare ſuæ fidei & conſtantiſſimæ aduerſùs Sanctiſſimam Sedem reuerentiæ, quàm in hoc Liliato Decreto Luculentius? Neque in hoc primùm tempore ardor ille pietatis ad irruentem Doctrinarum vim & peregrinitatem reprimendam cœpit. Pridem Chriſtianiſſima Regina, non minùs auitæ religionis quàm Francicæ Maieſtatis cuſtos & vindex, cùm hanc à Deo mentem accepiſſet, quòd in Ritibus Sacramentorum immutandis aut retinendis, ſtandum ſit arbitrio Romani Pontificis, neque alium hæc Cauſa Cognitorem patiatur quàm ſupremum: ire Romam iuſſit, illum Authorem qui nomen libro de frequenti Communione ſuum dederat; hoc eſt, ad Sanctiſſimi Patris oſcula filium miſit; Diſcipulum, Chriſti ad commune fidei & Doctrinæ Magiſterium, Diſputatorem veritatis, ad integerrimum Orbis Chriſtiani Tribunal allegauit; quò ipſe prior Petitores ſuos appellare debuerat velut in Theatrum totius orbis auguſtiſſimum, quod ſuæ Doctrinæ, & laudi & victoriæ proferendæ aperiebatur.

Atenim cùm ille in præcipuo quodam beneficio ponere tam iuſtum, támque Pijs omnibus iuxtâ ac

Sapientibus probatum imperium debuiſſet, vt quod ex admirabili lumine mentis, Ingenij, conſiliíque profectum eſſet: ire tamen recuſauit, frigidè obtendens nomen Doctoris in Causâ Canonum Oecumenicorum, quam primâ fori intentione ad Caput Eccleſiæ, Vicariúmque Chriſti dirigi, nemo eſt Doctor, ne dicam Diſcipulus & tyro Theologiæ, quin ſciat. Nimirum eſt, ait Papa Innocentius. *Quoties Cauſa fidei ventilatur, arbitror omnes fratres Coëpiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris Authorem referre debere.*

In hanc compeſcendæ Nouitatis rationem cõmunia iamdudum vota mirabiliter exardeſcebant: vnde factum eſt, vt ad primi Decreti ſignificationem, quod ex illa diuini Conſilij arce miſſum eſt, omnes huius imperij Ordines gaudio exiluerint, & initium totius controuerſiæ dirimendæ ab tutando confirmandóque Diui Petri principatu ductum eſſe felicibus auſpicijs gratulati ſint. Quapropter ſicut tam optato Diplomate accepto, quo totius Sectæ Caput in Cenſura vnius effati *de ſuprema Diui Petri & Pauli Poteſtate*, fractum eſt; viſa eſt tota Gallia ex diuturno metu recreari; ita multò magis etiam reuiuiſcere ſibi videbitur, ſi, qui eiuſdem arboris fructus reliqui ſunt, quales ſint, oſtendatur: qui noxij, qui ſalubres indicentur; quos deguſtare liceat, quos verò attingere vel oculis ſit nefas, annotentur. Vnde maxima in Rem Chriſtianam emolumenta conſequentur. Intelligent enim omnes ex hac rerum Notatione, quibus malis quænam remedia adhiberi debeant. Intelliget populus, quorumnam hominum colloquia atque conuenticula fugere expediat. Intelligent Paſtores, quas comprimere conciones, in quibus fax illa nouitatis in populum ſpargitur oporteat. Intelliget Magiſtratus, quænam Sodalitia, & Seminaria, in quibus homines ad noua myſteria inſtituuntur, diſſolui debeant; ne ſemen- tis illa ſobolem Poſteritati tranſmittat.

Rerum autem iſtarum obſcuritati tollendæ & confuſioni, in qua bonæ cum malis ſubtiliſſimo quodam artificio permiſtæ ſunt, adhibenda fuit ſolers illa quidem, ſed veriſſima certiſſimáque ratio exploran-

dorum Dogmatum quæ ſub ſpecie veritatis deliteſcunt, *Analyſis* dicta : quâ fieret, vt corpus Doctrinæ in ſua membra & Cauſas diſſectum atque diſpoſitè diſtributum, procul ab omni ſtudio contentionis, quale eſſet, de ſuis partibus & principijs æſtimaretur.

Hanc igitur vigiliarum mearum partem inter Publici Muneris Profeſſionem & anguſtias temporis ſuſceptam ad *Sanctitatis Tuæ* pedes abijcio. Efficiet enim ſi non fallor, Rerum Sacrarum quæ in ea tractantur, & à periculo nouitatis, atque adeò ab interitu vendicantur, Sanctitudo; Item populorum ſalus, quæ in hac turbida tempeſtate periclitatur; Bonorum omnium vota, quæ ad hanc perniciem ab aris focíſque depellendam, quotidie Deo nuncupantur; Orthodoxorum denique fides in his fluctibus & procellis tentata, nec non inexpugnabilis aduersùs *SEDEM APOSTOLICAM* probata conſtantia, vt ſi fortè minùs labor ille meus tanta loci & faſtigij celſitate atque amplitudine dignus videatur, at non indignus amātiſſimo & obſequentiſſimo Eccleſiæ filio, *BEATISSIME PATER*, iudicetur.

SVMMA
TOTIVS ANALYSEOS.

ORDO Reſolutionis contrarius eſt Ordini Generationis, ideoque in quo hic deſinit, ille incipit: hoc eſt à fine. FINIS

Operi de Frequenti Communione conſtitutus, EX QVO DOGMA CAPITALE CONFLATVR, eſt, Quòd Pœnitens cuiuſmodicunque noxæ mortalis reus, ab Euchariſtia præcîdi debeat ſeu abſtineri, vt antiquè loquuntur, antequam Miniſterio Clauium abſoluatur, ex hoc Dogmate naſcitur nobis.

Interuallum huius Abſtinentiæ ad ſex circiter menſes inducit. 2.part.lib. de freq. Comm. cap. 18. p. 458.

CAVSA PRIMA COMMOTIONIS, quatenus de Priſca ſeueritate pœnarum nihil admodum præter Abſtinentiam Euchariſtiæ retinendum eſſe ad iuſtum Pœnitentiæ temperamentum, Scriptor Libri de frequenti Communione ſtatuit.

INVENTO FINE protinus in Axiomata primaria totum opus reſoluitur, ex quibus tanquam ex elementis omne corpus Doctrinæ ſolet conflari. Hæc porrò duo ſunt in re præſenti. Alterum, Quòd Traditio ſit Regula immutabilis, & omnis veri rectique Orthodoxi Arbitra. Alterum, Quòd Eccleſia ſit corruptibilis in moribus & Diſciplinâ. Ex primo neceſſitas oſtenditur, cur Præciſio Communionis adhibenda ſit; nempe quia per Traditionem ſancta eſt. Ex altero demonſtratur, quomodo factum ſit, vt ab illa neceſſaria Regula Traditionis, Eccleſia deſciuerit; quatenus dicitur fluxam habere diſſolubilémque Diſciplinam. Hinc aditus ad duas ſequentes Cauſas patet.

CAVSA SECVNDA, Primum Axioma, quod eſt de Traditionis Immutabilitate, pandit.

CAVSA TERTIA, Secundum Axioma, quod eſt de Corruptione Eccleſiæ, explicat.

EX HIS TRIBVS, Fine nimirum atque Primarijs duobus Effatis, vniuerſum opus de Frequenti Communione contexitur.

Cætera ſunt iſtorum aut partes, aut argumenta, aut conſectaria. Quæ, quo deinceps ordine deſcripta ſint, ſeries ipſa contextúſque Analyſeos ſatis indicabit.

CAVSA QVARTA, Conſectarium quoddam ſecundi Axiomatis continet, oſtendit enim corruptelam Eccleſiæ ad Cauſas, affectiones, & efficientiam Ritus hodierni, qui in locum Primigenij ſucceſſit, applicatam.

CAVSA QVINTA, ex Primo Axiomate denunciat neceſſitatem Ritûs Antiquæ Pœnitentiæ ineluctabilem eſſe.

CAVSA SEXTA, eiuſdem neceſſitatis legem inuiolabilem repræſentat.

CAVSA SEPTIMA, Omnes artes, omnes ſtrophas, omnes fallaciarum ſinus aperit, quibus Dogma in libro de frequenti Communione conceptum, tum intus, tum foris implicatur.

CAVSA OCTAVA, Præiudicatam illius Dogmatis damnationem ex ipſis libri de frequenti Communione præcordijs educit.

CAVSA NONA, Vſurpatam in illo Dogmate vulgando, contra Concilij Tridentini decreta, authoritatem culpat.

CAVSA DECIMA, Figuram vniuerſi Dogmatis, ex omnium eius membrorum apta compoſitione, Articulorúmque commiſſura deſcriptam, ſub vno aſpectu ponit.

CAVSA VNDECIMA, Concilium Lateranenſe, Diuúmque Paulum, ab opinione illius Dogmatis vendicat.

CAVSA DVODECIMA, Primos Parentes & Magiſtros iſtiuſ-modi Dogmatis indigitat.

CAVSA VLTIMA, Quænam Cauſa labendi Scriptori libri de frequenti Communione obiecta ſit, refert.

AD LECTOREM.

ASCRIBENDI aculeata breuitate Sanĉti Patres bellum contra heterodoxos exorſi ſunt, quoniam vt illos ſcitè admonet D. Hieronymus, *ſententias veſtras prodidiſſe ſuperaſſe eſt*. Vnde fama huic verbo facta eſt, *Breuis ſermo, Victor ſermo*: Quòd ſi fortè ingraueſcens error Nouatores fermentaret, & tumidos eloquio, *nihilque ſanantibus literis* inflatos redderet, ampliare iam tum ſua volumina Defenſores Orthodoxi, & ſcientiæ ſuæ ſinus laxare, maiorúmque operum moles extruere cogitarunt, neque porrò deſtiterunt, donec eliſa Dogmatis audacia penitùs conticeſceret. Hinc habes, *Beneuole Lector*, quid poſterior Analyſis afferat ad priorem; Prima, cubile Nouitatis indicat: Secunda, non indicat tantùm, ſed etiam occupat, & arma ſuppeditat, quibus aduersùs eam parati ſemper & tuti eſſe poſſimus.

D. Hierony. ad Cteſih.

Sen. Ep. 59.

Atenim Aduerſarij libellum alterum, qui prænotatur hoc titulo, *Applicatio Cenſuræ Libri, qui inſcribitur Verus Pacificus, ad Librum de frequenti Communione*, cum *Analyſi* præpoſterè complicarunt, & eodem ſtylo, quem videbant eâdem manu fabricatum, refellere, aut potiùs eludere contortis & fallacibus Sophiſmatis conati ſunt. Nihil enim quàm effugia captant, & monſtra ſibi fingunt quæ debellent. Cuius fallaciæ præclarum ſpecimen *Apologia* [a] *pro San-Cyrano ſcripta* ſubminiſtrat. Scriptores illius, vt ſuſpicionem Summularum, quas Noſtrates *Maximas* vocant, ab illo ſuæ Sectæ Magiſtro remouerenr; Apologeticum quendam librum ſcriptitarunt. Deus bone, qua calliditate, ſed quàm ridicula! Pro Decretis San-Cyranianis, quorum textura & ſeries ad verbum ex publicis tabulis confecta erat, typíſque publicis mandata, vt publicæ ſaluti caueretur. Aliam quandam Summularum & Aſſertionum tabulam ſubiecerunt, eámque effictam ſcilicet atque adumbratam Doctrinæ San-Cyraniſticæ imaginem pro vera germa

a APOLOGIE POVR L'ABBE' DE S. CYRAN. *in qua ita ludificatus eſt Apologiſta, vt aliam tabulam aliamque ſeriem Maximarum San-Cyranianarum pro vera, pro Iudiciali, pro ea quæ illis oblata erat, & typis impreſſa, ſuppoſuerit.*

náque acriter inſectati ſunt: ei autem quæ germanas San-Cyrani ſententias continebat omnino pepercerūt. Quæ eſt iſta tam inſolens ludificandi ratio, vt cùm crimen intenditur, & libellus criminum notis, & indicijs, & teſtibus inſcriptus porrigitur, hoc ſibi reus aſſumat, vt aliũm libellum accuſationis ſuæ ſupponat, quem ipſe refutet alio dimiſſo?

Ex ſimili genere fallaciarum *Reſponſio, quam ad priorem Analyſin, & Applicationem* dederant, conſuta atque compacta fuit, genuinis libri de frequenti Communione Scitis atque Dogmatibus, partim mutilatis, partim obliteratis, partim etiam in obſcuras ambiguaſque ſententias diſtractis, quæ omnia in integrum reſtituta per *ſecundam Analyſin* videri poſſunt. Id quidem illi agunt ſolerti conſilio, peſſimo tamen, eiurare Magiſtri ſui placita nolunt; conuicti verò fateri reformidant.

Vnum eſt, fateor, ad quod minimè reſpondimus; nempe ad Conuicia, quibus vtrumque illud opuſculum miſerè diſcerpſerunt: ſed illis nihil offendimur, vt potiùs recreemur; & maledicta pro Chriſto, pro Religione, pro ſalute animarum, magno etiam pretio mercaremur, ijs præſertim aſcripti in quos hæc pridem effuſa ſunt omnia. Nam qui nobis obtrectant, illi ſunt qui Vaurenſem Epiſcopum, illum ſcilicet virum, cui aduersùs hæreticos omnis ætas contrita eſt, nunc autem gloriæ curſus ſupereſt ſempiternus; qui Lingonenſem, qui Vabrenſem, Gallicanæ Purpuræ ornamenta totidem atque etiam pluribus probris & ſcommatis affecerunt. Illi ſunt, qui Carthuſianum Molinam, qui Franciſcanum Iuonem, qui Petrum à Sancto Ioſepho Fulienſem, qui Petauium Ieſuitam clariſſima familiarum ſuarum lumina obſcurare fruſtra conati ſunt. Illi denique qui Bullas & Decreta Summorum Pontificum linguæ ſuæ maculis aſpergere, & dentibus inſecare non dubitarunt. Bullas & Decreta dico; quibus enim plagis a Bullam in Ianſenium latam concidere attentarunt, ijſdem Sanctiſſimum Decretum pro tuenda Diui Petri & totius Eccleſiæ Monarchia datum conficere hodie aggreſſi ſunt. Nunquid Lector, ad hunc nuncium tibi cor tum irâ, tum charitate, quod ma uelim, cumulatur? Ecquid enim fiet iſtis hominibus, quos Eccleſia tibi fratres, Chriſto filios, eâdem Sacramenti ſponſione dedit? Si iam illis ad errorem, obſtinata voluntas non inflectendi ſe ad ſupremi iudicis arbitrium accedat? Ex his enim duobus elementis hæreticus homo conflatur. Ecce, inter publicæ lætitiæ ſigna, quibus Ordines vniuerſi geſtiunt ob receptum Summi Pontificis Diploma, vnæ audiuntur illorum infelices querelæ, qui-

a Conſulatur Cauſa 12 Sect. 2. Analyſeos.

bus contra illud murmurant, & fluctuantes reprehenſionum b NOTAS, velut diſſipatas naufragij tabulas colligunt. Cum his enim modò enatare ſibi videntur. Et nos, inquiunt, non ferimur hoc Anathemate. Quid ita? Quia c *inter Diuum Petrum & Diuum Paulum non admittimus omnimodam æqualitatem.* An ergo vt poſtulat d *Decretum*, admittitis *cum ſubordinatione & ſubiectione S. Pauli ad S. Petrum in poteſtate ſuprema & regimine vniuerſalis Eccleſiæ?* Minimè verò, aiunt, e *ſed quia quæ Diuo Paulo collata eſt, erat extraordinaria, atque extra Ordinem data.* O diuerticula vocum, quibus nunquam carebit Dogmatiſta! ô fallaciam illi ſimilem, qua ludunt in primario Pœnitentiæ Dogmate! cùm interrogati, an ſit neceſſitas differre Abſolutionem confitentibus, reſpondent, f *non admittimus abſolutam.*

b Remarques contre la cenſure du Liure des deux chefs.
c *Remarq.* 1.
d *Verba ſunt Decreti.*
e *Remarq.* 2.
f Conſulatur Analyſis, Cauſ. 7. S. 4.

Itaque tum ſe fluctibus Cenſuræ hauſtos eſſe atque ſubmerſos ſentiunt, & ad querimonias deſperatiſſimas confugiunt. Primò criminantur g Aduerſariorum authoritatem immodicam, ſimúlque quàm h modica ſit oſtendunt, quando non eſſe parcitum, ſi quis inter illos priuatus dumtaxat errauerit (nam in fœdus erroris iuiſſe inauditum eſt, vnde nullius vnquam aut Bullæ aut Decreti Papalis fulmine afflatos meminimus) ardenter inſultant. Deinde i Examinatorum indiligentiam reprehendunt, quos tamen plus k biennio in libranda Cenſura poſuiſſe confitentur. Tum in Iudicum oculos, teſtimonia Patrum venire non potuiſſe, quippe quæ Gallica eſſent, ſupra facetias omnes & ridicula cauſati ſunt. Ipſi enim Epiſtolam latino l ſermone ad Summum Pontificem perſcripſerant, vt ſententiam animi ſui de hac propoſitione, *S. Petrus & S. Paulus ſunt duo Eccleſiæ Principes qui vnum efficiunt*, apertiſſimam teſtatiſſimámque facerent, in qua etiam Conciliorum, Patrum, Pontificúmque teſtimonia in fidem ſuæ opinionis adducta longo indice deſcripto adnotarant: Et iam queruntur hæc teſtimonia intelligi & ponderari non potuiſſe, quia erant in alio quodam grandiori volumine ad linguæ Gallicæ familiaritatem tranſlata, quaſi verò Patres intelligi, niſi Gallico idiomate loquantur, nequeant? Ex querelis ergo tam inſulſis ad preces & obſecrationes infantiſſimas ſe demittunt. Sorbonam appellant, m quæ ſcilicet Richeriſtas ſimili facinore in Eccleſiæ caput graſſantes n repreſſit. Clerum Gallicanum o implorant, cuius illuſtriſſimi Præſules totam horum temporum controuerſiam ad Vicarium Chriſti, datis literis retu-

g *Remarq.* 5. & 10.
h *Remarq.* 9.
I *Remarq.* 4.
k *Remarq.* 6.
l De ſuprema Eccleſiæ Rom. amplitudine ad Innocentium Pont. Max.
m *Remarq.* 17.
n Compulſus ad Retractationem Richerius.
o *Remarq.* 20.

lerunt, atque vt ſententiam ferret enixiſſimè rogauerunt: denique cùm ſuam apud eos qui viuunt, & qui ſtandum eſſe Summi Iudicis arbitrio non dubitant, ſi rectè viuunt; deploratam eſſe cauſam vident, mortuos obteſtantur; & Sanctorum p Patrum manes Cenſurâ huius decreti violatos Traditionémque q conuulſam criminantur. En quò ducere te volui, *Lector Optime*, vt tecum reputes quàm meritò nihili calumnias & cauillationes habeamus, quas nobis cum viris Religioſiſſimis, cum illuſtriſſimis Præſulibus, cum Summo Pontifice fecerunt communes. Quod neceſſe eſt recordari, ne propter maledicos homines, aut eorum qui cum illis animum ſuum commiſcuerunt occultas artes atque ſimultates, animi noſtri integritatem remittamus, homines dico qui in inſidijs præſtò ſunt ſēper, vt ſi aliquem locum ſuſpicioni aperuerimus, crimen & vulnus inferant. Qui ſi nos vigilantes ſatis in hac parte cauſæ tuenda perſeuerantéſque viderint, ſciant nos in alijs diligentiores adhuc atque paratiores futuros.

p *Remarq.* 12.

q *Remarq.* 15.

g *Die* 18. *Iunij* Anno 1633. Cenſurâ Sorbonicâ grauiter notatus.

Deſirer à Ieſus Chriſt en ce Sacrement, l'Inacceßibilité; l'Incommunicabilité; l'Inapplication, de peur de luy donner ſujet de ſortir de l'Application de ſoy-meſme pour s'appliquer aux Creatures.

Diſcuſſion ſommaire d'vn Libelle intitulé, le Chappelet ſecret.

h Item à Sorbonâ proſcriptus die xi. Iul. An. 1638 in qua notatur hæc propoſitio. *Eos qui vtùntur matrimonio tanquam non vtantur, habere meritum Virginum & Celibem vitam agentium, & eſſe non ſolùm æquè Sanctos, & æquè perfectos, verùm etiam æquè puros, & æquè caſtos.*

Nam ſi quis vitio vertat, quòd contra librum amplo & magnifico titulo præditum ſcripſerimus, næ ille vehementer nouus eſt in hac nouitate doctrinæ! Solenne eſt enim hominibus illis, titulos indere ſuis operibus, rei quæ ſubiacet penitus contrarios. Recenſe tu ipſe illos, & ab extremo ad extremum decurre? Omnium propè primus qui ſignum ad hanc Nouitatem dedit tanquam veles quidam leuioris armaturæ, nomen habuit g *à Corona Sanctiſſimi Sacramenti*. En titulus. Res illi appoſita qualis fuit? Vt in hoc Sacramento diuinæ Communionis, Deus fingatur *inacceſſus, & Communicationis atque applicationis ad tenuitatem noſtram alieniſſimus; proindéque ſuæ Solitudini relinquatur*. Liber alius ſub h *titulo Virginitatis* euulgatur: honeſtum ad celibem vitam inuitamentum eſſe putes. Euolue? Coniugium æquabit tibi cum Virginitate (quod mireris) in laude puritatis. Tertium efferunt I *Theologiæ familiaris* habitu & nomenclatione; Exiſtimes lac eſſe & cibum manſum Chriſtianæ inſtitutionis? At ille Archiepiſcopali Cenſura notandus fuit, ne rudes & incautos populorum animos corrumperet. His accedit liber *de frequenti Communione* tanquam apex totius Dogmaticæ Doctrinæ. Ab illo nunquid faces & incendia expectas, quibus ad frequentandum cum Deo ſanctiſſimum Myſterij commercium totus accendare? Imò verò illius derelictio & fuga, tātùm non in articulo mortis perſuadetur. Quartus

I *Iniuſtus eſt hac notâ Cenſuræ per Illuſtriſſ. Archiep. Pariſ.* 27. *Ian. An.* 1643. quòd Varias includat inſtar reſpōſionum propoſitiones, quæ inducere in errorem queant.

irrumpit magno pompæ apparatu *de ſuprema Romanæ Eccleſiæ amplitudine* nominatus. Monarchiam Eccleſiæ ſtabiliri nouis rationibus & præſidijs quis eſt cui titulus ille non promittat? at cùm intima legerit, nemo eſt qui non pro Marco Antonio de Dominis ſtantem in acie k & eius armis pugnantem, & *geminum*, in Eccleſiæ ceruices *caput*, fatali diſſidio imponentem videat.

Eius armis dico, quia ſententiam illius non eſt, ſed Authoritates ſecutus ſcriptas in libro 1. & 4. de Rep. Eccl.

Quid plura, *Lector optime*, vt fraudem tangas quam alter ille factitabat cùm pecus caudâ tractum in ſuam ſpeluncã abigeret, vt verſa foràs veſtigia opiliones fallerent. Vt ergo veniamus ad poſtremum, cuius inſcriptio hæc eſt, *Defenſio Illuſtriſſimorum Galliæ Præſulum, ſeu Reſponſio ad Analyſin & Applicationem.* Ex hoc titulo, quæſo te, quid ominaris? poſteaquàm alios mecum luſtraſti, niſi vt omnia retrò ac pollicetur præſtet. Sic eſt profectò. Adhuc dubitas? Analyſin poſteriorem euolue? Non bene defenditur Sacrorum Hierarcharum dignitas apud illos qui ſacri Principatus apicem diuidunt; qui collapſam Miniſtrorum ſuorum *inſcitiâ & inertiâ* Eccleſiam expoſtulant; qui denique [a] *PRESBYTERO VNIVERSAM ECCLESIAM EMINENTER CONTINERI STATVVNT.* Quod dictum haud ſcio an quadret cum Canone Tridentino, quo decernitur *Epiſcopos eſſe Presbyteris ſuperiores.* Nam ſi ſunt ſupra Presbyteros, quomodo in illis *EMINENTER* includuntur? Vis enim illa vocis magna eſt, in qua ipſe etiam [b] Salmaſius renouator Aëriani [c] Dogmatis quo Presbyteri æquantur Epiſcopis, triumpharet. *Eccleſia eſt in Epiſcopo*, [d] Inquit Diuus Cyprianus: non dixit in Presbytero. Itaque quis hîc non oportuniùs canat quam ille?

[a] *Ainſi parceque le Preſtre rẽſerme en ſoy EN EMINENCE toute l'Egliſe; le Concile a iugé, que c'eſtoit reſtablir la Diſcipline en tous les fidéles, que de la reſtablir en ſa perſonne.*

Lib. de fre. Com. Præf. pa. 95.

Con. Tri. ſeſſ. 23.

[b] Diſſertat. Meſſal.

[c] Epiph. hæreſ. 75.

[d] Cyprian. lib. 4. Epiſt. 7.

Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis
Tempus eget.

Hæc te paucis monitum volui. De Authore, qui ſit, omitte. Nomen ſuum Summo Pontifici dedit, quod eſt illi ad bonæ atque integræ mentis conſcientiam cum Deo ſatis. Hoc ſcriptum ſub manu Librarij aliquandiu, tenuit, donec è typis neceſſitas temporum exprimeret. Tu De cætero auſculta Diuo Auguſtino dicenti, *Acue in tentationibus prudentiam, vt non ſolùm in eas non inducaris, ſed fias etiam vigilantior, & in amorem veritatis, quæ ſola non fallit, ardentior.*

D. Auguſt. lib. de vera Relig. c. xv.

ERRATA.

Pag. 15. lin. 2. Carolus, *lege* D. Carolus.

Pag. 19. l. 17. κοιγονίαν *lege* κοινωνίαν.

Pag. 32. l. 20 æternæ *lege* externæ. *Contextus gallicus ſic habet.* Ce n'eſt donc pas ſeulement pour l'obſeruation de quelque police exterieure, que ceux qui ſont coupables de pechez mortels, ſe doiuent retrancher de l'Euchariſtie, c'eſt pour ſe reconcilier auec Dieu, par les fruicts d'vne ſolide & veritable Penitence, pour eſtre faits Citoyens de la Cité celeſte & diuine, pour entrer dans la ioye de l'eternelle felicité. 2. par. cha. 10. p. 320.

Pag. 33. l. 1. *poſt hæc verba*, conceſſa ſit, *omiſſa eſt linea iſta.* Nefas eſt eas diſiungere, & alteram abſque altera vſurpare.

Pag. 35. l. 13. ac *lege* ex.

Pag. 40. l. 21. Libyo *lege* Lydio.

Pag. 45. l. vlt. diſtinguam *lege* diſtingunt.

Pag. 56. l. 27. Deum *lege* Reum.

Pag. 133. l. 19. inueri *lege* inuerti.

Pag. 146. l. vlt. tranſuectum *lege* tranſuerſum.

Pag. 155. l. 11. ludicto *lege* ludicro.

Ibid. l. 34. nomine *lege* nominat.

Pag. 167. l. 35. compellere *lege* compellare.

Pag. 175. l. 1. Duces *adde* aliud præſidium occupant.

Pag. 183. l. 27. de hoc dogmate *lege* de hac doctrina dogmatis.

Pag. 186. l. 10. interdictione *lege* interdictióue.

Pag. 200. l. penult. ſacrarum *lege* Sacratum.

Pag. 213. *ad marginem poſt hæc verba* Ces paroles du Cardinal Bellarmin, Ibid. pag. 775. *adde.* Et conceptis verbis in eodem capite. pag. 787. Mais cette verité paroiſt, &c.

Pag. 222. l. vlt iſtam *lege* ita vt.

P. 245. l. 1. Iudiciū *lege* Iudicum.

Pag. 262. l. 5. inexplicabili *lege* inexpiabili.

Pag. 264. l. 37. ſacrarum *lege* ſacrorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO E...

IN TITVLIS.

P. 69. & 72. S. VI. *lege* VII.
P. 97. Cauſa IV. *lege* III.
P. 126. Cauſa V. *lege* VI.

5-4